



M





EMMANVELIS ALVARI E' SOCIETATE IESV,



De Inſtitutione Grammatica Libri Tres.


Quibus nunc primùm copioſiſſimus Index acceſſit.






VENETIIS, Ex Vnitorum Societate.

M. D. LXXXV.




EMMANVELIS ALVARI E' SOCIETATE IESV

De Institutione Grammatica Liber primus.







PRAEFATIO.




IVRE optimo labor hic, quaſcunque eſt, fruſtra ſuſceptus in tanta librorum multitudine uideri poſſet, niſi ſingularis illa virtus, qua res paruæ creſcunt, ſine qua maximæ dilabuntur, nos tueretur. Etenim cùm patribus noſtris illud in primis propoſitum ſit, àtque ob oculos perpetuò verſetur, vt qui Societati IESV, eiuſdem Dei Opt. Max. beneficio, nomen dedimus, non ſolum in ijs, quæ propria ipſius ſunt Inſtituti, verum etiam in rebus quæ minimi videntur eſſe momenti, concordiſſime viuamus: viſum eſt ab aliquo noſtrum Grammaticam artem ſcribendam eſſe, qua ubique terrarum, quoad eius fieri poſſet, noſtri vterentur.

Quod onus cum mihi esset impositum, id equidem non meis humeris, scio enim quàm sim imbecillis, sed sanctæ Obedientiæ viribus fretus, libenter suscepi. Nam ei, qui sponte sua sui iuris esse desiit, proprioque iudicio, atque voluntati propter Deum nuntium remisit, non tam inscitiæ nota, quàm nec obedientis animi crimen pertimescendum est. Suscepto itaque onere, operam dedi, ne officio meo de essem, fontes ipsos adij, M. Varronis Romanorum omnium eruditissimi libros de Etymologia, atque Analogia, duodecim Fabij Quintiliani de Institutione Oratoria, qui mihi magnum adiumentum attulerunt, Auli Gellij Noctium Atticarum undeuiginti, Probi, Diomedis, Phocæ, Donati, Prisciani institutiones Grammaticas, ut potui perlegi, quorum postremus ante mille annos Iustiniani Principis ætate Athenis floruit. Is præter cæteros, decem & octo libros scripsit, in quibus passim hominum doctissimorum testimonijs utitur, quorum hodie aut nulla, aut perexigua extant uestigia. Est ille quidem sermone inornato, & incompto, sed multa, ac varia eruditione. Labitur interdum ut homo, maxime ubi Latina præcepta, ut Græcus ad Græcorum normam exigit: sed grauissimorum autorum, quos tertio quoque uerbo citat, præclara, atque luculenta doctrina, eius errata obteguntur penitus, et obscurantur. De rebus uel minimis, tenuissimisq;, hoc est primis elementis, qua fuit diligentia, testes locupletissimos M. Varronem, C. Cæsarem, Plinium, atq; alios quampluri mos producit. Nemo mihi quidem rem Grammaticam copiosius, nemo accuratius aut tractasse, aut plures ueterum

Grammaticorum commentarios uidetur peruolutasse. Quod ad recentiores attinet, eos potissimum euoluimus, qui nobis vsui essent futuri, Iactis ad hunc modum fundamentis, ex vtrisque Grammatices præcepta delegimus, quæ Terentij, Ciceronis, Cæsaris, Liuij, Virgilij, Horatij, atque aliorum veterum testimonijs pro nostra tenui, infirmaque parte confirmauimus. De his, si qui forte in hunc librum incidissent, breuiter putauimus admonendos. Reliquum est, quoniam librorum infinitus est numerus, scribendorum nullus est finis, ut conuenienter diuinis præceptis, congruenterque uiuamus: ita enim fiet, vt in libro vitæ conscripti, Dei Optimi Maximi conspectu, cui hoc opusculum dicamus, perpetuò fruamur.






AVCTORIS CARMEN AD LIBRVM.

SI quis te Criticus docto perstrinxerit vngue,
Sint tibi Censoris munera grata tui,
Grates lætus ages; toruos nec contrahe vultus,
Nec signa ingrati pectoris vlla dabis.
Si quid Aristarchus forsan laudauerit idem.
Lumina deijcies, occupet ora rubor;
Ne te mulceri flatu patiaris inani.
Debetur soli gloria uera Deo.

IDEM AD CHRISTIANVM PRÆCEPTOREM.

PAucis te volo Christiane doctor,
Aurem, quæso, benignus admoueto.
Mores si doceas pios, pudicos
Primum: dein monumenta purioris
Linguæ, cum pietate copulata
Vera: te faciet beatioris
Vitæ participem OMNIVM MAGISTER.

DE NOMINVM DECLINATIONE.



VM præclarum illud Horatij dictum, Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu, verissimum esse re ipsa quotidie experiamur: dabit in primis operam præceptor, ut discipuli etiam nunc tyrones, & Latinæ linguæ rudes iam inde à principio optimæ prcnunciationi assuescant: quod quo facilius assequantur, studiose, diligenterque obseruabit, quibus præcipuè vitijs laboret ea regio, in qua sibi commissam iuuentutem instituet: nam singulis ferè nationibus domestica quædam, ac natiua insunt vitia, quibus Latini sermonis splendor obscuratur, atque penè obruitur. Nostrates pueri si magistrum diligentem, ac bene pronuntiandi studiosum nacti fuerint, non malè equidem pronuntiant. Sin verò in eum inciderint, qui officio suo desit, ac de auditorum progressu parum sit solicitus, barbare literas M, & N, extremas sonant, vtuntur enim litera nescio qua nota, & adulterina, cuius literæ P. Nigidius apud A. Gellium, lib. 19. capit. 14. mentionem facit. Inter literam, inquit, & N, & G, est alia vis, vt in nomine Anguis, & Angaria, & Anchoræ, & Increpat, & Incurrit, & ingenuus, In omnibus enim his non verum N, sed adulterinum ponitur: nam N, non esse lingua indicio est. Nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret. Hæc ille. Loquitur, vt vides, non de extrema litera N, sonus tamen, & pronuntiatio eadem prorsus est quæ nostratium M, & N, cum sunt vltimæ: eodem enim modo barbari M, & N, extremas pronuntiant. D, T, itidem extremas sæpe numero intactas omittunt: interdum posteriori vocalem E, adiungunt, Este, Abeste, pro Est, Abest dicentes. C, vltimæ eandem vocalem addunt, eamque sono accedente ad literam Q, pronuntiant, Hice, Hæce, Hoce, effutientes: quos ne primam quidem nominum formam patietur præceptor ediscere, nisi prius hanc barbariem penitus exuerint: nam cum pronomen hoc crebro sit vsurpandum, opus est, vt id ante optime pronuntient, quam memoriæ infigant. In medijs vocalibus C, ante T, vix attingunt, Pactum, dilectum, dictum, ductum, quæque sunt generis eiusdem C, litera priuantes. Eadem iniuria afficiunt P, ante T, & Aptus, ineptus, scriptus, ruptus, carpsi, nupsi, siquidem in his, & similibus verbis vix auditur P. Iidem alterum S, nonnunquam supprimunt, differo, dissoluo, dissipo, dissidium, & nonnulla id genus perperam sonantes. V, post literas Q et G, cum liquescit, ita opprimunt, vel potius extinguunt, vt Quare, Quam, Aqua, Lingua, & alia

eiusdem generis verba fœdissimè corrumpant. Iam vero x, quocunque loco fuerit, pronuntiantes, pingue quiddam, & peregrinum sonant vsque eo, vt cū verbi causa, Dixi pronuntiarint, credas te non Romanum, sed Arabicum verbum audiuisse. In his, atque cæteris vitijs extirpandis neruos omnes vigilans & industrius præceptor contendet. Varia remedia excogitabit, quibus os, linguamque rudem informet: attentissimo animo suos tyrones legentes audiet, curabit, vt M. pressis labris sonent: docebit N, ita pronuntiandum, vt lingua palatum tangat: etiam atque etiam instabit, vrgebit, vt Hic, Hæc, Hoc ita pronuncient, vt vocalem, quam de suo addunt, procul abijciant: X, in pristinum statum restituet ac frequentissimè inculcabit compendium esse duarum literarum C, & S, neque aliter, dixit, pronuntiandum esse, quam, si per C, & S, scriberetur DICSI. Rubiginem in elementarijs ludis contractam diligentissimè deteget; in his enim multa, variaque pronuntiationis monstra nascuntur, hinc frequentes illi barbarismi Deio, meio, deium, meium, meia, meiam meias, nostratibus in ore sunt, siquidem I, post E, pronuntiant, quoties dictio in syllabas Eum, eo, eos, eā, ea, eas desinit. Hinc Eitiam tertio quoque verbo pro Etiam: in ijsdem syllabarijs scholis pleraq; omnia, quæ supra diximus, orta sunt vitia, nam dum verba articulatim, syllabatimq́, potius mandunt, quam sonant, literas alias detrahunt, alijs alias permutant sonos fingunt nouos, & inauditos. Quare congerēda est magna verborum sylua, quorum pronuntiatio difficilior sit, quibus cum tandiu noui palæstritæ luctabuntur, donec deuicta, & prostrata fœdissima barbaries è palæstra, gymnasioq́, extrudatur, & in perpetuū relegetur. Hoc idem Fabius lib. 1. initio vehementer præceptoribus commendat, his verbis. Non alienum fuerit ab ijs ætatibus, quo sit absolutius Os, & expreßior sermo, vt nomina quędam, versusq; affectatæ difficultatis ex pluribus asperrimè coeuntibus inter se syllabis catenatos, & velut confragosos quam citatissimè voluant, χαλινοὶ Græcè vocantur. Res modica dictu, qua tamen omissa, multa linguę vitia, nisi primis exprimuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durant. Latinum Alphabetū, vel syllabatim, dictare non erubescet, alioquin id, quod sæpe vsu venit, post multos annos analphabeti reperientur, Eme, Ene, Erre, & alia his deteriora literarum nomina perridiculè vsurpantes. Quod si ꝓfessor id existimabit humilius esse, quam vt suū gymnasium deceat, potiusq́, ad elementarios, abecedariosq́, magistros spectare, meminerit & se, & eam, quam profitetur artem ab elementis, literisq́, nomen traxisse. Nos certè quoniam in eadem versamur, ipsum non nudis formis, sed plenis nominibus libentissimè subijciemus, A, Be, Ce, De, E, Ef, Ge, Ha, I. Kappa, El, Em, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, V, Ix, Y psylon, Zeta. Multa denique, ne longior sim, tyrunculis discenda, multa dediscenda sunt, pro varijs nationum linguis, & vitijs, quæ præceptor pro sua prudentia, ac eruditione etiam, atque etiam considerabit.

Prima

Prima nominum Declinatio.

¶ Musa nomen declinationis primę, generis fœminini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominatiuo	hæc Musa.	*Hæc musa iucunda.*
Genitiuo	Musæ.	*Hæc ferula acerba.*
Datiuo	Musæ.	Paucis post diebus.
Accusatiuo	Musam.	*Hæc musa dulcis.*
Vocatiuo	ò Musa.	*Hæc ferula minax.*
Ablatiuo	à Musa.	*Hic nauta vigilans.*
		Hic poeta optimus.

Numero plurali.

Nominatiuo	Musæ.
Genitiuo	Musarum.
Datiuo	Musis.
Accusatiuo	Musas.
Vocatiuo	ò Musæ.
Ablatiuo	à Musis.

¶ Ne pueri otio diffluãt, curabit præceptor, vt substantiuum nomẽ cum adiectiuo domi coniungãt, & declinent, quorum nominãdi casus tãtum ipse dictabit: vbi redierint, rationem reposcet, inspiciet diligenter, an emẽdatè scripserint, errata studiosè corriget, laudabit diligẽtes, indiligẽtes excitabit. Adiectiua ne inepta sint, ne multa, ad summum duo, vt Puer diligens, et ingeniosus.

Veteres illi, ac nobiles Grammatici vel Ciceronis florentissima ætate, nominibus declinandis Pronomen, siue articulum (nam vtroque modo à Terẽtio Varrone dicitur) Hic, Hæc, Hoc, casibus omnibus præponebãt, quorum nominum genera, tum casus notabant: non quod Græcorum more Romani articulos in oratione adhiberẽt, sed, vt expeditius rem Grammaticam tractarent: ne, si virile, muliebre, ac neutrum genus, nominandi, interrogandi, dandi, cæterosque casus sæpius inculcarent, legentibus tædium afferrent. Qua declinandi ratione M. Varro Romanorum eruditissimus frequentissimè vtitur in ijs libris, quos de Analogia scriptos reliquit; in quorum tertio, Dicunt, inquit, non habere casus Mox, & Vix, Nequam, habere, quod dicamus nequam, huius nequam, huic nequam. Idẽ in eodem, vbi de naturali, et voluntaria declinatione agit, Naturã dico, cum vniuersi acceptũ nomẽ ab eo, qui imponit, non requirimus quemadmodum velit declinari, sed ipsi declinamus, vt huius Romæ, hanc Romam: in eodem, Dicitur enim hic Lepus, & hoc Nemus: si eiusdẽ generis essent, utriq; præponeretur idẽ, ac diceretur, aut hic Lepus

pus, & hic Nemus, aut hoc Lepus, & hoc Nemus. P. Nigidius, quem M. Tullius propter excellentem & ingenij, & eruditionis prẹstantiã coluit, atq; plurimi fecit, in quarto, & vigesimo commentariorum Grammaticorum apud Gellium libro 13. ca. 24. Si huius, inquit, amici, vel huius magni scribas, vnũ I, facito extremum. Sin vero hi amicei, hi magnei casu multitudinis recto, tunc ante I, scribendum erit E, atque id ipsum facies in similibus. Eodem modo Fabius, Probus, Gellius locuti sunt, & qui post eos præcepta grammaticæ tradiderunt. Donatus non solum articulos casibus, sed ipsis etiam articulis, casuum appellationes præposuit, hoc modo. Nominatiuo hic magister, genitiuo huius magistri, datiuo huic magistro. Diomedes veterum ritu articulis contentus fuit. Quid ergo, dicat aliquis, tibi in mentem venit, vt à grauissimorum hominum sententia recederes? Ego vero tantum abest, vt ab eorum sententia recesserim, ut ipsos etiam in his commentariolis ad imitandum mihi potissimum proposuerim. Quibus igitur rationibus adductus, pueris declinationum formas prætermissis articulis ediscendas proponis? Nimirum quia satis, superque arbitror casuum vocabula ipsis casibus præponere, articulos uero nominum tantum positionibus, rectisque casibus: Aliud est enim rationem, viamque tradere qua Latinam linguam discas, aliud Grammaticẹ quæstiones explicare, nodosq; difficiles expedire. Hic & articulis licet utare, & alijs quæ Grammaticorum quidem sunt propria, sed à Latini sermonis cultu, & elegantia longe alienissima: illinc omnia, quæ potius impedimento, quam emolumento esse possunt, omnino, quo ad eius fieri poterit, remouenda sunt. Quorsum enim ea pueri memoriæ mandent, quæ nullam ipsis utilitatem sint allatura? Quid attinet nomina articulis infarcire, quorum nullus in oratione Latina sit vsus? Quod si priscis illis temporib. id studio fuit ludimagistris, ut pueros nomina in casus inclinantes articulis, tanquam crepitaculis quibusdam oblectarent nemini id mirum uideri debet, siquidem ea ẹtate Latinam linguam cum lacte nutricis sugebant. Nobis uero non idem licet, qui musas non domi natas, sed multo sudore partas colimus. Quæ, cũ ita sint, ea doceantur, quæ breui eis usui futura sunt. Incipiant iam nunc loco articulorum mobilia nomina cum fixis coniungere, & in ipso primo aditu, uestibuloque Grammaticæ Adiectiui, ac Substantiui nominis consensum, concordiamque degustare, ac rectæ constructionis partem, licet imprudentes, experiri: ita enim fiet, ut assidua exercitatione tum expeditius, tum facilius, et scribant, & loquantur. Quæ me causa mouit, ut declinandi initium à muliebri uocabulo facerem, ut uel primo ipso die, quo Grammaticam attigissent, aliquem sui laboris fructum perciperent: nam Adiectiua, si eiusdem sint formæ, atq; exitus, sine ullo labore cum Substantiuis copulantur, ut Ferula Acerba; sin autem figura ab ijsdem discrepent, non statim, sed paucis post diebus declinanda sunt, ut Ferula Minax, Musa Dulcis.

Secunda Declinatio.

¶ Dominus nomen declinationis secundæ generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominatiuo	hic Dominus.
Genitiuo	Domini.
Datiuo	Domino.
Accusatiuo	Dominum.
Vocatiuo	ò Domine,
Ablatiuo	à Domino.
Numero plurali.	
Nominatiuo	Domini.
Genitiuo	Dominorum
Datiuo	Dominis.
Accusatino	Dominos.
Vocatiuo	ò Domini.
Ablatiuo	à dominis.

Hic Dominus iustus.
Hic Dominus bonus.
¶ Aliquot post dies
Hic Dominus prudens.
Hic Animus generosior.
Hæc populus procerissima.

¶ Templum nomen declinationis secundæ, generis neutri, numeri singularis sic declinabitur.

¶ Nominatiuo	hoc Templum.
Genitiuo	Templi.
Datiuo	Templo.
Accusatiuo	Templum.
Vocatiuo	ò Templum:
Ablatiuo	à Templo.
Numero plurali.	
Nominatiuo	Templa,
Genitiuo	Templorum,
Datiuo	Templis.
Accusatiuo	Templa.
Vocatiuo	ò Templa.
Ablatiuo.	à Templis.

Hoc templum sanctissimum.
Hoc ingenium eximium.
¶ Suo tempore.
Hoc templum ingens.
Hoc ingenium illustre

¶ Hic admonendi sunt tyrones neutra nomina tres casus habere similes, nominandi, accusandi, & vocandi, eosque numero multitudinis, a, litera terminari: cętera in suum locum differantur:

Tertia declinatio.

¶ Sermo, nomen declinationis tertiæ, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominatiuo	hic Sermo.	*Hic sermo elegans.*
Genitiuo	Sermonis.	*Hic sermo quotidianus.*
Datiuo	Sermoni.	*Hæc uirtus admiranda.*
Accusatiuo	Sermonem.	*Hæc oratio elegantior.*
Vocatiuo	ò Sermo.	
Ablatiuo	à Sermone.	
Pluraliter.		
Nominatiuo	Sermones.	
Genitiuo	Sermonum.	
Datiuo	Sermonibus.	
Accusatiuo	Sermones.	
Vocatiuo	ò Sermones.	
Ablatiuo	à Sermonibus.	

¶ Tempus, nomen declinationis tertiæ, generis neutri, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominatiuo	hoc Tempus.	*Hoc tempus breuius.*
Genitiuo	Temporis.	*Hoc tempus pretiosum.*
Datiuo	Tempori.	*Hoc tempus uelox.*
Accusatiuo	Tempus.	
Vocatiuo	ò Tempus.	*Hoc nomen celebre.*
Ablatiuo	à Tempore.	*Hoc flumen rapidum.*
Pluraliter.		
Nominatiuo	Tempora.	
Genitiuo	Temporum.	
Datiuo	Temporibus.	
Accusatiuo	Tempora.	
Vocatiuo	ò Tempora.	
Ablatiuo	à Temporibus.	

Nec existimes uoces Pluraliter, Singulariter, barbaras esse, iam enim Quintiliani ætate natæ errant. Audi ipsum libro quinto ca. sexto. Est etiã huic tropo quædam cum synecdoche vicinia. Nam cũ dico uultus hominis ꝑ uultu: dico pluraliter, quod singulare est, qđ plurale est, singulariter.

Pa-

¶ Parens nomen declinationis tertiæ, generis communis, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominatiuo	hic, & hæc Parens,
Genitiuo	Parentis.
Datiuo	Parenti.
Accusatiuo	Parentem.
Vocatiuo	ò Parens
Ablatiuo	à Parente.

Pluraliter.

Nominatiuo	Parentes.
Genitiuo	Parentum.
Datiuo	Parentibus.
Accusatiuo	Parentes.
Vocatiuo	ò Parentes.
Ablatiuo	à Parentibus.

Quorsum, dices, hæc forma, num aliter Parẽs inflectitur, quam Sermo? Non quidem: sed vt iam inde ab ipso tyrocinio intelligant adolescentuli, esse quædam nomina generis communis: id quod etiam à veteribus Grammaticis accepimus.

Hic, & hæc ciuis.
Hic, & hæc hostis.
His nominibus adduntur Adiectiua non coniunctim, sed separatim, vt hic Ciuis Romanus: hæc Ciuis Romana.

Quarta declinatio.

¶ Sensus nomen declinationis quartæ, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominatiuo	hic Sensus.
Genitiuo	Sensus.
Datiuo	Sensui.
Accusatiuo	Sensum.
Vocatiuo	ò Sensus
Ablatiuo	à Sensu.

Numero plurali.

Nominatiuo	Sensus.
Genitiuo	Sensuum.
Datiuo	Sensibus.
Accusatiuo	Sensus.
Vocatiuo	ò Sensus,
Ablatiuo	à Sensibus.

Hic sensus hebes.
Hic sensus tardus.
Hic census tenuis.
Hæc anus delira.

¶ *Hic vigilandum est Ludi magistro, ne discipuli ex Censu, Sensum faciant, aut contra, solent enim literas c, & s, facilè permiscere, ac confundere, quod vitium longè, latèque patet.*

¶Genu nomen declinationis quartæ, generis neutri, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominatiuo	hoc Genu.	*Hoc genu flexum.*
Genitiuo	Genu.	*Hoc genu tumens.*
Datiuo	Genu.	
Accusatiuo	Genu.	
Vocatiuo	ò Genu	
Ablatiuo	à Genu.	

Pluraliter.

Nominatiuo	Genua.
Genitiuo	Genuum.
Datiuo	Genibus.
Accusatiuo	Genua.
Vocatiuo	ò Genua.
Ablatiuo	à Genibus.

¶ Dictabit Præceptor nonnunquam præcepta rectè scribendi faciliora: exempli causa. Ante b, p, m, semper scribendam esse literam m, vt Ambo, Campus, Commodum. Nunquam eandem consonantem in initio, aut exitu dictionis geminari. Si eadem in medio geminetur non esse utranque initio, aut fine uersus scribendam, sed alteram in fine, alteram initio.

Quinta declinatio.

¶Dies nomen declinationis quintæ, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

¶Nominatiuo	hic Dies.	*Hic dies lætissimus.*
Genitiuo	Diei.	*Hic dies illustris.*
Datiuo	Diei.	*Hæc res domestica.*
Accusatiuo	Diem.	*Hæc res familiaris.*
Vocatiuo	ò Dies.	
Ablatiuo	à Die.	

Numero plurali.

Nominatiuo	Dies.
Genitiuo	Dierum.
Datiuo	Diebus.
Accusatiuo	Dies.
Vocatiuo	ò Dies.
Ablatiuo	à Diebus.

¶ Dies generis esse incerti nemo est qui nesciat: sed quia fœmininum genus raro multitudinis numero reperitur, hoc loco uirili fuimus contenti.

DE NOMINVM ADIECTIVORVM *Declinationibus directis, & obliquis.*

¶Bonus, bona, bonum, nomen mobile declinationis primæ & secundæ, numeri singularis, sic declinabitur.

¶Nominatiuo	Bonus, bona, bonum.
Genitiuo	Boni, bonæ, boni.
Datiuo	Bono, bonæ, bono.
Accusatiuo	Bonum, bonam, bonum.
Vocatiuo	ò Bone, bona, bonum.
Ablatiuo	à Bono, bona, bono.

Pluraliter.

Nominatiuo	Boni, bonæ, bona.
Genitiuo	Bonorum, bonarũ, bonorũ.
Datiuo	Bonis.
Accusatiuo	Bonos, bonas, bona.
Vocatiuo	ò Boni, bonæ, bona,
Ablatiuo	à Bonis.

¶ Qui primam, & secundam nominum formã memoriæ mandauerit, existimet se etiam hanc mandasse. Nam bonus, ut dominus: bona, ut musa: bonum, ut templum declinatur. Quare curet magister ut discipuli ita in suprascriptis formis exerceantur, ut cum huc peruenerint, ne in his directis, trãsuersisq; ordinibus aliquid inesse noui arbitrentur: sic enim declinantur, ut.

Dominus, musa, templum.
Domini, musæ, templi.
Domino, musæ, templo.
Dominum, musam, templum
Et reliqua eodem modo.

SI veterum Grammaticorum vellemus persequi vestigia, nihil erat cur hanc, & proximas adiectiuorum formas superioribus adiungeremus: illi enim mobilia nomina, quæ ternas, aut binas figuras haberent non coniunctim, sed separatim singula per se declinabant: hic bonus exempli causa, vt hic dominus. hæc bona, ut hæc musa: hoc bonum, vt hoc templum: unde hæc adiectiua primæ, & secundæ declinationis appellantur. Hic, & hæc breuis, vt hic & hæc parens: hoc breue, vt hoc tempus: aut singula per se, hic breuis, ut hic sermo: itidem hæc breuis. Quod etiam apud Varronem lib. 3. de Analog. videre est, sic enim quosdam ordines disponit, Hic albus, huic albo, huius albi, hæc alba, huic albæ, huius albæ, hoc album, huic albo, huius albi. In eodem, Eius casus literarum discriminibus facilius reliquorum varietatem, discernere poterit, quod ei habent exitus aut in a, vt hac terra: aut in e, vt hac lance: aut in i, vt hac leui. Verũ quoniã hæc declinandi ratio nonnullas habet oppor

tuni-

tunitates, nō existimaui prætermittendam esse, relicturus tamen docentibus iudicium suum. Primum enim sciūt adolescentuli esse quasdam, ex quibus ternæ figuræ fiant, quarum prima generis sit masculini, altera fœminini, tertia neutri, alias à quibus duæ, vt breuis, & breue, quarum prior generis cōmunis, posterior neutri: esse demum alias, quæ vna figura casu recto singulari sint contentæ, quæ omnia genera complectantur, vnde & omnis sint generis. Deinde hoc pacto Adiectiua à Substantiuis facilius secernunt, & internoscunt, quā deffinitionibus, teneris ingenijs parum idoneis. Ad extremum, vt planius intelligant, quæ paulo post de nominum generibus dicenda sunt, cum de partibus orationis, quæ rudimenta uocantur, agendum erit. Ne mireris ꝙ declinationes tum directas, & obliquas, tum directos, & trāsuersos ordines appellarim, sic.n. Varro appellat. Sunt enim si formam ipsam inspicis, uni transuersi, alteri directi, ut in tabula fieri solet, in qua latrunculis luditur. Directi sunt, inquit idē lib. 3. de Analo. qui à recto casu rectè declinantur, ut albus alba album. Transuersi qui à recto casu obliquè declinantur, ut albus albi, albo. Hæc ille.

¶ Subiecta nomina eodem modo declinantur, nisi quòd casus interrogandi syllaba, ius, dandi vero i, litera terminatur.

Alter, altera, alterum, alterius, alteri.
Alius, alia, aliud, alius, alij.
Solus, sola, solum, solius, soli.
Totus, tota, totum, totius, toti.
Vnus, vna, vnum, unius, vni.
Vllus, vlla, vllum, vllius, vlli.
Nullus, nulla, nullum, nullius, nulli.
Vter, utra, utrum, vtrius, vtri.
Neuter, neutra, neutrum, neutrius, neutri.
Vterque, vtraq;, vtrunq;, vtriusq;, vtrique.
Alteruter, alterutra, alterutrū, alterutrius, alterutri.

Hęc priscis illis temporibus usitatam, ac tritā declinandi rōnem seruabant. Alter, alteri, altero. alius, alij, alio. Et cætera eodem modo, lege Prisc. lib. 13. ubi nonnulla exempla ponūtur. Huc etiā spectant cętera, quæ ex nomine Vter componuntur, Vtercūq;, uterlibet, uteruis. Genitiuo Neutri utitur Varro lib. 2. de Anal. Maris, inquit, fœminæ, & neutri. Item Probus, Phocas, Diomedes, Donatus, cæterique ueteres, quod à priscis acceptum suo iure conseruarunt, & retinuerunt.

HAec, & nonnulla alia quidā ex recentioribus de sententia, atq; autoritate Varronis, Probi, Diomedis, Donati, Seruij, ac cæterorū bene sentiētiū Grāmaticorū docet esse pronomina. Quod ad Varronē attinet, nullā de his mentionē facit in lib. de Analo. cū de pronominibus, quos articulos appellat, multis locis disseruerit. Probus in lib. quem Artium instituta inscripsit, in quo de pronominib. agit, ne uerbū quidē de ijsdem fecit. Donatus in priore libello de octo partibus orationis, quē alij Primā artē, alij primā editionem uocāt,

quatuor

quatuordecim tãtum pronomina posuit, in quibus nullum horum est. In posteriore, quam Priscianus secundam artem, alij secundam editionem appellant, hęc ad verbum de his, & nonnullis alijs nominibus scripsit. Neuter, vter, omnis, alter, alius, vllus, ambo, vterque, sunt qui pronomina existiment, eo quod articulis in declinatione non indigeant. Seruius in commentariolis, quæ in hanc ipsam posteriorem artem scripsit, negat præter vnum, & viginti pronomina, quę ipse enumerat, esse alia, in quibus nullum ex his numerauit. Sergius doctus, & antiquus grammaticus, qui in eandem artem scripsit, sic inquit, Neuter, alius, & reliqua constat esse nomina, quoniam Probus uiginti vnum dicit esse pronomina, in quibus ista non computantur. Hæc ille. Solus Diomedes ex veteribus, quos quidem legerim, hæc inter pronomina recenset. Priscianus lib. 13. aliquot locis docet eße nomina, quamuis ea quidã similitudine declinationis decepti, inter pronomina numerauerint: nam vnius, vni, solius, soli, & reliqua, quod ad patrium, & dandi casum attinet, pronomina, vt illius, illi, istius, isti, referũt, atq; imitantur. Si quis forte in 1. de Analo. legerit nomẽq; Vnus, vnius, vni a Varrone sine articulis declinatum, ne ideo existimet pronomen esse, alia enim simul eodem loco inclinat in casus, quæ sine vlla controuersia nomina sunt, quæ declinandi ratio nobiscum facit, & ne quęrẽdo loco defatigeris, audi ipsum Varronem. Relinquitur, inquit, de casibus, in quo Aristarchei suos contẽdunt neruos. Dicũt debuisse omnes nominatiuos (sic interdum appellat nomina) & articulos habere totidem casus: nunc alios habere vnum solum, vt literas omnes singulos: alios tres, vt prædium, prædij, prædio: alios quatuor, vt mel, mellis, melli, melle: alios quinque, vt quintus, quinti, quinto, quintum, quinte: alios sex, vt vnus vnius, vni, vnum, vne, vno. Non esse ergo in casibus analogias. Hactenus ille. Hic, vt vides, nominatiui, idest, nomina cum nominibus conferuntur, non articuli, id est pronomina cum articulis: nam idem Varro lib. 3. ait articulos carere vocandi casu. quem hic apertissime vides. nam senos habet casus, Vnus.

TERTIA NOMINVM
adiectiuorum declinatio.

Acer, acris, acre, nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur,

Nominatiuo	hic Acer, hæc acris, hoc acre,	
Genitino	Acris.	
Datiuo	Acri.	*Si nomen adiectiuum habuerit tres*
Accusatiuo	Acrem, & acre.	*formas; prima erit generis masculini, altera fœminini, tertia neutri.*
Vocatiuo ò	Acer, acris, & arce	

Ablatiuo ab Acri. *Varro in lib. de Analogia modo ternas figuras, modo tres formas appellat. Sic declinatur alacer, celer, equester, volucer, syluester, saluber.*

Plurali.

Nominatiuo	Acres, & acria.	
Genitiuo	Acrium.	*Quoniã proxime adiectiua primæ, & tertiæ declinationis, quę ternas formas habent posuimus, visum est nõ incõmodum, quæ tertię declinationis totidẽ figuras haberent primo ponere, deinde quæ duas, postremo quæ vnam.*
Datiuo	Acribus.	
Accusatiuo	Acres, & acria.	
Vocatiuo ò	Acres, & acria.	
Ablatiuo ab	Acribus.	

Breuis, & Breue nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominatiuo hic, & hæc Breuis, & hoc breue.

Genitiuo	Breuis.	
Datiuo	Breui.	*Si adiectiuum nomen duas habuerit formas, prior erit generis communis, posterior neutri.*
Accusatiuo	Breuẽ, & breue.	
Vocatiuo ò	Breuis, & breue.	
Ablatiuo à	Breui.	

Numero plurali.

Nonnulla è proximis etiam huc spectant, vt hic, & hæc alacris, & hoc alacre: celebris, & celebre: salubris, & salubre.

Nominatiuo	Breues, et breuia.	
Genitiuo	Breuium.	
Datiuo	Breuibus.	
Accusatiuo	Breues, & breuia	*Eodem modo declinatur breuior, & breuius, et alia eiusdem formæ comparatiua, quæ pene sunt infinita.*
Vocatiuo ò	Breues, & breuia.	
Ablatiuo à	Breuibus.	

Felix, nomen Adiectiuum, Declinationis tertiæ, generis omnis, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominatiuo hic, & hęc, & hoc Felix. *Si nomem Adiectiuum vnam tantum habuerit formam, erit omnis generis.*

Genitiuo	Felicis.	
Datiuo	Felici.	
Accusatiuo	Felicem, & felix	
Vocatiuo ò	Felix.	*Misceantur nonnunquam omnes gradus, vt Felix, Felicior, Filicissimus. Sic enim fit lingua cele-*
Ablatiuo à	Felice, vel Felici.	

Numero

Numero Plurali.	
Nominatiuo	Felices, & Felicia.
Genitiuo	Felicium.
Datiuo	Felicibus.
Accusatiuo	Felices, & Felicia.
Vocatiuo ò	Felices, & Felicia.
Ablatiuo	à Felicibus.

celerior, & exercitatior: ita tamen vt cum aliquo Substantiuo coniungantur.

Poeta Bonus, melior, optimus.
Scurra Malus, peior, pessimus.
Digitus Paruus, minor, minimus.
Vir Magnus, maior, maximus.
Facilis, facilior, facillimus.
Difficilis, difficilior, difficillimus.
Humilis, humilior, humillimus:
Similis, similior, simillimus.
Dissimilis, dissimilior, Dissimillimus.

Cum sextus casus nominum, quæ literis, N, & S. terminantur, in E, vt Verius Flaccus auctor grauissimus docet, fere exeat: cumq; genitiuus multitudinis eorundem nominum raro ab oratoribus imminuatur; siquidem, Diligentium, elegantium, ingentium, & alios id generis casus, plenos, non imminutos, Diligentum, elegantum, &c. ferme vsurpant; in locum nominis, Prudens, substituimus, Felix, ne imperitis errandi ansam daremus. Non negamus esse quædam, quorum ablatiuus etiam I, litera finiatur, cuiusmodi sunt, Ingens, recens, vehemens; de quibus, atque participijs, quæ eiusdem sunt positionis, fusius suo loco diximus. Hinc enim tantum nobis admonendus fuit lector, de hac exemplorum permutatione. Felix in primis placuit, quod eo Diomedes, & Donatus vsi fuerint.

Nomina Anomala.

Nomina Anomala, quod ad rem attinet, dicuntur quæ à similium declinatione, aliqua ex parte, deflexerunt, vt Domus, exempli causa, quamuis sit quartæ declinationis, & simile his nominibus Manus, Tribus, tamen ab eorum declinatione deflexit, cum aliqua ex parte nomina secundi ordinis imitetur. Item duo, duæ, duo: ambo, ambæ, ambo, ita quidem cum adiectiuis primi, & secundi ordinis consentiunt, vt ab eis etiam discrepent. Verum de analogia, & anomalia suo loco, Deo iuuante, nonnihil dicemus.

Nominatiuo hæc	Domus.
Genitiuo Domi, vel	Domus.
Datiuo	Domui,
Accusatiuo	Domum,
Vocatiuo ò	Domus,
Ablatiuo à	Domo.

Quæ voces locum, quæ officium, quæ vtrunq; significent, procedente tempore discēt pueri; quare nihil aliud hic ab eis, quā declinandi ratio exigatur. Harum domum, & has domus reperies quidem sed rarius.

Pluraliter.

Nominatiuo		Domus.
Genitiuo	Domorum, vel	Domum.
Datiuo		Domibus,
Accusatiuo	Domos, vel	Domus.
Vocatiuo		ò Domus
Ablatiuo		à Domibus.

Pluraliter.

Nominatiuo	Duo, duæ, duo
Genitiuo	Duorũ, duarũ, duorũ.
Datiuo	Duobus, duabus, duobus,
Accusatiuo	Duos, uel duo, duas, duo.
Vocatiuo	ò Duo, duæ, duo.
Ablatiuo	à Duobus, duabus, duob.

Ambo eodem modo declinatur.

Pluraliter.

Nominatiuo	Ambo, ambæ, ambo.
Genitiuo	Amborum, amborum, amborũ.
Datiuo	Ambobus, ambabus, ambobus.
Accusatiuo	Ambos, vł ambo, ambas, ambo.
Vocatiuo	ò Ambo, ambæ, ambo.
Ablatiuo	ab Ambob⁹, ambabus, ambob.

Duo, & Ambo accusandi casus generis masculini potius ad Poetas, quam ad alios scriptores pertinent. Cic. Appio libro 3. epist. 4. Duos enim duarum ætatum plurimi facio, eadẽ ratione, Cn. Pompeium filiæ tuæ socerũ, & M. Brutum generum tuum; sic enim habẽt libri correcti, non duo. vt quidam legit. Plus, quod numero singulari neutrum est, plurali, vero hi, & hæ plures, & hæc plura, anomalum quidem est genere, sed non declinatione, quare huc minime spectat.

De Pronominum declinatione.

PRonomina distribuit M. Varro in Finita, & infinita: illa Pronomina, hæc Prouocabula appellat: vtraque Articulos. Infinita, et Prouocabula vocat, quod ponantur pro vocabulis, quæ Infinita sunt. Finita vero, & Pronomina, quod pro nominibus ponantur, quæ Finita sunt. Articulos autem, quod sint veluti quidam nodi, & articuli orationis, nam nõmen, & verbum mẽbra sunt præcipua, ex quibus corpus orationis constat. Dicam apertius, quæ recentiores nomina appellatiua, siue cõmunia vocant, eadẽ Varro Vocabula appellat, quæ illi propria, hic Nomina. Idem Vocabula, Infinita: Nomina, Finita dicit. Audiamus ipsum Varronem (quem Fabius lib. 10. Romanorum eruditissimũ, ac linguæ Latinę peritissimũ appellat) de Analog. 1. Sequitur, inquit

de Nominibus, quę differunt à vocabulis, ideo, quod sint finita, ac significent res proprias, vt Paris, Helena: cũ vocabula sint infinita, ac res, cõmunes designent, vt vir, mulier. Idẽ in eodem, Quare quid ad vniuersam verborũ naturã attinet, hęc attigisse modo satis est: quod ad partes singulas orationis, deinceps dicam: cuius quoniam sunt diuisiones plures, nunc ponã potissimum, in quę diuiditur oratio seruanda, vt natura in quatuor partes: vnam, quæ habet casus: alteram, quæ habet tempora: & tertiam quæ habet neutrum: & quartã, in qua est vtrumque: hanc vocant quidã Appellandi, Dicendi, Adminiculandi, Iungendi. Appellandi dicitur, vt homo, Nestor. Dicẽdi, vt scribo, & lego. Iungẽdi vt, atq;. Adminiculãdi, ut docte, et cõmode. Appellãdi partes sunt quatuor, è queis dicta à quibusdã Pronocabula, quæ sunt vt Quis, Quæ. Vocabula, vt scutum, gladius. Nomina, vt Romulus, Remus. Pronomina, vt hic, hęc. Duo media dicũtur Nomina: prima, & extrema Articuli. Vides quemadmodum prima et extrema, hoc est, Prouocabula, & Pronomina appellet Articulos? Illud etiam obiter notabis, duo media, idest, Vocabula, & Nomina appellari, Nomina. Itaque Nomen hic complectitur, & propria, & appellatiua. Audiamus cætera, quæ sequuntur, Primũ genus est infinitũ, secundũ vt infinitũ, tertiũ vt finitum, quartũ finitum. Primũ genus, hoc, est, Prouocabula appellat infinitum: secundũ idest, vocabula, vt infinitum: tertiũ vt finitũ, idest Nomina. quartũ finitũ, hoc est pronomina. Idem in 3. postquam de articulis egit, hæc adiungit, Illud habẽt quod partim sunt finita, vt hic, & hæc, Partim infinita vt Quis, quæ, Et in eodem. Vt in articulis duę partes sunt finitæ, & infinitæ, sic in vocabulis duæ, Vocabulum, & Nomen, non enim idem oppidum, et Roma, cum oppidum sit vocabulum; Roma, Nomen. Cum dixit, In uocabulis duę, Vocabulũ propria, & appellatiua comprehẽdit, vt supra Nomẽ. Itaq; Vocabulũ, et Nomẽ interim apud Varronem in eadẽ re dicuntur. Probus grãmaticus in primis nobilis, qui etiam Gellium, & Suetonium ætate antecessit, tertiũ genus addidit. Minus quã finitũ. Itaq; pronomina distribuit in Finita, & infinita, et minus infinita, quẽ postea Diomedes, Donat. Seruius secuti sunt.

Finita sunt, inquit, Diomedes, quę n tant certum numerum, & gestum dirigunt ad certam personam, vt Ego. Infinita, quę certam non recipiunt personam, vt Quis, quę, quod, Minus quam finita sunt, quę certis, & incertis personis aptari possunt, vt Ipse, Ego, Tu, Ille: appellant cæteri finita, Probus pronomina personalia, quod idem est. Sergio non probatur Probi diuisio; ait enim pronomina omnia aut esse finita, aut infinita, Donatumq; melius in priore libello in has duas partes diuisisse, quod quidem Donatus initio dicit, sed in pronominib. declinandis etiam minus quam finita vocat. Sed, ne nimium sim grammaticus, qui plura volet, ipsos adeat, quos citaui. Vnum superest necessario explicandum, Prouocabula etiam pro Nominib. hoc est, pronomina infinita, vt Quis, quę quod, etiam pro proprijs nominibus, licet confuse, posse po-

ni. Cic. ad Atticum lib. 8. Volo exquiras, quam diligentissimè poteris, num quem accusent, num cui succenseat. Quid dico, num cui? num Pompeio. Vides vt prouocabulum, Cui, interprete eodem Cicerone, ponatur pro nomine Pompeio? Quidā recentiores prouocabula appellant quęuis pronomina. Quod ad numerum pronominū attinet, alij, vt supra diximus, vnum & viginti, alij plura, alij pauciora posuerunt: nos, quæ pleriq; omnes admittūt, ex tam multis selegimus: quibus nemo veterum, quos quidem viderim, certas declinationum formas attribuit, præter vnum Priscianum, qui ea in quatuor formas distribuit. Sed cur certi eis ascribantur ordines, cum singula singulis constent vocabulis? Deinde cum vltima litera, vel syllaba genitiui alias formas ab alijs separet, qua ratione tria primitiua mei, tui, sui à deriuatiuis separabimus? Postremo, cum hæc declinationum distinctio nullam afferat pueris utilitatem, non video cur multitudine præceptorum sint obruendi. Quare more veterum simpliciter ea declinabimus, nulla facta ordinum mentione.

DE PRONOMINVM
primitiuorum declinatione.

Ego pronomen personæ primę, numeri singularis, sic declinabitur.

Tu, pronomen personæ secundæ, numeri singularis, sic declinabitur.

Nomin.	Ego.	Nomina.	Tu.	*Interrogandi casus*
Genit.	Mei.	Genitiuo	Tui.	*mis, & tis consulto omi-*
Datiuo	Mihi, vel mi.	Datiuo	Tibi.	*simus, quorum neque*
Accusat.	Me.	Accusatiuo	Te.	*Grammaticorum proce-*
Ablat.	à Me.	Vocat.	ô Tu.	*res Probus, & Diome-*
		Ablati.	à Te.	*des vllam mentionem fe-*
Pluraliter.		*Pluraliter.*		*cerunt.*
Nominatiuo	Nos.	Nomina.	Vos.	
Gen.	Nostrum, vel nostri.	Genit.	Vestrum, vel vestri.	
Dat.	Nobis.	Datiuo.	Vobis.	
Accusa.	Nos.	Accusa.	Vos.	
Ablat.	à Nobis.	Vocat.	ô Vos.	
		Ablat.	à Vobis.	

¶ Sui, pronomen personæ tertię, numeri vtriusque, sic declinabitur.

Genitiuo	Sui.	*Hæc tria docent ueteres esse omnis gene-*
Datiuo	Sibi.	*ris, quod cum omnibus generibus iungantur.*
Accusatiuo	Se.	*Ego uir, fœmina, mancipium hoc feci, quo*
	Abla-	*pacto*

Ablatiuo	à Se.
Plurali.	
Genitiuo	Sui.
Datiuo	Sibi.
Accuſatiuo	Se.
Ablatiuo	à Se.

pacto facile probaſſent, Animal eſſe omnis generis, cum iiſdem adiungatur, ſi quidē Vir animal, fœmina animal, mācipium animal hoc fecit, Videntur hęc potius ſubſtantiuorum naturam redolere.

Pronomina Hic, iſte, ille, ipſe, is, idem, quę aliqua ex parte primam, & ſecundam nominum adiectiuorum declinationem imitantur, ſic declinantur.

Nominatiuo	Hic, hæc, hoc
Genitiuo	Huius.
Datiuo	Huic.
Accuſatiuo	Hūc, hanc, hoc.
Ablatiuo ab	Hoc, hac, hoc.
Numero plurali.	
Nominatiuo	Hi, hæ, hæc.
Genitiuo	Horū, harū, horū
Datiuo	His.
Accuſatiuo	Hos, has, hæc.
Ablatiuo	ab His.
Numero ſingulari.	
Nominatiuo	Iſte, iſta, iſtud.
Genitiuo	Iſtius.
Datiuo	Iſti.
Accuſatiuo	Iſtum, iſtā, iſtud.
Ablatiuo	ab iſto, iſta, iſto.
Plurali.	
Nominatiuo	Iſti, iſtæ, iſta.
Cenitiuo	Iſtorū, iſtarū, iſtorum.
Datiuo	Iſtis.
Accuſatiuo	Iſtos, iſtas, iſta.
Ablatiuo	ab Iſtis.
Numero ſingulari	
Nominatiuo	Ille, illa, illud.
Genitiuo	Illius
Datiuo	Illi.
Accuſatiuo	Illum, illā, illud.
Ablatiuo	ab illo, illa, illō.

Plurali.	
Nominatiuo	Illi, illæ, illa.
Genitiuo	Illorū, illarū, illorum.
Datiuo	Illis,
Accuſatiuo	Illos, illas, illa.
Ablatiuo	ab illis.
Numero ſingulari	
Nominatiuo.	Ipſe, ipſa, ipſum.
Genitino	Ipſius.
Datiuo	Ipſi.
Accuſatiuo	Ipsū, ipſam, ipsū
Ablatiuo	Ipſo, ipſa, ipſo.
Plurali.	
Nominatiuo	Ipſi, ipſæ, ipſa.
Genitiuo	Ipſorū, ipſarū, ipſorum.
Datiuo	Ipſis.
Accuſatiuo	Ipſos, ipſas, ipſa.
Ablatiuo	Ipſis.
Numero ſingulari	
Nominatiuo	Is, ea, id.
Genitiuo	Eius.
Datiuo	Ei.
Accuſatiuo	Eum, eam, id.
Ablatiuo	ab eo, ea, eo.
Plurali.	
Nominatiuo	Ii, eę ea.
Genitiuo	Eorū, earū, eorū.
Datiuo	Eis, vel iis,
Accuſatiuo	Eos, eas, ea,

Ablatiuo ab	Eis, vel ijs.
	Numero singulari.
Nominatiuo	Idem, eadem, idē.
Genitiuo	Eiusdem.
Datiuo	Eidem,
Accusatiuo	Eundē, eādē, idem.
Ablatiuo ab	Eodē, eadē, eodē.
	Plurali.
Nominati.	Iidem, eędē, eadē,
Gen Eorūdē,	earundē, eorundē.
Datiuo	Eisdem, vel ijsdē.
Accusatiuo	Eosdē, easdē, eadē.
Ablatiuo ab	Eisdem, vel ijsdē.

Cur non dicitur Ipsud, vt Illud, Istud? Quia apud Priscos ipsus, ipsa, ipsum, vt bonus, a, um, dicebatur: cōsuetudo tamē Ipsus reiecit, Ipse vero probauit, vide Diomedem libro 1. Ei, & eidem nominandi casus multitudinis, merito à Diomede, et Donato prætermissi sunt, quos tamē Priscianus non omnino reiecit: quibus licet vtare, cum apud bonos autores legeris, id quod non facilè assequeris. Iisdem multò usitatius est, quam eisdem, etiam apud Ciceronem, de vtroque scribit idem in Oratore sic. In tēplis isdem, probauit Ennius, at eisdē erat verius, nec tamen eisdem, opimius: male sonabat ijsdem, impetratum est à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret. Hæc ille. Ennius cum dixit: In templis isdem maluit vti verbo imminuto Isdem, quam pleno Eisdē, vel Iisdem; male sonabat eo loco Isdem. ipse tamen Cicero, vt dixi, fere non aliter loquitur, adeo vt Diomedes, & Donatus eisdem ob eam causam videātur minime probasse.

De deriuatorum declinatione.

Meus, mea, meum: tuus, tua, tuum: suus, sua, suum, noster, nostra, nostrum: vester, vestra, vestrum declinantur, vt nomina adiectiua primæ, & secundæ declinationis.

	Numero singularis.
Nom.	Meus, mea, meum.
Geni.	Mei, meæ, mei.
Dati.	Meo, meæ, meo.
Accusa.	Meum, meam, meum.
Vocat. ô	Mi, mea, meum.
Abla. à	Meo, mea, meo.
	Plurali.
Nom.	Mei, meæ, mea.
Geni.	Meorū, mearum, meorum
Dati.	Meis.
Accus.	Meos, meas, mea.
Vocatiuo ô	Mei, meæ, mea.
Ablatiuo à	Meis.

Veteres Mius dicebāt, vnde vocatiuus o mi vide Diomedē lib. 2. Carisiū et Celsū apud Prisc. lib. 12.

Hæc tria Vocatiuo carent.

Tuus, tua, tuum,
Suus, Sua, suum,
Vester, uestra, vestrum.
Noster, nostra, nostrum
Vocatiuò noster, nostra, uostrum.

Nostras

Noſtras, & veſtras, pronomina deriuatiua omnis generis, declinantur, vt nomina adiectiua tertiæ declinationis.

N. Hic, & hæc, & hoc noſtras.
G. Noſtratis.
D. Noſtrati.
A. Noſtratem, & noſtras.
V. o Noſtras
A. à Noſtrate, vel noſtrati.
Pluraliter.
A. Noſtrates, & noſtratia.
G. Noſtratium.
D. Noſtratibus.
A. Noſtrates, & noſtratia
V. ò Noſtrates, & noſtratia.
A. a Noſtratibus.
Hic, & hæc, & hoc veſtras.
Vocatiuo caret.

Noſtras, ueſtras, Arpinas, Capenas, Caſſinas, Priuernas, & multa alia eiuſdem generis priſcis illis temporibus plena fuerunt Noſtratis, ueſtratis, Arpinatis, & cætera eodem modo. Caſſius Hemina in 3. Annal. apud Priſcianum lib. 12. Hos libros ſi quis noſtratis ſapiens. Cato in 1. Orig. apud eundem lib. 7. Si quis mortuus eſt Arpinatis, eius hæredes ſacra non ſequuntur. Idem in eodem, Sed lucus Capenatis. Neutrum deſinebat in e, (ut placet grammaticis) nullum tamen, quod ſciam, ponunt exemplum. Eruditius ſeculum maluit imminutis, quam plenis uti, ita ut figura una, omnia genera complecteretur. Cic. ad Att. lib. 16. Veni ad pontem Tiretium, in quo flexus eſt ad iter Arpinas, Liu. 5. ab Vrb. Cornelijs Faliſcum bellum, Valerio ac Seruilio Capenas ſorte euenit, Et 8. Eodem anno Priuernas bellum initum eſt. Sextus caſus ſæpe in e, deſinit. Cic. pro Cluent. C. & L. Fabritij fratres gemini ex municipio Aletrinate. Idem pro Vareno apud Priſc. Lib. 7. C. Ancharius Rufus fuit à municipio Fulgenate. In eodem, In præfectura Fulgenate. Liu. lib. 5. ab Vrb. In Capenate agro. Valer. Max. libro 6. Ex illo Mario tam humili Arpinate.

Prouocabulum, ſiue pronomen relatiuum Qui, quæ, quod, ſic declinabitur.

Numero ſingulari.

Nominatiuo	Qui, quæ, quod,
Genitiuo	Cuius,
Datiuo	Cui.
Accuſatiuo	Quem, quã, quòd.
Ablatiuo à	Quo, vel q̃, qua, vel q̃, quo vel q̃
Plurali.	
Nominatiuo	Qui, quæ, quæ,

Prouocabulum relatiuum Qui, quæ, quod, ſeparauimus ab interrogatiuo Quis, ne permiſta, & confuſa declinatio pueris tenebras offunderet.

Potuit quidem Latina lingua relatiuis carere, niſi elegantiæ rationem habuiſſet, Quotus enim quiſq; etiam ornate, & elegantis orationis hoſtis, faſtidium ferret, ſi antecedentia vocabula

Geni-

Genitiuo Quorũ, quarũ, quorũ.
Datiuo. Queis, vel quibus.
Accusatiuo Quos, quas, quæ.
Ablatiuo à Queis, vel quibus.

cubula, et nomina tertio quoq; uerbo repeterentur? In horum itaque locum prouocabula, et pronomina non necessitate exigente, sed elegantia repetitionum tædium horrente, atque reformidante, substituta sunt.

Quis prouocabulum, siue pronomen interrogatiuum, siue infinitum, sic declinabitur.

Numero singolari.

N. Quis, vel qui, q̃, qđ, vel quid.
G. Cuius
D. Cui.
A. Quem, quam, quod, vel quid.
A. à Quo, qua. quo, vel quid.

Quis, modo interrogatiuum est. Terent. And. Quis hic loquitur? modo infinitum: Vir. 3. Eclog. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Plurali.

N. Qui, quæ, quæ,
G. Quorum, quarum, quorum,
D. Queis vel quibus.
A. Quos, quas, quæ.
A. à Queis vel quibus.

Qui interdum pro Quis ponitur. Cic. pro Domo sua; Qui tantus fuit labor? quæ simultas? Idem pro Planc. Neque enim, qui illi nummi fuerint, nec qua tribus, nec qui diuisor ostenderis. Terent. Phor. Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris? Idem And. Nescio qui senex modo uenit.

Cui, apud priscos etiam fuit genitiuus, unde quisquis, cuicui. Cicero pro Sex. Rosc. Vereor enim cuicuimodi est Rosci, ne ita hunc uidear seruare, ut tibi omnino non pepercerim. Idẽ ad Att. lib. 3. Tu, uelim ad me omnia quam diligẽtissime, cuicuimodi sint, scribas. Et in extremo lib. 5. Tusc. Equidem me etiam conscripturum arbitror, ubi enim melius uti possumus hoc, cuicuimodi est, otio? pro cuius cuiusmodi est. Vide Prisc. 13. Datiuus Queis, parum uidetur usitatus, cum interrogatiuè aut infinite accipitur.

Distulimus in hunc locũ prouocabulũ Quis, uel qui propterea quod a quibusdã inter nomina, ab alijs, uero inter pronomina numeretur. Pronomẽ quidẽ esse infinitũ affirmat Probus, Diomedes, Donatus, Seruius, ac ceteri ueteres grãmatici. Varro prouocabulum, ut paulo ante diximus, & infinitum articulum appellauit. Probus non solum quis, uel qui, sed etiam quantus, tantus, qualis, talis, pronomina infinitæ qualitatis nominat: his addidit Diomedes Cuius, quotus, totus: Donatus in posteriore libello de octo partibus adiũgit Cuius,

ius, cuia, cuium, quot, tot. Priscianus tamen, qui ætate Iustiniani Cæsaris scribpsit, ait li. 2: veteres grammaticos Græcos fuisse deceptos, qui hæc putauerint esse pronomina, eorumq; errores Latinos fuisse secutos: se vero Apollonij, & Herodiani, qui veterum errata correxerint, sententiæ accedere. Idem li 13. Longa disputatione idem nititur confirmare, cuius disputationis hæc ferè est summa: Pronomina, pro nominibus proprijs duntaxat poni, vt Cicero scribit, idem recitat: at Quis, non esse pronomen, cum accipiatur tum pro proprio, tum pro appellatiuo, vt, Quis fecit? Virgilius poeta. Cuius argumentum quanti sit non difficile est intelligere. Cur enim non dicam, Orator orationes scribit, idem eas recitat? Idem pro Oratore accipitur, & Eas pro Orationibus, quæ nomina sunt appellatiua. Cic. 1. de Offi. Itaq; viros fortes eosdem bonos esse volumus. Idem ad Att. lib. 2. Venit mihi obuiam puer tuus, is mihi literas abs te reddidit. Sed hæc apertiora sunt, quam vt confirmatione egeant. Quare pronomina pro proprijs, & appellatiuis accipiuntur, sed frequentius pro proprijs; qua de causa à Varrone pronomina vocantur; quod nimirum pro nominibus, hoc est, proprijs sæpius ponantur. Quis, vero prouocabulum, quod frequentius pro vocabulis, hoc est appellatiuis accipiatur. Vide quæ paulo ante de hac re scripsimus. Donatus declinat, Quis, uel qui, quæ, vel qua, & plurali numero genere neutro, quæ vel qua: item accusatiuo quæ, vel qua. Potius Diomedem sumus secuti, qui merito, Qua, prætermisit, cum tantum in compositis nonnullis reperiatur.

Composita ex prouocabulo, Quis, cum præcedit.

Quisnam, quænam, quodnam, vel quidnam, cuiusnam, cuinam.
Quispiam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam, cuiuspiam, cuipiam.
Quisquam, quæquam, quodquam, vel quidquam, cuiusquam, cuiquam.
Quisque, quæque, quodque, vel quidque, cuiusque, cuique.
Quisquis, quidquid, cuiuscuius, cuicui, quemquem, quidquid, à quoquo.
Plu. Quiqui, quorumquorum, quibusquibus quosquos, à quibusquibus.

Composita ex Quis cum sequitur.

Aliquis, aliqua, aliquod, uel aliquid, alicuius, alicui.
Ecquis, ecqua, uel ecquæ, ecquod, uel ecquid, eccuius, eccui.
Nequis, nequa, nequod, vel nequid, necuius, necui.
Siquis, siqua, siquod, vel siquid, sicuius, sicui.

Composita ex prouocabulo Qui.

Quicunque, quæcunque, quodcunque, cuiuscunque, cuicunque.

Quidam,

DE VERBORUM Coniugatione.



OMINA declinare, & verba in primis pueri sciant; neque enim aliter peruenire ad intellectum sequentium possint. Hæc Fabius lib. 1. cap. 4. De nominum declinatione hactenus dictum est; de verborum antequam dico, oratos etiam, atque etiam eos velim, qui hoc declinationis commentariolum chartas euoluendi magis, vt sæpe fit, quam legendi animo, in manus sumpturi sunt: ne me longiorem putent, atque de re trita, & vulgata pluribus verbis egisse, quam res ipsa postularet. Nam si secum ipsi reputent, quam multæ, quam variæ, quam nouæ, & inaudita opiniones quotidie exoriantur, non, vt opinor, nobis vitio vertant, si in veterum, grauissimorumq́ autorum sententijs non solum numerandis, sed etiam pro nostra tenui parte exponendis aliquantulum fuerimus immorati. Etenim si res, vt iam cœpit ire, longius processerit, breui futurum est, vt verba ipso penitus extinguantur. Quid enim aliud superest, Modis omnibus, contra Varronis, Fabij, omniumque veterum sententiā, funditus sublatis? Iam vero si, non modo veterum, ac nobilium grammaticorum, verum etiam Iurisconsultorum de temporum significatione controuersias cum animis suis ijdem cogitent, in bonam, vt spero, partem, nostram hanc cunctationem accipient. Quid? Q. Scæuola, Brutus, Manilius dum accuratissimè disputant, sit ne verbum Surreptum erit, ad ante, an post facta referendum, præteritumne, an futurum tempus adsignificet, otiosi existimandi sunt? P. Nigidius Ciceronis æqualis, ciuitatis Romanæ doctissimus, vt Gellius libro 17. cap. 7. testatur, dum in eodem modo explicando quarto, & vigesimo commentariorum grammaticorum se se torquet nonne apertissimè nos docet verborum naturam non leuiter attingendam, sed penitus ac radicitus excutiendam? Prætereo quæstionem illam in Saturnalitijs conuiuijs positam, qua cognita, & perspecta multi nodi soluuntur, verba Scripserim, Venerim, Legerim, sint ne præteriti, an futuri, an vtriusque temporis. Mitto alia eiusdem generis, quæ ne longus sim, non inuitus prætermitto. Ii vero qui non solo chartarum numero contenti erunt, mihi in primis exorandi sunt, vt si quid in ipso statim ingressu offenderint, quod à recentiorum placitis alienum videatur, tantisper assensionem sustineant, dum quæ in primam verborum declinationem scripsimus, diligenter perlegant. Inscripseram hoc commentariolum, De verborum declinatione, solet enim Varro, & Fabius etiam cum de verbis est sermo, tum declinationis nomine, tum declinandi verbo vti, ne tamen grammaticis fastidium mouerem, malui inscriptionem perdere.

De verbi substantiui declinatione.

CVm præteritum perfectum, & vlterius, in patiendi verbis necessario ex substantiuo verbo supplenda sint: prudenter mihi videntur fecisse, qui ipsum in quatuor coniugationum tanquam vestibulo collocarunt: quorum me sententiæ haud pœnitet esse, etiam si aliud veteribus placuisse minimè ignorem.

Sum verbum substantiuum modi indicatiui, temporis præsentis, numeri singularis, personæ primæ, sic declinabitur.

Modi indicatiui tempus præsens.
SVM,
Es,
Est,
Plurali numero.
Sumus,
Estis,
Sunt.

Præteritum imperfectum.
Eram,
Eras,
Erat,
Pl. Eramus,
Eratis,
Erant.

Præteritum perfectum.
Fui,
Fuisti,
Fuit,
Pl. Fuimus,
Fuistis,
Fuerunt, vel fuere.

Præteritum plusquam perfectum.
Fueram,
Fueras,
Fuerat,
Pl. Fueramus,
Fueratis,
Fuerant.

FVTVRVM.
Ero,
Eris,
Erit,
Pl. Erimus,
Eritis,
Erunt.

Futurum perfectum, siue exactum ex Varronis sentẽtia, Fuero.

Assuescant iam nunc pueri aliquid Latinè dicere, ne verbum ipsum sine fructu memoriæ mandasse videantur: ita enim ad cætera ediscenda alacriores erunt.

Nihil est virtute pulchrius.

Nihil vnquã fuit virtute amabilius.

Imperatiui modi tempus præsens.

Es, vel esto,
Sit,
Pl. Simus,
Este,

Terent. Eunu. Bonò animo es.

Ecquid hæc imperatiui species noua tibi

Este, vel estote.	*tibi uidetur? Lege quæ in pri*
Sint.	*mam uerborum declinationẽ*
FVTVRVM.	*scripsimus: nam spero fore, ut*
Esto tu, uel eris,	*plenissimè intelligas, nihil con*
Esto ille, uel erit,	*tra aut ueterum grammatico*
Plur. Estote, vel eritis,	*rum sententiam, aut autorũ*
Sunto, vel erunt.	*usum à nobis dictum esse.*

Modus Optatiuus.

Quid attinet toties ad primæ cõiugationis scholia te reijcere? Nisi etiam Quintilianum hanc optatiui dispositionem probasse cognoueris, omnem in me culpam transferto. Ne mireris easdem uoces Lusitanas varijs temporibus subseruire, quos etiam apud Latinos interdum reperies, cuius rei causa est ipsa optãdi affectio, quæ sæpenumero ita perplexa est, ut uix discernas ad quod nam potissimum tempus spectet. Præteriti perfecti hæc, & similia esse poterunt, Audio tres milites tantùm fuisse desideratos. Vtinam non fuerint multo plures. Queira Deosque nam fossem muytos mais. *Pater tuus melius ualebat proximis diebus. Vtinam fuerit plane confirmatus.* Queira Deosque seia ià sano de todo. *Verbum* Seia, *beneficio aduerbij,* Ia, *ad præteritum relatum est.*

Optatiui modi tempus præsens, & imperfectum.	Præteritum plusquam perfectum.
Vtinam essem,	Vtinam fuissem,
Esses,	Fuisses,
Esset,	Fuisset,
Plur. Vtinam essemus,	*Plur.* Vtinam fuissemus.
Essetis,	Fuissetis,
Essent.	Fuissent.
Præteritum perfectum.	*FVTVRVM.*
Vtinam fuerim,	Vtinam sim,
Fueris,	Sis,
Fuerit,	Sit,
Plur. Vtinam fuerimus,	*Plur.* Vtinam simus,
Fueritis,	Sitis,
Fuerint.	Sint.

Modus coniunctiuus.

SI Coniunctiuo præponatur particula Cum eum, Lusitani indicatiuo explicát, exempli causa, Cum sim pauper nemo amicitiam meam expetit, Como sou pobre ninguem deseia minha amizade. Cum essem pauper nemo amicitiam meam expetebat. Como era pobre. &c. Cum sis bonus existimas omnes tui similes esse, Como sois bom, pareceuos, quæ todos ho sam. Cum diu fueris miles, non miror te interdum minas iactare, Como fostes muito tempo soldado &c. Cum antea fuissem pauperrimus, paruo contentus eram, Como dantes fora muito pobra, contentauame com pouco. Vtuntur etiã elegãter gerundijs, cum interpretantur hunc modũ. Audes ista dicere, cum sis uir nobilis? Atreueisuos a dizerisso sendo vos homẽ nobre. Poteramne tibi opẽ ferre, cum essem pauper? Podiauos aiudar sendo eu pobre? Non miror te lente conualescere, cum diu fueris ægrotus, Sendo uos, ou estando tanto tempo doente. Incide in grauissimum morbũ, cum nũquam antea fuißem ægrotus, Nam sendo ate entam doente. Tandẽ mortẽ obijt, cum annos prope viginti membris omnib. captus fuisset. Finalmente acabou, auendo perto de vinte annos que estaua entreuado. Locutiones illæ, Como seia, como fosse, & aliæ eiusdem generis, ijs, qui Lusitanè sciũt, minimè probãtur. Non miror te ista dicere, cũ sis miles, Nam me espanto dizerdes isso como se iais soldado, inauditum est. Nam me espanto dizerdes isso pois sois soldado, ou ia que sois soldado, dicitur bene Lusitanè. Cũ ergo huic modo particula, Cum, præponitur, eam in Lusitanas, Como, Pois, addito indicatiuo conuertes, aut uteris gerũdijs, Quando aut illis, aut his vtendam sit, usus te docebit. Non miror te lente conualescere, cũ diu fueris ægrotus, Como estiuestes tanto tempo doente, nam me espanto conualecerdes de vagar. Nam me espanto couualescerdes tam de uagar pois estiuestes tanto tempo doente: Nam me espanto conualescerdes de vagar, sendo ou estando tanto tẽpo doente: hic & particulæ, & gerundia locum habẽt. Illustrauimus hunc modum tam multis exemplis, vt intelligant qui de Lusitanæ linguæ, maximè hoc loco inopia conqueruntur, ei sæpe numero non tam uerba deesse, quã, qui ea uelint exquirere. Habet coniunctiuus etiam uoces proprias Seia fosse, quibus locus est, cum eas particulæ, Vt, Ne, & aliæ nonnullæ precedunt. Nunc te rogo, ut sis liberalis, olim ne esses prodigus, rogabam, Agora rogo te que seias liberal, os annos passados roga vate, que nam fosses prodigo. Ci. ad Att. 8. Plura scriberem, si ipse possem, Se podera. Teren. Adelph. si tu sis homo, Hic faciat. Se fordes homen. Itaq; Sim, nulla præposita particula, potest reddi Lusitane Eu sou, seria, for, sendo eu. Essem, Eu era, fora, fosse sendo eu. Quo pacto pueris Lusitanis hæc duo tempora, si fieri

posset,

posset, ediscenda essent, sublatis, inquam, particulis. Nam si particulam, præponas, & voces has omnes adiungas non cohærent, fit enim solœcismus, aut certe solœcophanes, si dicas Como eu se ia, como eu fosse. Quare in margine ponemus etiam alias particulas, vt tyrones intelligant variam esse horum temporum interpretationem.

Coniunctiui modi tempus
præsens.
Cum sim, Quamuis sim.
Sis, Si sim.
Sit, Nisi sim.
Plur. Cum simus,
Sitis,
Sint.

Præteritum imperfectum.
Cum essem, Si essem.
Esses,
Esset,
Plur. Cum essemus,
Essetis,
Essent,

Præteritum perfectum.
Cum fuerim,
Fueris,
Fueritis,
Plur. Cum fuerimus.
Fueritis,
Fuerint.

Præteritum plusquam perfectum.
Cum fuissem,
Fuisses,
Fuisset,
Plur. Cum fuissemus,
Fuissetis,
Fuissent.

FVTVRVM.
Cum fuero,
Fueris,
Fuerit.
Plur. Cum fuerimus,
Fueritis,
Fuerint.

DE MODO POTENTIALI, Permissiuo siue Concessiuo.

POtētialis modus, Permissiuus, siue Concessiuus digni quidem sunt propter eorum singularem ornatum, & elegātiam, qui non solum, vt cæteri pleni, ac integri perscribantur, sed etiam, ut aureis literis exarentur: plus enim splē doris soli, & venustatis orationi, quam cæteri omnes afferunt. His tamen angustijs circunscriptos, ne rei nouitate offendantur, præceptoribus exhibemus, optionemque damus, vt vel intactos omnino prætereant, vel si visum fuerit, auditoribus suis præcipiant, vt memoriæ eos mandent. Fuerint ne cogniti veteribus grammaticis, & an eodem nomine appellati: item quæ eorum sit vis, atque natura, omniumque temporum exempla, suo loco inuenies.

Modi Potentialis tempus præſens:
Sim,
Præteritum imperfectum,
Eſſem,
Præteritum perfectum,
Fuerim,
Prçteritũ pluſquã perfectum.
Fuiſſem,
Futurum,
Fuerim,

Modi Conceſſiui, ſiue Permiſſiui tempus præſens,
Sim,
Præteritum imperfectum,
Eſſem,
Præteritum perfectum,
Fuerim,
Præteritum pluſquã perfectũ,
Fuiſſem,
Futurum,
Fuero.
Futurum aliter.
Fueris.

De modo infinito.

Modus Infinitus, vt plenius ſuo loco videbis, quinque habet tempora, quorum præſens, & imperfectum voce vna, perfectum itidem, & pluſquam perfectum vna continentur. Luſitani omnia tempora circuitionibus apertisſime diſcernunt: indicatiuum, particulã, Que, *præponentes, Aiunt te eſſe ducem,* Dizem que ſois capitam. *Aiebant te eſſe ducem,* Diziam que ereis. *Aiunt te fuiſſe ducem,* Dizem que foſtes, *Aiebant te fuiſſe ducem,* Diziam que foreis. *Aiunt te fore, aut futurum ducem,* Dizem que fereis, ou que aueis de ſer capitam. *Interdum vtuntur ſubiunctiuo. vellem te eſſe omnibus virtutibus ornatum.* Queria que foſſeis. &c. *Locutiones, illæ,* Dizem ſerdes capitam: dizem auerdes ſer capitam. *quæque ſunt generis eiuſdem, linguę Luſitanæ peritis, haud quaquam probantur. Luſitano infinito locus eſt cum verbis, Poſſum, debeo, cupio, volo, nolo, malo, & alijs eiuſdem ſignificationis iungitur, idque in præſenti, & imperfecto, nam perfectum, & pluſquam perfectum circuitione explicantur, vt Cupio eſſe probus,* Deſeio de ſer virtuoſo, *præſens eſt. Cupiebam eſſe probus,* Deſeiaua ſer virtuoſo *: imperfectum eſt: vtrunque verbum Latinum, & Luſitanum vna voce contentum eſt. Futurum cum verbis ſperandi, promittendi, iurandi ſuppletur ex voce prę ſenti addita præpoſitione De, vt Spero me futurum virum doctum,* Eſpero de ſer. *Interdum eadem voce præſenti Luſitana explicatur pluſquam perfectum, vt Poterat iam fuiſſe mortuus, profectus, &c.* Podera ia ſer morto, partido, &c. *Nam illa,* Auer ſido morto, partido, *& his ſimilia, quibus nemo, qui modo Luſitane ſciat, vtitur è Bætico, vt diximus, barbare in Luſitanum conuerſæ ſunt.*

Infiniti

Scio me esse rudem. Infiniti modi tempus præsens, & præteritum imperfectum.
Esse,

Scio me fuisse rudem. Præteritum perfectum, & plusquam perfectum,
Fuisse,

Scio me semper fore rudem. FVTVRVM.
Fore, vel futurum, am, um, esse,
Participium futuri temporis,
Futurus, a, um.

Participiū Ens, formauit nouum Sergius Fuluius: ex Græco ὢν uide Quintil. li. 8. ca. 3. Gerundia uel participalia uerba Essendi, essendo, essendum, quæ in libello Donati, de octo partibus orationis leguntur, argumento sunt, non ab ipso, sed ab alio nescio quo, cōiugationū exēpla, aut certe uerba anomala addita fuisse, nusquam enim apud ueteres leguntur.

Tres fuisse duntaxat apud veteres grammaticos coniugationes.

VEteres illi, atque illustres literati, sic enim olim grammatici, ut autor est Suetonius in libello de Illustribus grāmaticis, dicebantur, tres tantum uerborum declinationes statuerunt: quarum postremam in correptam, & productam distribuētes, tertiam correptam appellabant, quā nunc tertiam simpliciter dicimus: tertiam uero productam quam quartā appellamus. Quo modo Probus, Phocas, Diomedes, & Donatus in posteriore libello de octo partibus orationis loqui consueuerunt. Hinc facile intelligitur locus ille Plautinus in Mercat.

Demiph. Hodie ire in ludum occœpi literarium
Lysimache, ternas scio iam. L. Quid ternas? D. Amo.

Videsne etiam priscis illis seculis Amandi uerbum in scholis fuisse decantatum?

De modis verborum.

CVM modus, (ut grammaticis placet) nihil aliud sit, quam uoluntas, uel animi affectio per uocem adsignificata, mirum est eos tam multas tā uarias hominum uolūtates, & affectiones, tā paucis modis circumscripsisse?

ad quas rem prope infinitam conantur reuocare. quam recte ipsi viderint. Certe voces non paucæ sunt, quarum elegantiam admireris quidem, sed modum non facile agnoscas. Ex plurimis nonnulla exempla subijciemus. Liu. lib. 6. dec. 1. Tum vero ego, inquit, nequicquam hac dextra Capitolium, arcemque seruauerim, si ciuem, commilitonemq; meum, tãquam Gallis victoribus, captum in seruitutem, ac vincula deduci videam. Terent: Hecyr. — denique hercle aufugerim potius, quam redeam, si eo mihi redeundum sciam. Quinti. lib. 10. de Demosthene, Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit: sed & nobis illa quę Attici mirantur, diuersa Latini sermonis ratio minus permiserit. In eodem: Ciceronem cuicunque eorum fortiter opposuerim. Virg. 8. Aeneid.

— at tu dictis Albane maneres. Idem 4.
Verum anceps pugnę fuerat fortuna, fuisset.
Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessemque foros flammis, gnatumque patremque
Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

Idem 6. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.

Cic. 2. Acad. Age restitero Peripateticis, qui sibi cum oratoribus cognationem esse, qui claros viros à se instructos dicunt Rēp. sæpe rexisse: sustinuero Epicureos tot meos familiares, tam bonos, tam inter se amantes viros: Diodoro quid faciam stoico, quem à puero audiui? Atticus ad Ciceronem lib. 9. Ego quidem tibi non sim autor, si Pompeius Italiam reliquit, te quoque profugere. Portius Cato Declam. in Catilinam. Verum ea dicendi voluptas olim sapientissimo viro M. Catoni planè contigerit, necnon, & Galbę &c. nobiscum vero sententia nostra bene ageretur &c. Quæ cum ita sint, mirum non est, si alij plures, alij pauciores modos statuerunt. Quintilianus lib. primo cap. 5. ait quosdam sex, alios octo fecisse. Id per omnes, inquit, orationis partes deprehenditur: frequentissime in verbo, quia plurima huic accidunt. Ideoque in eo fiunt solœcismi per genera, tempora, personas, modos, siue cui status eos dici, seu qualitates placet, vel sex, vel (vt alij volunt) octo. Hic obiter notabis Modos, tum status, tum qualitates à nonnullis fuisse appellatos. Modumque ipsum attributum esse verbi, & vt apertius cum Quintiliano loquar, Modum verbo accidere, id quod recentiores quidam prorsus negant. Varro lib. 3. de Analog. modos verborum species appellat. Quinta, inquit, species optandi, vt dicerem, facerem, dicam, faciam. Sexta imperandi, vt cape, rape, capito, rapito. Diomedes li. 1. docet quosdam sex, alios septem, nonnullos octo, quosdam nouem, alios denique decem statuisse, quorum appellationes, ne longior sim, prætermitto; si vacat, Diomedem legito. Nos quinque, quem numerum, vt idem etiam autor erit, plerique amplexi sunt, pueris ediscendos proponemus, in scholijs tamen nihil eorum prætermissuri, quæ ad rem facere videbuntur.

De temporibus.

TEmpora tria sunt, præsens, siue instans, præteritum, futurum. Præsens dicitur cum adhunc aliquid agimus. Preteritum cum agere desiuimus. Futurum cum acturos nos pollicemur. Verum quoniam sepe fit, vt que agere desiuimus, partim inchoata, partim perfecta relinquamus, opus fuit duobus temporibus, vt altero inchoatam, altero vero perfectam actionem significare mus: vnde illud Preteritum imperfectum, hoc perfectum merito appellatum est, vt scribebam, scripsi. Sunt præterea nonnulla iam quidē absoluta, & perfecta, non simpliciter tamen, sed respectu præteriti perfecti, aut imperfecti: qua etiam suo tempore indigebant, quod Plusquam perfectum siue vlterius vocatur, vt Iam scripseram cum tu scripsisti. Quo tempore tu scribebas, iam ego scripseram. Cælius Ciceroni lib. 8. Hoc non fecerat, cum priorem epistolæ partem scripsi. Senec. li. 3. decla. Seruauit me, quem sæpe seruaueram. Cic. ad Att. lib. 8. Cum hæc scribebam, Pompeius iam Brundusium poterat venisse. Varro lib. 2. & 3. de Analo. futurum in Infectum (sic enim solet ille Imperfectum appellare) et Perfectum distribuit: siquidem docet tria esse tempora Infecta, vt pungebam, pungo, pungam: discebam, disco, discam, & totidem perfecta, vt pupugeram, pupugi, pupugero: didiceram, didici, didicero: cuius sententiæ quidam accedētes, futurum hoc Exactum appellarunt, atque sex tempora indicatiuo adscripserunt, cum quibus hæc, & nonnulla alia loca facere vidētur. Cic. ad Att. lib. 9. Cum tu hæc leges, ego fortasse illum cōuenero. Idem 5. Verr. Venio nūc ad epistolam Timarchidis liberti istius; & Accēsi, de quo cum dixero, totum hoc crimen decumanum peroraro. Idem ad Planc. lib. 10. Qui Antonium oppresserit, is teterrimum, periculosissimumque bellum confecerit. Idem act. 1. in Verr. Da mihi hoc, concede quod facile est, quod honestum, quod non inuidiosum est. quod cum dederis sine vllo tuo periculo, sine infamia, illud dederis, vt is absoluatur, cuius ego causa laboro. Idem in eundem 4. Da mihi hoc, iam tibi maximam partem defensionis præcideris. Idem ad Appium lib. 3. Et si cum in prouinciam veneris, ego annuum munus confecero. Terrent. Adelph.

— vbi illinc rediero,

Nihil est, refrixerit res.

Frequentissime tamē vox hæc nihil aliud significat, quam futurum infectum, nisi forte sensus aliquis nobis incognitus latet. Cic. Seruilio lib. 13. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis, quanti me facias. Idem Silio in eodem, Id mihi, fratrique meo gratissimum feceris. Ibidem Cæsio, Virum bonum, tuaq; amicitia dignum tibi adiunxeris, Terent. Andr. Si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Ibid. Interea aliquid boni acciderit.

Modus Indicatiuus.

CVM hoc Modo iudicemus, rogemus, respondeamus, fateamur, pronuntiemus, definiamus, merito à grammaticis Indicatiuis: à Varrone 3. de Analog. tum rogandi, tum respondendi species: à Quintiliano lib. 1. c. 6. modus fatendi, à Probo, & Donato 2. edit. Pronunciatiuus, à Diomede Finitiuus, à Prisciano lib. 10. Definitiuus appellatur: quem etiam Diome. Prob. Donat. Prisc. Indicatiuum nominant. Huic modo omnes quinque tempora attribuunt, præter Varronem, & qui in eius sententiam ierunt; nam cum Futurum perfectum siue exactum addant, sex ei ascribant necesse est.

Prima Coniugatio.

Amo verbum actiuum, modi indicatiui, temporis præsentis, numeri singularis, personæ primæ, coniugationis primæ, sic coniugabitur.

Indicatiui modi tempus præsens.

Amo modestiam tuam. Amo te propter singularem tuam virtutem. Has & his similes locutiones ducent pueri per omnia tempora, vt Amabam modestiam tuã, Amaui modestiam tuam, &c. Neque primas, aut secundas pronominum personas exprimant, doceanturq; nunc duntaxat Latinos id raro facere: nam suo tempore quando sint exprimendæ, docebuntur. Neque sit magister solicitus de nominatiui, & verbi consensu: priusque si fieri poterit, discipulos doceat bene Latinè loqui, quam causas bene loquendi.

AMO,
Amas,
Amat,
Plur. Amamus,
Amatis,
Amant.

Pręteritum imperfectum.

Amas, s, mutata in bam, fit amabam: sic Docebam,

Amabam,
Amabas,
Amabat.
Plur. Amabamus,
Amabatis.
Amabant.

Præteritum perfectum.

Amaui,
Amauisti,
Amauit.
Plur. Amauimus,
Amauistis,
Amauerunt, vel amauere.

Præte-

Amaui,i, in e, & addita ram, fit amaueram: sic in ceteris coniuga tionibus.

Preteritum plusquam perfectum.

Amaueram,
Amaueras,
Amauerat,
Plur. Amaueramus,
Amaueraris,
Amauerant.

Amas,s, in bo, fit amabo: sic Doceba.

FVTVRVM.

Amabo,
Amabis,
Amabit.
Plur. Amabimus,
Amabitis,
Amabunt.

Futurum perfectum, siue exactũ, qui volet addere, erit, Amauero.

Secundam personam præteriti perfecti vtriusq; numeri, & tertiam multitudinis sæpissimè autores imminutam potius, quàm plenam usurpant, vt amasti, amastis, audisti, audistis, audierunt, recreastis, recrearunt, quod idem de ijs, quæ à preterito fiunt dictũ sit, vt Amarã, audieram, audiero: amassem, audissem. Prima, & tertia singularis coniugationis tertiæ, & quartæ etiam imminuuntur, vt petij, petijt, perij, perijt: sed hic optimus magister vsus in consilium adhibendus erit, sunt enim quædam quibus plenis libentius, quàm imminutis vtuntur oratores, vt muniui, audiui. De hac imminutione lege Ciceronis Oratorem. Quid, quod, inquit, sic loqui, Nosse, Iudicasse vetant, Nouisse iubent, & iudicauisse? quasi vero nesciamus in hoc genere, & plenum verbum rectè dici, & imminutum vsitatè. Vide de eadem re, Fabium lib. 1. c. 6. Imminutiones illæ, Dixti, misti, amisti, promisti, tersti, euasti, prospexti, luxti, vixet, extinsem, surrexe, promisse, diuisse, pro dixisti, misisti, amisisti, promisisti, tersisti, euasisti, prospexisti, luxisti, vixisset, extinxissem, surrexisse, promisisse, diuisisse, poetarum sunt propriæ. Priscianus lib. 10. admonet hanc verborum imminutionem locum non habere in verbis, quibus inest, u, litera, vt lauo, faueo, moueo, soluo, voluo, nec enim lasti, fasti, mosti, solsti patitur Latini sermonis munditia, pro lauisti, fauisti, &c. reperias tamen interdum modo coniunctiuo aliquid huius generis, siquidem Horat. 1. Sermo. Submosses dixit, pro submouisses, et 2. commorit pro cõmouerit. Ci. 5. Verr. Glebam cõmosset in agro decumano Siciliæ nemo, si Metellus hanc epistolam non misisset. Idem pro Planc. Ego omniũ parricidarum tela cõmossem? Cælius ad Ciceronẽ, li. 8. Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Pompeium vidisti, qui tãtas turbas, qui tã nugax esset, cõmorit? Quidã amauere, docuere, & id genus alia ad dualem numerũ spectare crediderunt, hoc est, vtendũ esse his vocibus,

cum de duob. tantum esset sermo, quorum errorem Fabius lib. 1. c. 5. refellit. Cic. in Ora. vtriusque vocis meminit his verbis, Nec vero reprehenderim — Scripsere alij rem, et Scripserunt esse verius sentio, sed cõsuetudini aurib. indulgenti libenter obsequor. Hac imminutione interdum idem ipse Cic. vtitur 3. Verr. Quo in numero è vobis complures fuerè. ibid. Socij vero, nationesq; exteræ spem omnium tum primum abijcere rerum, ac fortunarum suarum. Futurum indicatiui quidam Promissiuum modum appellarunt, quòd eo promittamus nos aliquid facturos, qua appellatione frequenter vtitur Diomedes. Donatus in 2. edit. hunc modum non recipit, quamuis eo nomine aliquando futurum ipsum appellet. Ponitur frequenter, & eleganter pro futuro coniunctiui. Cic. Curioni lib. 2. Nunquam labere, si te audies. Terent. Andr.

Si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.

Idem Adelph. — omnia hæc si voles

In animo verè cogitare Demea:

Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.

Sallust. bel. Iugurth. Equidem ego regnum vobis trado, firmum, si boni eritis: sin mali, imbecillum. Ego sanè, si per Criticos liceret, vellem alterum futurum nimirum, ro. syllaba finitum addere, non diuersa sed eadem significatione, nisi forte aliqua perfectio, et absolutio lateat: est enim eius vsus adeo frequens, vt non minus huic modo, quam coniunctiuo debeatur. Terent. Andr. — atque aliquis dicat nihil promoueris.

Multum: molestus ei fuero, atque animo morem gessero.

Cic. ad Att. 2. Respiraro si te videro. & illa, negligentem feceris, dempseris molestiam, & alia propè infinita eiusdem sunt generis.

Modus Imperatiuus.

QVamuis hoc modo iubeamus, imperemus, prohibeamus, mandata, legesque demus, deprecemur, hortemur, auxilium deniq; & misericordiam imploremus, grammaticis tamen visum est, vt ab imperando potissimum diceretur. Mirum est, quã variè modus hic à Græcis, Latinis, & Hebræis grammaticis tractetur: siquidẽ Græci præsens, & præteritum, & vtrunq; aoristum ei tribuerunt. Veteres Latini præsens, & futurum ei tantũ adscripserunt, quorum quidã in Imperatiuum, & Mãdatiuum diuiserũt: alij primã personã pluralem addiderunt, nonnulli eandẽ subtraxerunt. Fuerunt qui tertiam personã huic modo minimè cõuenire affirmarẽt, propterea q́ præsentib. propriè imperemus, et per eos absentib. Ex recentiorib. quidã futuro sublato præteritũ addiderunt: alij sublato præsenti, futurũ tãtum ei reliquerunt. Restat nunc, vt aliquis eũ præsenti, præterito, & futuro spoliet, qua certè spoliatione grãmaticorũ lites sedarentur, nec deinceps nouæ tragœdiæ excitarẽtur. Nã cum eadem voces, & ijs, quæ statim fieri imperamus, et post cẽtũ annos rectè accõmodentur,

non

non facile præsens tempus a futuro discernas. Quare Hebræi ijs incommodis occurrentes, nulla facta tēporis præsentis, præteriti, aut futuri mentione, duas voces imperatiuo tribuunt: alteram, qua secundam personam singularem, alteram qua eandem multitudinis explicant: de genere uirili loquor, nam totidem muliebri attribuunt: etenim apud ipsos genus masculinū, & fœmininū more nominum admittunt uerba. Tertium uero à futuro indicatiui mutuātur.

Duo esse tempora imperatiui, præsens, & futurum de sententia Varronis, aliorumq; veterum.

QVando aliqua tempora huic modo necessario attribuēda sunt, dabimus operam ne a ueterum sententia discedamus: simul uidendum erit, an cū causa id recentiores quidam fecerint. Probus quidem alter Latinorum Aristarchus, quem in grammaticorum illustrium numerum Suetonius Tranquillus retulit, qui à Gellio, Diomede, alijsq; uiris doctis, ut testis locupletissimus sæpenumero citatur, ei duo tantum tempora præsens & futurum attribuit. cum quo Diomedes, Donatus, Seruius, Priscianus, quorum ultimus ante mille triginta annos floruit, mirificè consentiunt. Neque M. Terentium Varronem, cuius libros M. Tullius si quando de re aliqua paulò accuratius esset disputaturus solitus erat diligēter euoluere, in alia fuisse sententia paulò inferius plenum faciemus. Porrò futurum duplex est, alterum, to, syllaba terminatum, ut amato, doceto: alterum quod cum futuro indicatiui uoce quidem congruit, sed cum imperium, mādatumq; adsignificat, huc proculdubio spectat, ut Amabis, docebis. Cice. ad Att. 2. Tu hæc silebis. Quint. lib. 1. ca. 1. de nutricibus loquens, Has primum audiet puer, harum uerba effingere conabitur. ibidem, Qua propter optimè sicut hominum pariter, & habitus, & nomina edocebuntur. Si enim imperandi modus is est, quo imperamus, ac mandamus, quid nam causæ esse putem, cur hoc tempore fraudandus sit? Nam si hinc ideo reijciēdum est, quia uox ipsa ante modo fatendi adscripta fuit, coniunctiuum temporibus priuemus, cum eadem ipsa Optatiuo ante fuerint attributa. Modos itidem Permissiuum, ac Potentialem, quibus Romana lingua mirum in modum illustratur, ex numero modorum eijciamus, atque ex Latini sermonis finibus exterminemus propterea quòd uoce cum subiunctiuo consentiant.

Ama, Amato, similesq; voces sæpe reciprocari: item quid inter Amato, & Amabis, cum est futurum imperatiui intersit.

HOc tamen inter utrunq; interest, quòd to, syllaba finitum, maximè secunda persona, & præsens reciprocantur, atque alterum pro altero crebro

ab autorib. usurpatur: usque eo, ut in eadem periodo, atque adeo eodem uersu simul locum habeant. Q. Cicero in eo commentariolo, in quo Marco fratri præcepta petendi consulatus tradit, frequentissimè utrunque miscet. Cura inquit, ut tui cupidi sint. elaborato, appetito, allegato, summo beneficio te affice re ostendito. Virg. Eclog. 9.

Tityre, dum redeo (breuis est uia) pasce capellas.
Et potum pastas age Tityre: & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto. Plaut. Pæn.
Ago. Mi patrue salue. Pæn. & tu salueto Agorastocles.

Neque, si alterum pro altero ponitur, & utrunq; eodem sensu in eadem periodo cernitur, continuò existimandum est, unicum duntaxat esse tempus. Habēt sanè Græci suum præsens, habent primum, & secundum aoristū, quibus nō solū utūtur pro præsenti, sed etiam præsens ipsum, & aoristum in eadē periodo, atq; adeò in eodē uersu eadē prorsus significatione non raro ponunt: nemo tamē ad hūc diē ex duob. aoristis, & uno præsenti, tēpus unum facere est ausus. Præterea uideas grauissimos autores interdū præsens coniunctiui pro futuro eiusdem modi usurpantes, neq; tamen ob eam causam quis utrunq; unū esse tēpus dixerit. At Sunto, Agunto interpretantur grāmatici Sint, Agant, et à presēti indicatiui fiūt addita, o, litera. Hoc eodē argumento Valebis, curabis, expectabis, & sexcēta alia docebūt, qui futurū tēpus imperatiuo subtrahūt, præsentis esse temporis. Cic. ad Trebatiū lib. 7. Sed ualebis, meaq; negocia curabis, meq; dijs iuuantib. ante brumā expectabis. Hæc enim ijdē ipsi pro Vale, cura, expecta posita esse docēt. Neq; ratio formandi tēpora ad rem facit, cū futurū indicatiui à præsente, & subiūctiui à preterito formetur. Nec Seruius cum illis facit, ut qui in Donati artē disertissimis uerbis docet, Agāt, presentis esse temporis, Agunto futuri. Imperatiuus, inquit, duo tātū habet tempora, præsens, et futurū &c. & paulo post, In tēpore futuro, tā in numero singulari, quā in plurali prima persona deficit: secūda uero, & tertia in numero singulari uno modo proferūtur, ut legito tu, legito ille, ut est apud Virgilium,

Tertius Argolica hac galea contentus abito.

Nam si dicam legito, legat: legito quidē est tēpus futurū, legat uero presens. Itē tertia persona pluralis his regulis cōtinetur. Indicatiuo modo tēpore præsenti, tertia plurali, numero plurali, o, accipit, & facit hāc personā imperatiui modi per omnes cōiugationes, amāt, amanto: docēt, docēto: legunt, legunto: nutriunt nutriunto: q. seruauere maiores, ut Horat. Et quocunque uolent animum auditoris agunto. Nam si diceret Agant tempus præsens ostenderet nō futurum. Hæc Seruius ad uerbum. Diomedes, cuius testimonio nituntur sententiam suam confirmare, copiose de futuro imperatiui agit lib. 1. atq; inter alia ita inquit: Quē sermonē nonnulli consueuerunt Mandatiuū potius, quam imperatiuum dicere, quoniā presēnti tempore imperare solemus, ut fiat in futurum

turum uero magis mãdare. Hæc ille. In qua sententia fuit Cornelius Fronto. sic enim in differẽtijs ait, Videte, & Videtote. Videte imperat. Videtote mãdat. Agũto, amãto, legũto, & cætera huius generis negat Diomedes hoc loco esse mandatiua, siue futuri temporis; siquidẽ docet futurũ imperatiui proprie secundam personã utriusque numeri tãtum habere, & has uoces præsenti attribuit; quamuis easdem uoces in declinandis uerbis semper futuro, ut cæteri omnes grãmati, attribuat. Sed, ut eo unde digressi sumus redeamus, licet præsens, & futurum, ut dixi, reciprocentur, mutuasq; tradant operas: uideas tamen autores sępe futuro proprie vtentes. Cic. ad Att. li. 4. Vbi nihil erit, quod scribas, id ipsum scribito. Idẽ ad eundem lib. 1. Tu uelim sæpe ad nos scribas, si nullam rem habebis, quod in buccam uenerit, scribito. Idẽ ad Tironẽ li. 16. Cum ualetudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam nauigationis. Idẽ 4. Verr. Cum hæc confessus eris, quæ in foro palã Syracusis in ore, atq; oculis prouinciæ gesta sunt, negato sane, si uoles, pecuniã accipisse. Idem in Vatin. Tum respondeto ad ea, quæ de te ipso, rogaro. Q. Cicero ad Tironem eodem li. Etiam si quid scribas non habebis, scribito tamen. Terent. Hecyr.

Sed cum satura, atque ebria eris, puer ut saturetur facito.

Ibid. Senex, si quæret me, modo isse dicito
Ad portum percontatum aduentum Pamphili:
Audin' quid dicam Scirte? si quęret me, uti
Tum dicas, si non quęret, nullus dixeris.

Ouid. 9. Metã. Cunq; loqui poterit matrẽ facitote salutet. In his locis futurũ imperatiui cum futuro alterius modi iungitur. Nostrates etiam futuro imperatiui his locis, & frequentius, & elegantius utuntur. Isso mesmo me escreueras. En tamen responderas aoq; te perguntar i &c. Alterum futurũ, ꝙ ut diximus, uoce simile est futuro indicatiui, sępe pręsenti explicari potest: Cic. ad Cassiũ, li. 15. Valebis igitur, meq; amabis, ut à puero fecisti. Idem ad Trebatium li. 7. Sed ualebis, meaq; negotia curabis, meq; dijs iuuantib. ante brumã expectabis. Idẽ ad Papiriũ li. 9. tu me diliges, et amabis. Idẽ ad Att. li. 4. Quod superest etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, ut facis. in eodem. Tu Atticę salutem dices. Idem ad eundem lib. 6. Pilię, & puellę Cæcilię salutem dices in eodẽ, ualebis igitur, & puellę salutẽ articulate dices. in eodẽ, ualebis igitur, & ualere Piliam, & Cęciliã nostrã iubebis literis. & saluebis à meo Cicerone. Pleraq; ex his locis quispiã pręsenti permutet: ego uero malim cũ Cicerone futuro uti, ꝙ mandatis dandis maxime est accommodatum. Nonnulla tamẽ sunt loca in quibus pręsens ita locum habet, ut futurum hoc secundum excludat. Idem ad eundem lib. 2. Si dormis, expergiscere: si stas ingredere, si ingrederis, curre: si curris, aduola. Plaut. Merc.

Quiesce inquam, isthanc rem ego recte uidero. Virg. 4 Æn. Ite,
Ferte citi flammas, date uela, impellite remos.

Idem

Idem 9. Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.
Idem 10. Nunc ò lecta manus ualidis incumbite remis.
Nec loca futurum sine dubio respuerent. Ex his planum, nisi fallor, factum est, duplex esse futurum formę imperandi, quod Mandatiuum modum, ut diximus, nõnulli appellarunt, propterea quod mandatis dandis maxime sit appositum: quorum utrunque Virgilius cum pręsente paucis carminibus complexus est. 2. Aen.

Cui Pyrrhus, Referes ergo hęc, & nuntius ibis
Pelidę genitori, illi mea tristia facta,
Degeneremq́, Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere. Vides mandatiua Referes, Ibis, Memento, quam proprie sint apposita? Iam uero illud Nunc morere, tam, pręsens est, quã quod pręsentissimum. Idem lib. 9.

Olli subridens sedato pectore Turnus,
Incipe, si qua animo uirtus, & confere dextram,
Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.

Plautus in Mercat. pręsenti quidem tempore seruum in uillam iubet ire, futuro uero mandata dat:

I tu hinc ad uillam, atque istos rastros uillico
Pręsto ipsi facito coram ut tradas in manu.
Vxori facito vt nunties, negotium
Mihi esse in vrbe, ne me expectet: nam mihi
Treis hodie lites iudicandas dicito,
Ei hoc memento dicere.

Imperatiui modi tempus præsens.

	AMa, vel amato,	*Amas, s ablata fit ama: eodem modo Doce, Audi.*
	Amet,	
Plurali.	Amemus,	
	Amate, vel amatote,	
	Ament.	

Futurum, vel potius modus Mandatiuus, siue legitimus. hoc est, quo præcipue mandata, pręcepta, legesque dantur.

	Amato tu, vel amabis,	*Amat, addita o, fit amato: sic in cæteris coniugationibus.*
	Amato ille, uel amabit,	
Plurali.	Amatote, vel amabitis,	
	Amanto, vel amabunt.	

Prima persona singularis hic locum habere nõ potest, nisi quis sibi tãquã secundæ

secundæ imperet, seq; tanquam alterum alloquatur: sic Melibœus se alloquitur, Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites. & Teren. Adelph.

Aedepol Syrisce te curasti molliter,
Lauteque munus administrasti tuum,

Abi. Secunda personæ præsentis temporis secundam futuri, to sylla ba terminatam adiunximus, propterea quòd sæpenumero, vt diximus, reciprocentur, atque altera pro altera ponatur. Tertiæ personæ, non ausi sumus tertiam futuri addere. quod ferè nunquam reperiatur apud eos, qui soluta oratione scripserunt, exceptis legislatoribus, vt leges duodecim tabularum docent, & eæ quas Cato de Re rustica scripsit, Oleç pendentis, legendę, faciendę, vini pendentis, & id genus cęterę. Multę etiã sunt apud Cic. 3. de legib. Iusta imperia sunto, ijsque ciues modeste, ac sine recusatione parento. ibidem, Regio imperio duo sunto, ijque præeundo, iudicando, consulendo, Prętores, Iudices, Consules appellantur militiæ summum ius habento; nemini parento, ollis salus populi suprema lex esto. Eadem poetæ legib. ferendis vtuntur, Virg. 5. vbi leges prętmiorum ab Aenea indicuntur, sic ait,

Omnibus hic erit vnus honos, tres præmia primi
Accipient, flauaq; caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris insignem victor habeto.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.

Hic planissimè vides vtramque vocem futuri, Accipient, Nectetur, Habeto, Abito. Horatius cum poetis leges dat eadem vtitur.

Non satis est pulchra esse poemata, dulcia sunto.
Et quocunque volent animum auditoris agunto.

Alias rarissimè inuenias has voces, nã rei rusticæ scriptores etiam prisci ijs ferè abstinẽt cum pręcepta de eadem re tradunt, nisi forte leges scribãt, vt paulo ante diximus. Lege Catonis ca. 5. de officio Villici. Disciplina bona vtatur, feriæ seruentur. Alieno manum abstineat. Villicus ne sit ambulator. Sobrius siet semper. Ad cęnam ne quò eat. Parasitum ne quem habeat. Primus cubitu surgat. Postremus cubitum eat. Non vtitur, vt vides, persona tertia, to, syllaba finita. Poetæ tamen interdum ea vtuntur, Virg. 10.

— Nunc coniugis esto,
Quisque suæ, tectique memor: nunc magna referto
Facta patrum, laudes: vltro occurramus ad vndam.

Idem 12. *Ne qua meis esto dictis mora: Iuppiter hac stat.*
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.

Terent. Phorm. Age nunc age Phomionem, qui volet, lacessito. Columel li. 5. cap. 2. Esto, pro sit dixit. Esto area rotunda, cuius diametros habeat pedes septuaginta. Primã personam multitudinis modo tribuit, modo subtrahit Diomedes imperatiuo. Plurali, inquit, cum de modis agit, tres personæ necessario

adhi-

adhibentur, confert enim se prima cum alijs, & dum imperat, se quoque in idem ministerium vocat, quam quidam Hortatiuum esse putauerunt. At in prima coniugatione, Quidam, ait, Amemus putant imperatiuum esse pluralem, & primam personam, quod nos Hortatiuum appellamus.

Rei rusticæ scriptoribus gratissimam esse secundam personam futuri.

FVturi vel potius mandatiui modi secunda persona mirum in modum delectantur rei rusticæ scriptores. Cato de re rustica ca. 33. Salictum suo tempore cædito, glubito, arcteq́; ligato. Librum conseruato cum opus erit in vinea, ex eo in aquam conijcito, alligato. Vimina vnde corbulæ fiant, conseruato. Columel. lib. 12. c. 55. Semen sinapis diligenter purgato, & cribrato, deinde aqua frigida eluito, & cum fuerit bene lotum, duabus horis in aqua esse finito, postea tollito, & manibus expressum in mortarium nouum, aut bene emundatum conijcito, & pistillis conterito, &c. Idē eodē li. c. 36. altero futuro vtitur toto capite. Id mistū coijcies in amphorā nouam, & implebis ad summū, tum adijcies ramos roris marini, &c. Idem eodem li. c. 33. modo præsenti, modo futuro imperatiui vtitur. Eadem persona sæpe vtuntur etiam alij autores, vt diximus. Pro tertia vtimur tertia præsentis, aut alterius futuri, nisi (vt dictum est,) leges scribamus. Cic. 1. Offi. Quæ grauis, & fortis ciuis, & in rep. principatu dignus fugiet, atque oderit, tradetque se totum reip. neque opes, aut potentiam consectabitur, totam eam sic tuebitur, vt omnibus consulat. Idem lib. 2. A. hoc igitur, vt alijs detur, alijs auferatur, aberunt ij, qui Remp. tuebuntur. — primisq; operam dabunt vt iuris, & iudiciorum æquitate, suum quisq; teneat. Idem lib. 3. Ita nec vt emat melius nec vt vendat quicquam simulabit, aut dissimulabit vir bonus. Quare diligenter admonendi sunt pueri, ne tertia persona modi legitimi vtantur (legitimum voco quod legibus ferendis sit aptus) sed aut præsentis aut eius futuri, quod voce cum indicatiui futuro consentit. Primam personam futuro pluralis numeri detraximus, tum quia vox ipsa Mandatiuo modo minime conuenit, tum etiam quia vox Amemus (hanc enim Diomedes, et Donatus etiam futuro tribuūt) præsens potius tempus, quām futurum significat: tum demum quia Seruius in Donatum futurum ea carere affirmat, quod idem Diomedes cum de modis in vniuersum agit, etiam docet.

Imperandi formam, autore Varrone, præterito carere.

M. Terentius Varro lib. 2. de Anal. ubi respondet ijs, qui negabāt esse analogiam, quod imperatiuus non haberet ternas personas, totidemq; tēpora affirmat

firmat hūc modū præterito carere. Quo res fiat planior, audiamus ipsum Varronem, Etiam in hoc reprehēdunt, quod quędam verba, neq; personas habent ternas, neque tēpora terna. Id imperite reprehēdunt, vt si quis reprehēdat naturam, quod nō vnius modi finxerit animāteis omneis. Sic enim, natura, nō omnes formæ verborum terna habent tempora, ternas personas, cum nō habeāt totidem verborū diuisiones. Quare cū imperamus, natura quod affectabat solū habet, cū & præsenti, aut absenti imperat fiūt terna, vt lege, legito, legat. Perfectum enim imperat nemo. Hęc ille. Ex hoc eodem loco luce meridiana clarius illud efficitur, imperādi formā duo habere tempora, præsens, & futurū. perfectum enim solum excludit Varro. Idem lib. 3. vbi enumerat sex verborū species siue modos, præsens à futuro separauit: Quinta, inquit, species, vt Dicerē, facerē, dicam, faciam. Sexta imperādi, vt cape, rape: capito, rapito. Qui præteritum addunt, id exemplis futuri temporis nituntur confirmare. Cic. ad Att. Sed amabo te nihil incommodo valetudinis tuæ feceris. Mart. Lib. 14. Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec ullum

Addideris uerbum, cęna parata tibi est.

Idem lib. 7. Viue uelut rapto, fugitiuaque gaudia carpe.

Perdiderint nullum uita reuersa diem,

Hæc namque futuri sunt tēporis, ut multa alia. Ci. ad. Q. Fr. li. 1. Si quis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullā partem existimationis tuæ commiseris. Idem ad Att. lib. 5. Tu nihil ei dixeris. Plaut. Mercat. Caue istbuc Mart. dixeris. in epitaph. Erotij infantis lib. 5.

Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi
Terra grauis fueris, non fuit illa tibi.

Senec. ad Martiam de Consolat. Nec obsecro te, concupieris peruersissimam gloriā. Teren. Hecy.

Audin' quid dicam Scirte? si quæret me, vti
Tum dicas: si non quęret, nullus dixeris.

Quis obsecro, hæc, & similia credat pręteriti esse temporis? Tu nihil ei dixeris, Huic nihil credideris? Pręteritum ad significant? Qui fieri potest, ut id ipsum quòd factum est, quis prohibeat ne fiat? Prisc. lib. 18. Et Græci quidem, inquit, habent imperatiua pręteriti temporis, nos autem in actiuis, vel neutralib. uerbis penitus ea habere non poßumus, in passiuis uero, et omnibus quę habent participia pręteriti tēporis per circunlocutionem possumus habere ut, δεδίδαξο, doctus es, vel esto δεδιδάχθω doctus sit, uel esto: κεκόσμησο ornatus es, uel esto: κεκοσμήσθω ornatus sit, uel esto. Similiter ueneratus sit, uel esto, placatus sit, uel esto, clausus sit, uel esto, secutus sit, uel esto; & p omnes sic personas secuti sumus, sitis, sint, imperatiue dicta inueniūtur, cū sint pręteriti temporis, sed hāc uim habēt, ut imperemus, ut in futurū sint trāsacta, ut si dicā, clausa sit mox fenestra, impero ut statim claudat, et mox sit clausa: uel si dicā, Post horā primā sit iuratus, ostendo me imperare, ut iuret ante horā primā finitā. Hæc ille.

Grecorum

Græcorum præterita modi imperatiui fere præsens aut futurum adsignificare.

PRæterita etiam Græcorum præsens vel futurum tempus adsignificant: Nam ἔῤῥωσο quid aliud quam vale, valeto, aut ualebis significat? item μέμνησο memento, vel memineris plane significat. Illa ἀνεῴχθω πύλη, & κεκλείσθω πύλη aperta sit porta, clausa sit porta. Illud etiam Ciceronis in Orat. Positum sit igitur in primis, quod post magis intelligetur, non posse effici, quem quærimus, eloquentem. Item 4. de finibus. Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. Præterea illa quotidiana parata sint omnia suo tempore, vinum aqua sit dilutum, caro sit cocta, & cetera generis eiusdem tempus futurum videntur adsignificare, aut certe videntur præterita futuris permista: quod etiam Prisc. lib. 8. docet. Apud Græcos, inquit, etiam præteriti tempoi is sunt imperatiua: quamuis ipsa quoque ad futuri temporis sensum pertineant, vt ἀνεῴχθω πύλη aperta sit porta, videtur enim impera re, vt in futuro tempore sit præteritum, vt si dicam: Aperi nunc portam vt crastino sit aperta. Ergo nos quoque possumus in passiuis, vel alijs passiuam declinationem habentibus, vti præteri to tempore imperatiui, coniungentes participium præteriti cum verbo imperatiuo præsentis, vel futuri temporis, πεφιλήσθω amatus sit, vel esto. κεκλείσθω clausus sit, vel esto Quod autem vim præteriti habeat huiuscemodi constructio, ostendunt subiunctiua præteriti perfecti, quæ similiter proferuntur in passiua declinatione, vt amatus sim, sis, sit. Ergo si Amatus sit, in subiunctiuo est præteriti temporis, bene etiam in imperatiuo præteriti temporis potest accipi. Quippe cum etiam in præsenti tempore imperatiui tertia persona similis sit in omni coniugatione, vt amet, doceat, legat, ametur, doceatur, legatur. Hæc ille. Verum hæc eadem ipso non difficile erit ostendere futuri esse temporis. Cum Amatus sim, sis, sit, non minus sit futuri, quam præteriti subiunctiui: nam vt voces agendi Amauerim, docuerim, legerim communes sunt præteriti, & futuri, ita patiendi Amatus sim, vel fuerim, id quod in modo coniunctiuo planissimum fiet. Præterea si fatemur hæc, Ne dilueris atramentum aqua, Ne aperueris ianuam, Ne parau eris cœnam: si hæc, inquam, & similia fatemur esse futuri temporis, Ne dilutum sit aqua atramentum, Ne sit aperta ianua, Ne sit parata cœna, & similia cur præteriti temporis erunt? Sed hæc viderint Critici. Illa magis vrgent, quæ Græci in peroratione solent addere. Aristo. in extrema prima categoria περὶ μὲν οὖν τῆς οὐσίας τοσαῦτα εἰρήσθω: hæc de substantia dicta sint. Plato epist. 7. εἰρήσθω ξυμβουλή Dictum sit consilium, vel dictum sit consilio, vel sit finis consilij: Cicero circuitione magis, quam hoc genere loquendi delectatur. de Amicitia. Hæc habui de amicitia quæ dicerem. Græci diceret περὶ μὲν τῆς φιλίας τοσαῦτα εἰρήσθω: De Amicitia hæc dicta sint. Idem de Senect. Habui

hæc

hæc de senectute quæ dicerem. Varro lib. 5. de lingua Latina. Quod ad temporum vocabula Latina attinet, hactenus sit satis dictũ. Quint. lib. 1. cap. 1. De pueris, inter quos educabitur ille, huic spei destinatus, idẽ, quod de nutricib. dictum sit. Liu. lib. 7. dec. 1. Hæc dicta sint patribus. Te imperator milites tui oramus, &c. & li. 8. Examinatũ, autores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictũ sit. Quid ergo non constat sibi Varro? Respondebimus negare eum speciem imperandi, agendi habere præteritũ, nõ patiendi: vel potius ad Modum potentialem spectare, Mihi quoq; in certo relictum sit: quid aliud significat quam, ego quoq; in incerto reliquerim? sic hæc dicta sint patribus. Hæc plebs dixerit patribus. Idẽ, quod de nutricibus, dictũ sit, Idẽ quod de nutricibus dixerim. Quo modo loquũtur grauissimi autores. Cic. in Bruto, Hoc loco ipsum Domicium nõ relinquo. Nã, & si nõ fuit in oratorum numero, tamẽ pono satis in eo fuisse orationis, atq; ingenij, quo & magistratus personã, & cõsularem dignitatẽ tueretur, quod idẽ de C. Cælio dixerim. Quintilianus dixisset, Quod idẽ de C. Cælio dictum sit: sic enim loquitur lib. 7. c. 2. Nam sic diuersæ propositiones, quod idem de petitionibus dictũ sit. Quod Cic. circuitione illa non obscurè significauit. Hæc habui, quæ dicerem, hoc est, quæ possem dicere. Quod si ad imperatiuum hæc pertinent, cõcedamus necesse est ipsum etiã primam personã admittere, vt enim dicimus, Mihi quoq; in incerto relictum sit: ita & mihi hæc probata sint, Hactenus hęc mihi dicta sint, & sexcẽta alia huius generis dici possunt, quæ quidem, si in verba agẽdi velis resoluere, nullo modo tibi imperatiuo vtendũ erit. Sed hæc quoque viderint Aristarchi: et ea mihi quoque in incerto relicta sint. Illud tamen admoneri possunt pueri, vt si quãdo imperatiuo passiuo huius formæ vti velint, tertia persona tantũ vtriusque numeri, ac genere duntaxat neutro vtantur.

Esse & alias uoces, quibus idonei autores vtuntur imperando.

PRæter eas voces, quas imperatiuo tribuimus, sunt & aliæ, quibus non rarò probati autores vtuntur. Q. Cic. de petit. Cõsul. Hos internoscas, & uideto, ne spe in aliquo maiore posita, presidij parum cõparetur, Perquiras etiã & inuestiges homines ex omni regione, eosq́; cognoscas, appetas, confirmes. Cice. ad Atti. lib. 6. Atticæ, quoniam quod optimum in pueris est, hilarula est, meis uerbis salutem des. Terent. Hecyr.

— puerum accipias: nam quidem
In culpa non est. Idem Eunu. — si certum est facere, facias.

Idem Andr. D. Faciam hercle sedulo S. potes nunc, dum animus iratus est. D. quiescas.

Idem Hecyr. Tua quod nihil refert percontari desinas.

Plaut. Trucul. — quando otium
Tibi sit reuisas. D. valebis. P. vale.
Idem Cistel. Accipias claues si quid tibi opus erit promptu, promito.
In his, & similibus locutionibus, aut ponitur cõiunctiuus pro imperatiuo, aut certè desideratur verbum, Fac, vel facito, quæ etiam crebro adhibentur. Teren. Adelph. Bono animo fac sis Sostrata, & istam, quod potes,
Fac consolere. Idem Adelph.
— quæso facito hoc tecum cogites.
Virg. lib. 12. Tu facito mox, cum matura adoleuerit ætas, Sis memor.
Plaut. Pseud. Aduerte ergo animum, & fac sis promissi memor.
Idem ibidẽ. C. Non possum. Ps. fac possis. C. quonam pacto possim vincere animum? Cic. Brut. 11. Fac valeas. Planc. Ciceroni lib. 10. Fac valeas, meque mutuo diligas. Hic rursus particula, vt, sæpe adhibetur. Cic. ad Dolabellam li. 9. Fac, vt diligentissime te ipsum mi Dolabella custodias. Plaut. Cistel.
Facito, vt facias stultitiam sepelibilem, Donatus in illud Terẽtij.
— si certum est facere, facias.
Facias, inquit, pro Facito: & in illud eiusdem Quiescas, pro Quiesce inquit, aut deest Volo, aut facito. His, & similibus uocibus multò frequentius vtimur, cũ prohibemus, Ne facias, Ne sis, & futuro subiunctiui, Ne feceris, Ne dixeris. Futuro tamen ferè vtimur prohibendo, aliter admodum rarò. Liu. 1. ab vrb. Fuerit ista deliberatio eius, qui regnum suscepit, me Albani bello ducem creauere Tibul. lib. 6.
Ite procul durum curæ genus, ite labores.
Fulserit hic niueis Delius alitibus.
Verbo memineris, meminerit. Pl. Meminerimus, memineritis, meminerint, et iubentes, imperantesq; vtimur, nam cum modus coniunctiuus, vnde mutuamur hoc tempus præsenti deficiat, necessario præterito pro præsenti vtimur, quod etiam indicatiuo, & cæteris modis usu uenit. Si cui tamen futurũ esse potius uidetur, sit ita sanè: modò intelligat hoc rarum esse, id quod de verbo Oderis oderit. &c. dictum sit. Voces imperatiui proprias etiam prohibendo crebrò usurpant poetæ. Teren. Adelph. Quando tuum non curo, ne cura meum. Idem Andr. — ah ne me obsecra. Virg. lib. 9.
Ne trepidate meas Teucri defendere naues.
Oratores admodum rarò eas admittunt, Quint. Declam. 6. Matrem, inquit tibi per hęc merita commendo, tu illam tuere, defende, ama, ne relinque. Legislatores suo iure tum imperando, tum vetando imperatiuis, to syllaba terminatis vtuntur. Cic. 2. de Leg. Ne cogito quis stipem, præter Idææ matris famulos, eosq; iustis diebus. Hæc habui, quæ de imperandi specie dicerem: tædium fortasse tibi attulerim, sed quid agerem tam multis, tam varijs grammaticorum opinionibus penè obrutus?

Optati-

Optatiui tempus præsens, & imperfectum.

	Vtinam amarem	Ama, addita rem ab eadẽ persona imperatiui sicut Docerem, Legerem, Audirem.
	Amares,	
	Amaret,	
Plurali.	Vtinam amaremus,	
	Amaretis,	
	Amarent.	

Modus optatiuus, vt nomẽ ipsum indicat, ab optãdo nomẽ accepit, unde optã di aduerbia ei præponimus ò, si, ò si, è vtinam, Vt, Quam, & si qua eiusdẽ generis sunt. Virg. lib. 8. Sin aliquem infandum casum fortuna minaris,

Nunc, ò nunc liceat crudelem abrumpere vitam.

Idem 7. Adsis ò tantum, & propius tua numina firmes.

Idem 6. si nunc se nobis ille aureus arbore ramus

Ostendat nemore in tanto.

Idẽ li. 8. O mihi præteritos refereat si Iupiter annos. Pers. sat. 2. & ò si.

Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro

Hercule.

Luc. lib. 2. O vtinam, cælique Deis, Erebiq; liceret,

Hoc caput in cunctas damnatum exponere pœnas.

Virg. Eclo. 9. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos:

Sic Cytiso pastæ distentent vbera vaccæ:

Incipe si quid habes

Vt, pro Vtinã freques est apud Comicos. Teren. Adelph. — vt Syre te cũ tua

Monstratione magnus perdat Iupiter.

Idem Eunuch. Vt illum di, deæque senium perdant.

Cic. ad Att. lib. 15. Quam vellem Bruto studium narrare potuisses. Idem ad eundem lib. 2. Quam vellem Romæ mansisses. Optanti aduerbia sæpe prætermittunt autores, nam vt lib. 18. docet Priscianus, Optatiua uerba indicant per se, & rem, & votum; aduerbia vero tantum votum significant, ad ampliorem tamen demonstrationem verbis adduntur. Terent. Adelph.

Dij tibi Demea oro omnes semper optata offerant.

Cic. pro Deiot. Dij te perdant fugitiue, ita nõ modo nequã, & improbus, sed fatuus, & amens es. Idẽ ad Att. lib. 5. Ita uiuam, maximos sumptus facio. Idẽ ad eundem 8. Moriar, si magis gauderẽ, si id mihi accidisset. Idẽ Gallo lib. 7. Ne uiuam, si tibi concedam, ut eius rei tu cupidior sis, quam ego sum.

Lucan. lib. 2. Me gemine figant acies, me barbara telis

Rheni turba petat.

Martial. lib. 2. Si non mentiris Clasice, dispeream.

Præsens & præteritum imperfectum Optatiui Quintiliani, aliorumque grauissimorum autorum sententia una atque eadem uoce contineri.

PRobus, Diomedes, Donatus, Seruius, Priscianus, vna atq; eadẽ voce pręsens, & imperfectum Optatiui complexi sunt. Quorũ Diomedes, Sunt, inquit, qui excludant ex hoc modo pręsens tempus, necesse est enim omniũ cõsensu in futurum optemus; nonnulli vero admittunt, quod nimis videtur absurdum, quoniam nemo optat quod habet, sed vt habeat. Itidẽ hi qui admittunt, in ambiguum ducunt tempus futurum, cui simile faciunt instas, dicẽdo, Vtinam legam, vtinam faciam, pro instanti, & futuro idem usurpantes: nec respiciunt quantum discrimen sit inter hæc tempra, quæ vniformiter praue declinantur. Debent enim cum sint inter se longe discrepãtia sensu, declinatione quoque dissentire. Rectius ergo alij fecerunt, qui ob ambiguitatem, imperfecto etiam instans iunxerunt, vt sit idem instans, & imperfectum, Vtinam facerẽ. Priscianus lib. 8. inter alia multa, In hoc, inquit modo duntaxat, & infinitiuo tẽpora coniuncta habent Latini præsens cum præterito imperfecto, & præteritum perfectum cum plusquam perfecto ad imitationem Græcorum: quãuis hæc quoque conati sint quidam disiungere; sed melius est esse coniunctã. Rationes quas affert, ne sim longus, prætermitto. Quintilianus libro 9. cap. 3. in eadem sententia est. Transferuntur, inquit, etiam tempora. Timarchides negat esse ei periculum à securi. Præsens enim pro præterito positum est. Et futurum pro pręsenti, Hoc Itachus velit. Hæc ille. Locus est Virgilij 2. Aen.

Hoc Itachus velit, & magno mercentur Atridæ.

Velit, docet Fabius futurum esse: rogo cuius nam sit modi, num coniunctiui? minime vero, imo certe præsens est coniunctiui, Cum Velim, velis, velit, &c. Cuius ergo? an potentialis? non fieri potest, cum potentialis, & coniunctiuus voce omnino consentiant: & qui negat Optatiuum futurum habere, idem ipse affirmat futurum potentialis simile esse futuro exacto, hoc est, primã personã syllaba, ro, esse terminatam: Quod si etiam demus Optatiuum, & Potentialẽ voce cõsentire: habeat Optatiuus futurũ necesse est. At si Velim, velis, velit, Optatiui futurum est, præsens diuersum sit à futuro necessarium est, nam si eadẽ vox esset præsentis, & futuri, nunquam Fabius dixisset futurum pro præsenti positum esse. Cum ergo futurum sit Velim, reliquum est, ut Vellẽ præsens sit. M. Varro in eadem mihi uidetur sententia fuisse, nã lib. 3. de Analog. Species quinta, inquit, Optandi, vt dicerem, facerem, dicam, faciam. Solet enim præsens cum futuro infecto, vt ipse loquitur coniungere. Vni Latinæ duas voces Lusitanas reddimus, quæ ita permiste præsenti, & imperfecto seruiunt, vt difficile tempus alterum ab altero secerni possit. Terent. Adelph.

Vtinam

Vtinam hic prope adeſſet alicubi atque audiret hæc.
Oxala eſt iuera aqui perto.&c.*Idem Andr.*
Vtinã mihi eſſet aliquid hic: quo me præcipitẽ darem, O ſe ti uera aqui &c.
Vtinam adeſſet nunc pater tuus, Oxala ſe achara a qui voſſo pay.
Vtinam talis eſſem, qualem me eſſe exiſtimas. Oxala foſſe eu tal qual vos cuidais que ſou. *Quinct. lib. 1. c. 2. Vtinam liberorum noſtrorum mores non perderemus.* Prouueſſe a Deos que nam danaſſemos, ou deitaſſemos a perder &c. *Ouid. 1. de Triſt.*

I tamen, & pro me tu, cui licet, aſpice Romam.
Dij facerent, poßes ne meus eſſe liber.

Plaut. Capt. Vtinam te dij prius perderent, quam perij à patria.
Voces Luſitanę etiam alijs temporibus accõmodari poſſunt, nam prior plus quã perfecto, poſterior perfecto etiam ſeruit, ut mox dicemus. neque mirum id tibi videatur, nam in Latino ſermone non raro permiſcentur tempora huius Modi: obſcura enim, & perplexa eſt ipſa affectio, ratione optandi.

Præteritum perfectum.

	Vtinam amauerim,	*Amaui, i, in e, & addita rim : ſic in cęteris.*
	Amaueris,	
	Amauerit,	
Plurali.	Vtinam amauerimus.	
	Amaueritis,	
	Amauerint.	

Plerique veterum, qui quidem nunc extant, præteritum perfectũ, & plus quam perfectum optãdi modi uoce una comprehenderũt, in quibus eſt Prob. Donatus, Seruius & Priſcianus lib. 8. vt paulo ante dixi, vbi ſi uacat, lege quibus rationibus adducti grammatici, vtrunque tẽpus cõiunxerunt. Vnus Diomedes ex ijs, quos quidẽ legerim, perfectum à pluſquam perfecto ſeparauit, id quod in verbis declinãdis ſemper obſeruat. Priſcianus etiam ſi vtrunq; miſceat dũ uerba inflectit, tamen lib. 18. vbi accuratius de modis atq; tẽporibus agit, præteritum Optatiuo attribuit. Et per ſe tamen, inquit, uerbum optatiuũ ſæpe ponitur ſine prædictis particulis, vt Luc. in 1. — Dij viſa ſecundent,
Et fibris ſit nulla fides, ſed conditor artis
Fixerit iſta Tages. Et nota, ꝙ ſubiunctiuo ſimile protulit præteritum perfectum Optatiui, quod multis placuit artium ſcriptoribus. Hactenus ille. Mas queira Deos que tentha Tages fingido.&c. *Idem in eodem: Quod autem Latini quoque omnib. temporibus ſubiũctiui modi etiã in optatiuo vtũtur, oſtendit tam uſus, quam antiquiores Donato ſcriptores artis, Virg. 6.*

Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. Ecce hic Fuerit, optatiue posuit in precatione Aeneæ: quod verbum, tam præteriti perfecti, quam futuri potest esse: quod Donatus, & quidam alij subiunctiui tantummodo putant esse, cum aliæ omnes voces Optatiui, communes sint etiam subiunctiuo. Ergo non immerito in supradicta Attica constructione, quia illi Optatiuis vtuntur, hoc quoq; tēpore indifferenter nostri sunt vsi. Hæc ille. Si forte dubitas, spectet ne Lucani locus ad Optatiuū, quia nullum optandi aduerbium vides præpositum: hunc Plinij ad Arrium Clementem lib. 1. epi. 10. accipe, qui tibi scrupulum, dubitationemq; omnem eximat. Atque vtinam sic ipse spem, quam de me concepit impleuerim, vt ille multum virtutibus suis addidit. Etiam hic vni Latinæ respondent duæ voces Lusitanæ, quarum prior verbis actiuis, altera cæteris fere accomodatur. Aiunt tres tantum obijsse. Vtinam non obierint plures, Queira Deos que nam morressem mais. Oxala nam morressem mais. *Dicitur abijsse ille qui tibi molestus erat. Vtinam abierit:* Queira Deos que se ia ia ido. *Toto hoc triennio ad te octauo quoque die scripsi. Vtinam singulis mensibus scripseris.* Queira Deos que me trahais escripto cada mes.

Præteritum plusquam perfectum.

Amaui addita, s, & sem: sic in cæteris.		Vtinam amauissem,
		Amauisses,
		Amauisset,
	Pluralit.	Vtinam amauissemus,
		Amauissetis,
		Amauissent.

Præteritum plusquam perfectum multo vsitatius est, quā perfectū. Cic. ad Att. lib. 9. Vtinam ego tātum ei prodesse potuissem, quantū ille mihi potuit. Idem ad eundem lib. 8. Vtinam tui consilij certior factus essem. Idē ad Octauium. M. Antonius vir animi maximi, vtinam etiam sapientis consilij fuisset. Idem Philip. 1. Vtinam Antoni auum tuum meminisses. Ibidem, Sed noui firmitatem tuam, atque vtinam, vt culpam, sic etiā suspicionē vitare potuisses. Terent: Phorm. Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset.

FVTVRVM.

Amo, o, in em.		Vtinam amem,
		Ames,
		Amet.
	Pluraliter.	Vtinam amemus,
		Ametis,
		Amnet.

Futu-

FVturum tempus usque adeo proprium & peculiare est formæ optandi, ut quidam è ueteribus præsens ei prorsus ademerint, quod nemo optet, quod habet, sed ut habeat: ab alijs uero quæsitum fuerit, eßet ne ei præteritum tribuendum. Qui enim, aiebant, fieri potest, ut quis in præteritum optet? Lege Diomedem. Quintilianus, ut paulo ante diximus, apertißime futurum Optatiuo attribuit, si quidem futurum docet pro præsenti poni, in illo uersu Virgilij: Hoc Itachus uelit. Lege scolia in præteritum imperfectum. Quod si aliquando futurum pro præsenti positum legeris, figurata constructio erit. Hebræi, qui uocum proprietatem, & uim maxime obseruant, futuro indicati ui addita particula optandi optatiuum supplent, nisi forte de re transacta, ac præterita fiat sermo, tunc enim præterito eiusdem indicatiui præposita eadẽ particula utuntur. Ad hæc, apud Latinos quam plurima sunt testimonia, quæ clamãt Optatiuo futurum tribuendũ esse. Teren. Andr. — utinã Id sit, quod spero. Cic. de Senect. Habui hæc de senectute quæ dicerem, ad quã utinã perueniatis, ut ea, quæ ex me audistis, re experti probare poßitis. Item ad Att. lib. 3. Vtinam illum diem videam, cum tibi gratias agam, quod me uiuere coegisti. Idem in Epist. ad Brutum, Cæsaris uero pueri mirifica indoles uirtutis. Vtinã tam facile eum florẽtem & honorib. & gratia regere, ac tenere poßimus, quã facile adhuc fecimus. Idem Philip. 2. Vtinam aliquandò dolor populi Romani pariat, quod iamdiu parturit. Idem, Vtinamq; sit tẽpus unquam, quo per fectus aliquis orator hãc partẽ uẽdicet sibi. Idem. 3. Verr. Plurima signa, plurimas tabulas optimas deportasse te, negare non potes, atque utinã neges. Qui hæc putat ad præsens potẽtiale reijciẽda esse, ut illud Ciceronis ad At. Est mihi præcipua causa manẽdi, de qua utinã aliquãdo tecũ loquar. Idẽ illud Ouid. — vtinã temeraria dicar. &c. Is totũ Optatiuum in potentialem iam reiecerit. Dij vota secundent, id est secundare velint. Cic. ad Att. 2. Vtinã adesses, id est adesse posses: & illud Plinij, Vtinã spem impleuerim, hoc est, implere potuerim. & illud Terentij. Quod vtinam ne in mentem incidisset, hoc est, incidere potuisset. Quare ueterum uestigijs ingrediamur, si volumus maxima incommoda effugere. Nostri aliquando more Hebræorum futuro indicatiui utuntur. Terẽ. Hecy. Ita me dij bene amabũt, haud propterea te rogo. Vt hoc proferã Idẽ Heaut. Ita me dij amabunt, ut tuarum misertum est

Menedeme fortunarum. Idem Hecy. futuro optatiui usus est,
Tu nescis. S. non, ita me dij bene ament.

Idẽ Eun. Ita me dij amẽt, honestus est. Plautus sæpe eadẽ ꝑmutatione utitur. Præter hoc futurũ est aliud simile præterito ꝑfecto. Ter. Adel. — dij me pater Omnes oderint, ni magis te, quã oculos nunc amo meos. Liu. ab Vrb. lib. 6. Vides ne tu, inquit, A. Semproni, loci fortuna illos fretos, ad Alliam cõstitisse. Nec illis dij immortales certioris quicquã fiduciæ, maioris ue quod sit auxilij dederint. Terẽ. Andr. act. 3 sc. 1. Vtinã aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Neque enim præteritũ hic videtur locũ habere; siquidem sensus est, Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta fiat. Propertius quodam loco, Sic ego non vllos iam norim, &c. dixit, vbi Norim, apertissime futurũ est Optatiui, præpositũ est enim ei, Sic, optandi aduerbium. Idem sentit Priscianus li. 18. Vide scholia in præteritum perfectum.

Coniunctiui modi tempus præsens.

Quamuis amem.		Cum amem,
		Ames,
		Amet,
Si amem.	Plur.	Cum amemus.
		Ametis,
		Ament.
Nisi amem.		Prę̨teritum imperfectum,
		Cum amarem,
		Amares,
		Amaret,
Si amarem.	Plur.	Cum amaremus,
		Amaretis,
		Amarent.

Modum hunc grammatici, tum Coniunctiuum, tum Adiunctiuum, tum Subiunctiuum uocant, propterea quod sententiam perfectam minime efficiat, nisi sibi alterum uerbum coniungat: nam Imperatiuus, Optatiuus, itidem Indicatiuus magna ex parte alterius adminiculo non indigent: (magna ex parte dixi) quia imperfectum, & plusquam perfectum alterum desiderant, vt sensum perficiant. Adiunctiuus, sic enim etiam à Probo, & Diomede appellatur, sibi alia verba adiungit fere beneficio particularum Cum, Quod, Si, Ni, Nisi, Quamuis, Licet, vt, Vt, ne, Quo, pro Vt, Dum pro Dũmodo, & Modo cum ponitur pro Dummodo: item relatiui, Qui, quæ, quod, & infinitæ particulæ siue partes orationis dubitatiuę: ut Nescio quid dixerit, cur venerit, an redierit. Cic. pro Quint. Hæc tria cum docuero, perorabo. Idem ad Tiro. lib. 16. Satis te mature videro, si plane confirmatum videro. Idem ad Att. lib. 9. Admiratus sum, quod ad me tua manu scripsisses. Idem. 4. Ver. Ei quem fefelleris, ne pecuniam quidem reddes? Cæterarum exempla passim tibi occurrent. Nonnullæ ex his particulis interdum omittuntur maxime Vt, Si. Iuuen. Sat. 3. Græculus esuriens in cœlum iusseris, ibit.

Horat. 1. Serm. Sat. 3. — decies centena dedisses
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis.

Cic.

Cic. Philip. 13. *Neque istinc si cupias possis te explicare; recesseris, omnes insequentur: manseris, hærebis, pro Si iusseris, dedisses, Si recesseris, Si manseris. Vide Priscia. lib.* 18. *Qui Lusitanæ linguæ sunt periti, negant speciem coniungendi præposita particula, Si, bene in Lusitanum conuerti hoc modo*, Como eu a me, como eu amasse, como eu aia amado. Como eu ouuera & ouuesse amado: *sed vtendum esse temporibus indicatiui: Qua de re supra in coniunctiuo verbi substantiui satis dictum est. Dixerit fortasse aliquis, quo nam igitur pacto coniunctiuus ab indicatiuo separabitur? hunc eundem ego rogarim, quo nam modo Optatiuus, Permissiuus, & Potentialis à subiunctiuo discernantur. Itidem qua ratione Hebræi Optatiuum, ac Subiunctiuum ab indicatiuo disiungant, nam cum vterque modus apud ipsos proprijs vocibus careat, additis particulis Optandi, atque coniungendi ex indicatiuo suppletur. Gerundijs etiam vt supra diximus non minus eleganter vtũtur Lusitani, quam verbis ipsis. Patrem tuum fugis, cum te vnice amet?* Foges de teu pay amandote elle &c. *Patrem tuum fugiebas, cum te vnice amet?* Fugias a teu pay amandote elle &c. *Cic. ad Att. lib.* 9. *Nihil me adiuuit, cum posset.* Em nada me aiudou podendo. *Idẽ ad Q. Fra. lib.* 3. *Cum iam hanc epistolam complicarem, tabellarij à vobis venerunt.* Estando ia cerrando esta carta &c. *Curent præceptores, vt pueri inter declinanda verba, cum ad hunc locum peruenerint, non solum, Cùm, sed etiam particulas alias præponant, vt Quanuis, Si, Nisi, ita enim fiet, vt proprie ac bene materna lingua Latinas voces reddant. Quanuis amem*, Posto que eu ame, *Si amarem.* Se eu amasse, ou amara. *Nisi amarem*, Se eu nam amasse, ou amara. *Illud pueri admonendi sunt, cum particulæ Si, Nisi, præponũtur præsenti Coniunctiui, fere in futurum à Lusitanis conuerti. Quint. libr.* 1. *c.* 4. *Nec si rationem ignoret, poetas intelligat. Plaut. Trinum. Edam nisi ille vetet. Cic. de amicit. In qua nisi, vt dicitur, apertum pectus videas, tuumque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.*

Præteritum perfectum.

Cum amauerim,
Amaueris,
Amauerit,
Plur. Cum amauerimus,
Amaueritis,
Amauerint.

Præteritum plusquam perfectum.

Cum amauissem,
Amauisses,
Amauisset,

Plu. Cum amauissemus,
Amauissetis.
Amauissent.

Trifariam hæc tempora in Lusitanum conuertuntur, cuius rei non opus esset ullam mentionem fieri, nisi multi ea, dum de Lusitanę linguæ inopia queruntur, barbare transferrent. Cum uirtutem semper plurimum amaueris, maximique feceris, non miror te apud omnes ordines esse gratiosum. Como sempre amastes estimaste muyto a uirtude &c. *Ne literam quidem à patre tuo possum impetrare, cum ad eum longissimas epistolas sæpissime scripserim.* Nem huma soo letra posso auer de vosso par, tendolhe escripto muytas vezes. &c. *Miror te hæc ignorare, cum maximam partem orbis peragraris.* Espantome nam saberdes isto tendo corrido a mayor parte do mundo. *Cum antea uiris optimis usus fuissem, non poteram improborum consuetudinem ferre.* Como dantes conuersara, ou tinha conuersado com homnes de grande virtude &c. *uel,* Nam podia sofrer a conuersacam de maos tendo dantes conuersado, &c. *Miserandum in modum animam efflauit, cum annos quatuor continuos iacuisset in lecto.* Auendo quatro annos continuos que iazia em cama. *Cic. ad Att. lib. 6. Cum statuissem ad te scribere, calamumque sumpsissem, Betonius e naui recta ad me uenit.* Tendo determinado de vos escreuer, & tendo ia a pena na mano &c. *Idem ad eundem libr. 3. Quintus Frater cum ex Asia discesset ante Cal. Maias, & Athenas uenisset Idibus, ualde ei fuit properandum &c.* Partido de Asia antes da entrada de Ianciro, & chegado a Athenas aos quinze, &c. *Idem ad eundem lib. 5. Cum Philogenes libertus tuus Laodiceam me salutandi causa uenisset, & se statim ad te nauigaturum esse diceret &c.* Sendo Philogenes ohegado a Laodicea para me &c. *Si, Nisi, cum prępositæ huic tempori conditionem adsignificant, fere à Lusitanis ut Imperfectum conuertitur. Cice. 4. Verr. Nisi restituissent statuas, uehementer ijs minatur. Idem 3. de Offi. Vas factus sit eius sistendi, ut si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi.* Se nam tornasse &c.

FVTVRVM.

Amaui, i, in e, & addita ro: eodem modo in cæteris.	Cum amauero,
	Amaueris,
	Amauerit,
	Plu. Cum amauerimus,
	Amaueritis,
	Amauerint.

Probus duplex futurum subiunctiuo tribuit, alterum quod voce omnino cũ futuro indicatiui congruit. Cic. ad Att. lib. 9. Cum tu hęc leges, ego fortasse illũ conuenero. Idẽ Tironi lib. 16. Si statim nauiges, Leucade nos consequere. Alterum quod ro syllaba finitur. Est tertium futurum quod cũ praeterito perfecto voce prorsus consentit. Plaut. Pseud.

Bal. Si is non aderit, posse opinior facere officium me meum.
C. Quod id est? Bal. Si tu argentum attuleris, cũ illo prodere im fidẽ.
Ibid. Quis igitur drachmam reddet, si dederim tibi

Teren. And. Verberibus caesum te in pristinum Daue dedam vsq; ad necem,
Ea lege atque omine, vt si te inde exemerim, ego pro te molam.
Ibidem. — certe si resciuerim.
Ibidem Eunuch. — abi hinc insana. P. Quid ita verò? debeam
Credo isti quicquam furcifero si id fecerim.

Idem Adelph. Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquã dimoueas tuos.
Ne mora sit si innuerim, quin pugnus continuo in mala haereat.

Gellius lib. 18. c. 2. Saturnalibus, ait, septem quaestiones conuiuis fuisse positas, quarum postrema haec fuit, Scripserim, Venerim, Legerim, cuius tẽporis verba essent, praeteriti, an futuri, an vtriusq;. Hactenus ille. Idem de passiuo futuro dicendum est. Teren. And. Vbi vis facilius passus, sim, quam in hac re me deludier.

Idem Hecy. — ego propterea te sedulo
Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem nacta sis.

Fuit praeterea quartũ futurũ apud priscos primę quidem declinationis, Asso, syllaba finitũ, ut amasso, iudicasso, irritasso, amassis, amassit. &c. Secũdę Esso, vt prohibesso, prohibessis, prohibessit. &c. Tertiae Im, vt faxim, axim, edim, perduim, duim, duis duit, &c. quae interdum etiam pro praesenti eiusdem modi ponuntur, de quibus post in Anomalis. Amauerimus, amaueritis, praeteritum acuto accentu declinatur, vt docet Diomedes lib. 1. Futurũ circumflectitur, amauerimus, amaueritis. Quod si quando futuri penultima correpta inueniatur, non à futuro primo, sed à tertio fit, hoc est, non a futuro cuius prima persona syllaba, ro, terminatur, vt amauero, sed rim, vt Amauerim: vt enim praeterito simile est, voce, ita & accentu.

Coniunctiui tempora alia alijs permutari.

PResens coniunctiui interdũ pro imperfecto eiusdẽ modi ponitur. Ter. And.
Facile omnes cum valemus recta consilia aegrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias,

Pro tu si hic esses aliter sentires: & contra imperfectum pro praesenti, Plaut. Aul. Sexcenta sunt quae memorem, si sit otium.

Pro

Pro memorarem, si esset. Præteritum imperfectum, pro plusquam perfecto videtur positum in illo Teren. Adelph.

— tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.
Iniurium est: nam si esset vnde id fieret,
Faceremus. pro fuisset, fecissemus. Præsens pro futuro.
Plaut. Mercat. — L. quid est?
D. Dicam, si uideam tibi operam esse, aut otium.

Quoniam in copulandis, cõiungendisq́, temporibus facilis est lapsus, legat qui uolet Diomedem lib. 1. Priscianũ 18. Ex Diomede nonnulla subijciemus. Futurũ, inquit, finitiuorũ (hoc est finitiui modi seu indicatiui) præsenti subiunctiuorum, & futuro iungitur, & optatiuorum futuro, Dicam, si intelligas Dicam si intellexeris, Dicam vt intelligas. Diomedes solet modũ, cui præponuntur particulæ, Vt, Ne, optatiuum appellare. Idẽ subiunctiua vicissim inter se iungũtur hoc pacto, Imperfectum imperfecto, vt Dicerem, si scirẽ. Plusquam perfectum plusquam perfecto, ut Dixißem, si sciuissem. Item imperfectum plusquam perfecto sic, dicerem, si sciuissem. Et versa vicè plusquamperfectũ imperfecto, sic, scripsissem tibi, si scirem. Et priore quidem sermone, Scribere tibi si scissem, significat fuisse se scripturum vel semel, si sæpius cognouisset. Sequenti, scripsissem tibi si scirem, significat scripturum sæpius se fuisse, si uel semel sciret. Hactenus ille. Quæ si uera sunt (sicuti existimo pleraque esse) pleraque dixi, quia discrimen hoc redolet, nescio quid grammaticum, quod Teren. non seruauit Adelph.

S. Tetigine tui quicquam? Ae Si attigisses, ferres infortunium.

Hic Attigißes, si uel semel, uel leuissimè attigißes significat. Si, inquã, hæc uera sunt non uideo, cur dicamus in illo loco Terentij, quẽ modo attulimus, imperfectum positum esse pro plusquamperfecto, sed solere Latinos rem præteritã vtroque tempore efferre. Cice. ad Att. lib. 8. Plura scriberem, si ipse possem. Plura scripsissem, si ipse potuissem, idem valet. Idem Tusc. 5. Nunquam id diceret, si se audiret. Idẽ ad Att. lib. 7. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset, sed dictaui propter lippitudinem. Neque item arbitror in illo Plauti.

Dicam si videam tibi operam esse: positum esse præsens pro futuro.

Modus potentialis.

NEmo veterum huius meminit modi hoc nomine, neque cũ a coniunctiuo separauit: fortasse quia ferè cum alijs uerbis iungitur. Coniunctiuus enim modus, vt Priscianus libro 8. ait, non à significatione vt alij, sed a constructione nomen accepit: siquidẽ Indicatiuus ab indicando, Imperatiuus ab imperando, Optatiuus ab optando dictus est: at subiunctiuus à constructione,

nam

vũ cum alijs verbis construitur atq; coniungitur, de cuius varijs significationibus lib. 18. docte ac copiose agit. Vbi postquam de eo paulo latius disputauit, subiungit. Iste igitur modus, vt breuiter eius uim colligam, apud Latinos est quando dubitationem, quando comprobationem, quandò possibilitatem significat. Idem paulo post, docet Græcos modum indicatiuum, atque coniunctiuum vsurpare com possibilitatem demonstrant adhibita coniunctione ἂν quos nostri imitantes optatiuis siue subiunctiuis per se positis (nam eædem, inquit, sunt voces) vtuntur, eandem possibilitatem demonstrantes, vt docuissem si discere voluisses ἐδίδαξα ἂν εἰ ἠθέλησας μαθεῖν docuissem idest, poteram docere. Similiter docerem, si discere velles, id est, docere poteram. Hæc ille. Quam ipse possibilitatem appellat, potentiam quidam ex recentioribus vocat, vnde Potentialem hunc modum nominauit, quod potentiam, siue facultatem præcipue adsignificet: solet enim verbo Possum explicari. Hora. 1. Carm.

Quis Martem tunica tectum adamantina, Digne scripserit?

Scripserit, inquit, Priscianus, scribere poterit: Idem de Art. poet.

Dixeris egregie, notum si callida verbum

Reddiderit iunctura nouum. Idest, vt idem inquit, poteris dicere egregie. Cic. 3. Ver. Voconia lex videlicet te delectabat, imitatus esses ipsum illum Voconiũ, qui hæreditatẽ lege sua ademit nulli. Imitatus esses, imitari potuisses, ut idem interpretatur. Virg. 2. Aen. quos omnes undique Graij

Circumerrant acies, & ni mea cura resistat,

Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.

Pro poterant tulisse, & poterãt hausisse, vt idem explicat. Adsignificat etiã debitum, unde verbo Debeo aliquando explicatur. Idem in eadem, De iure uero ciuili si quis noui quid instituerit, is nõ omnia, quæ antea acta sunt, rata esse patiatur, idest, non debet pati rata esse vt idem exponit. Interdum et voluntatem Virg. 1. Aen. & quisquam numen Iunonis adoret?

idest adorare velit. Cuius Modi etiam possunt illa esse Discam potius, quã doceam: paream potius, quam imperem. Consentit hic modus uoce cum subiunctiuo, quem etiamsi Romanæ linguæ lumen, & ornamentũ iure optimo possis appellare: eum tamen scholiorum cancellis circunscribendum duximus, ne sermonem daremus ijs, qui iniquo animo ferunt ipsum à coniunctiuo diuelli. Quare liberum erit ludi magistro, vel ediscendum auditoribus proponere, vel intactum prætermittere, quod idem de Permissiuo, siue Concessiuo dixerim. Nos certe nostro fungemur munere.

Potentialis modi tempus præsens.

Amem.

Cic. 3. de Or. Ego te consulẽ putẽ, cũ me non putes Senatorem? Que cuyde eu que soys vos Cõsul. &c. Ey eu de cuydar que soys vos Cõsul? &c.

Plaut.

Plaut. Amph. Vir ego tuus sim? Teren. Adelph. Quid ego nunc agam? Que ey de fazer agora? Que posso eu fazer agora; Que farey. *Ibidem.*

Hei mihi quid faciam? quid agã? quid clamen? aut quid querar? Idẽ And. Tu ne impune hoc facias? Que a iays vos de fazer isto? *Plin. lib. 1. epist. de Euprate philosopho, Nullus horror in vultu, nulla tristitia, multa seueritas, reverearis occursum nõ reformides. Cic. 1. In Cat. Te vt vlla res frangat?* Que aia ahi, ou posso auer cousa que te dobre? *Idẽ ibid. Tu, ut umquã te corrigas?* Que te aias alguna hora de emendar? *Idem pro Rosc. Ame. Quid primum querar? aut unde potissimum exordiar? aut quod, aut à quibus auxilium petam?* A quem pedirey aiuda? a quem posso, ou deuo pedir aiuda? *Idem, Itaq; videas iustos iniustis rebus maxime dolere.* Vereis *Quint. lib. 6. c. 5. Videas enim plerosq; ira percitos: Virg. 4. Aen. Migrantes cernas, totaq; ex urbe ruẽtes. Quint. lib. 1. c. 9. Frangas citius, quam corrigas, quę in prauũ indurverunt. Amem tesseras, quæ me toties perdiderunt?* Ey eu de amar? Que eia eu de amar? *Præmuntiones illæ, Vt ita dicã; Vt sic dicã, huc etiam spectant, quæ, & futuro efferuntur, Vt ita dixerim, ut sic dixerim. Interdum simul ponitur hic modus, & eius interpretatio. Virg. 2. Aen.*

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrymis æquare dolores?

Possit æquare, & ęquet idem valent. Adiunximus tam multa exempla, tum ut naturam modi planius ostenderemus, tum ut apertissime uideres tam multas uoces Lusitanas posse respondere uni Latinæ. Nunc pauca ex Prisciano cum interpretatione Graca subijciamus. Virg. 4. Aen.

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,
Ante pudor quam te uiolem. Optem, εὐχοίμην ἄν.

Idem 3. eloquar an sileam? An sileam, ἦ ἄρα σιωπήσω;

Idem 1. O quam te memorem uirgo, namque haud tibi uultus
Mortalis memorem, ὀνομάσαιμι. *Quæ dubitationem, aut interrogationem adsignificant, fere coniunctione* ἄρα *solet ille explicare. Illud mihi pene exciderat, tempus hoc etiam futurum tempus redolere, nec mirum cum præsens ipsum coniunctiui futuri naturam resipiat. Cic. 3. Verr. Vnum aliquid de nefarijs istius factis eligam, quo facilius ad Siciliam possim aliquando peruenire. Possim, nonne futurum potius, quam præsens adsignificat? Item illa trita, & quotidiana. Peto à te, ut cras ad me uenias. Rogo te, ne deinceps mihi sis molestus; & sexcenta alia, quid aliud uidentur, quam futurum clamare?*

Imperfectum potentialis:

Amarem.

Cic. pro Rab. Per. Tu. deniq; Labiene qd faceres tali in re, ac tẽpore? Que fizeras, que poderas fazer? *Idẽ Trębonio lib. 15. Ferreus essẽ, nisi te amarẽ*

Seria

Seria eu logo de ferro *&c. Ter. And.* — *redeo inde iratus, atq; ęgre ferēs;*

Nec satis ad obiurgandum causæ: diceret,

Quid feci? Diria, poderia dizer; ou dissera, podera dizer. *Sallust. in Cat. Sed confecto prælio tū vero cerneres, quanta audacia, quātaq; vis animi fuisset in exercitu Catilinæ.* Entam vireis vos &c. *Cic. ad Att. 8. Plura scriberē, si ipse potuissem. Idem in epist. ad Brutū, Scriberem ad te plura, nisi ad te hæc ip; a nimium multa essent. Idem 5. Tusc. Nunquam id diceret, si ipse se audiret. Teren. Adelph. Si attigisses, ferres infortunium.*

Vir. 8. — *At tu dictis Albane maneres.* Ficareys uos no que dissestes. Cōprireis vossa palaura. *Ego te desererem?* Que vos auia eu de desemparar? *Amarē aleas, quæ toties me nudarunt?* Auia eu de amar &c. *Quibus beneficijs te ille afficeret, cum esset pauperrimus?* Que merces vos podia elle facer &c. *Nonnūquam malūt autores duobus verbis quam vno vti. Cic. 4. Ver. Verū si de pecunia testibus planū facere nō possē, illud negare posses? Potuit uno verbo dicere, illud negares? Accipe vnū, atq; alterū ex ijs, quæ Priscianus affert, cum Græca interpretatione. Cic. 3. Verr. Quæ ego non commemorarem, nisi vos illud uellem recordari. Non commemorarem* ἵνα διηγησάμενον *Virg. lib. 6. Quem socium exanimum vates, quod corpus humandum.*

Diceret, λέγοι ἄν. *Cum hoc tempore iunguntur aduerbia tam præsentis, quam futuri temporis. Virg. lib. 8.*

Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam
Gnate tuo. Scriberem ad te cras, si esset tabellarius.

Præteritum perfectum.

Amauerim.

Vnus miles tantam stragem ediderit? Que pode hun soo soldado fazer tam grande estrago? Foy possiuel hum soldado fazer tamanho strasto? He possiuel que hum soldado fiziesse tamanho strago? *Ego in quem omnium oculi sunt coniecti tantum scelus commiserim? Plaut. Amph. Audistin' tu me narrare hoc hodie? So. vbi ego audiuerim? Virg. lib. 9.*

Vnus homo, & vestris, ô ciues, vndique septus
Aggeribus, tantas strages impunè per vrbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit Orco?

Idem lib. 2.

Non prius aspicies, vbi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniuxne Creusa,
Ascaniusq; puer? quos omnes vndique Graiæ
Circumerrant acies, & ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.

Pro poterant tulisse, & poterant hausisse interpretatur Priscianus, & recte, nā hic uidetur esse temporū permutatio, pro Ni mea cura resisteret, siue resti-

restiti isset, iam flamæ tulissent, & hausisset ensis. Quin.lib.10.c.1.de Demosthene, & Cicerone agens. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit: sed & nobis illa, quæ Attici mirantur diuersa Latini sermonis ratio minus permiserit. Bem pode ſerque o custume da terra lhe tiraſſe &c. *Cic. in Bruto, refertæ sunt orationes amplius centum quinquaginta, quas quidem adhuc inuenerim, & legerim, & rebus, & verbis illustres.* Das que eu atéqui pude achar & ler. *Idem 5. Tuscu. Præcidi caput iussit M. Antonij omnium eloquentissimi, quos ego viderim.* Mais eloquente de todos os que eu pude ver. *Idem in Bruto, Sed omnium oratorum, siue rabularum, qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, quos quidem ego cognouerim, solutissimum in dicendo, & acutissimum iudico nostri ordinis Q. Sertorium. Quint.lib.10.c.1. Sunt & alij multi diserti, quos persequi longum est: eorum, quos viderim, Domitius Afer, & Iulius Africanus longè peritissimi. Idem lib.12.c.11. dixit, Quos mihi cognoscere contigit, quod Cic. dixit, Quos quidem cognouerim. Vidi ego longè omnium, quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem Domitium Afrum valde senem. Huc etiam videntur illa, & quæ sunt generis eiusdem, spectare. Te vt unquam vlla res fregerit? Tu vt vnquam te correxeris? Nescio an id mihi unquam in mentem venerit. Rogas, quis nam id vnquam dixerit? pro frangere potuerit, corrigere volueris &c. Horat. in Epod.*

Impune vt urbem nomine impleris meo?

Sed hæc fortasse dixerit aliquis, hoc tempus, cũ prouocabulum, aut interrogatio, aut dubitatio, aut infinita particula adhibetur, ad coniunctiuũ spectare, atque coniunctiuum pro indicatiuo poni, cuius sententiæ ego nõ inuitus accesserim, dummodo fateatur esse quædam, quæ huc potius spectent. Cuiusmodi fortasse sint eà, quæ attulimus: & quod ingenuè hic fatendum sit, extra interrogationem, dubitationem, prouocabulum, & particulas infinitas, vix vnquam vtũtur scriptores hoc tempore aliquid affirmãtes, sed potius circuitione. Cice. in Bruto, Hanc enim mortẽ rhetoricè, & tragicè ornare potuerũt. Idem 4. Verr. Sed intelligere potuisti priore actione ciues Romanos ex Sicilia plurimos, &c. pro testimonio dicere. Priscianus quæ sunt huius generis ἄρα *Græca coniunctione, non* ἄν *solet interpretari, quorum pleraque huic loco videntur aliena. Cice. 3. Verr. Qui ædem Castoris testem furtorum tuorum esse volueris* ἠθέλησας ἄρα *Ibidem, Nam quæso redite in memoriam, quæ libido istius in iure dicendo fuerit* γεγονυῖα ἄρα *Ibidem, Videte vt hoc iste correxerit.* διωρθώσατ' ἄρα *Qui magis apposita exempla inuenerit, his adiungat: nam illa, Non facile dixerim, Hæc ad quædam prodesse non negauerim. Eo magis Fabritio crediderim, & alia penè infinita ad futurum spectãt tempus, ut paulo post dicemus. In illo Quintiliani proœmio libro 1. Sit igitur orator uir talis, qualis uerè sapiens appellari possit, nec moribus modo perfe*

ctus

ctus, sed etiam scientia, & omni facultate dicendi, qualis adhuc fortasse nemo fuerit. Fuerit, pro Fuit uidetur positum. Item Liu. lib. 6. dec. 1. Tum verò, inquit, nequicquam hac dextra Capitolium, arcemq; seruauerim, si ciuem, conmilitionemq; meum tanquam Gallis victoribus captum in seruitutem, ac uincula duci uideam. Plaut. Amph. — tecum fui. Amph. Tun' mecum fueris?

Plusquam perfectum. Amauissem.

Hoc tempus frequentissimũ est. Cic. Cornificio lib. 12. Plura scripsissem, nisi tui festinarent, Mais vos escreuera, postera, ouuera, ou deuera escreuer se nam estiueram tam de pressa. *Idem in Bruto. Si corpore ualuisset, in primis habitus esset disertus, Ibid. Is processisset honorib. longius, nisi semper infirma, atque etiã ægra ualetudine fuisset. Ibid. Neque enim iam Troicis tẽporibus tantũ laudis in dicẽdo Vlissi tribuisset Homerus, & Nestori, quòd alterum uim habere uoluerit, alterum suauitatem, nisi iam tũ esset honos eloquẽtię. Idem prò Planc. An si unquam in me uitę cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei Consulatus omnium parricidarum tela cõmossem? Idem 3. Ver. Dixit iuratus P. Potitius tutor pupilli Iunij, dixit M. Iunius tutor, & patruus, Mustius dixisset si uiueret. Ibi. Quid? hoc planius egissem, si ita narrassem? Dio quidã fuit Halesinus, &c. Ibid. Si tibi antea displicuisses, idem fecisses, quod anno post M. Piso. Idem. 1. Neque enim tam facile opes Carthaginis tantæ cõcidissent, nisi illud ei rei frumentariæ subsidium, & receptaculũ classibus nostris pateret. Terent. Eunuch. —— paululum si cessassem Pythia,*

Domi non offendissem. Ibid. —— cæterum

Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso.

Quint. decl. 6. Si potuisset redimere oculos matris, qua pietate fuit, uicarios suos dedisset. Suet. in Vesp. c. 8. Maluissem oboluisses aliũ. Quorsum inquies, tam multa exempla? Quia sunt qui putant, rara esse huius temporis, vsitatiorẽq; esse periphrasim, quod an ita sit, peruolutãdis scriptorib. experiere: paraphrasi raro uelim uti. Mitto locum illum Virgilij. 4. Aen. qui à plerisque affertur —— faces in castra tulissem,

Implessemq; foros flammis, gnatumq;, patremq;,

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

Mitto illud Ouidij. 15. Metã Quod petis hinc, propiore loco Romane petisses. Mitto Lucani. decãtatissimũ carmẽ. Sub iuga iã Seres, iã Barbarus isset Araxes. Quis enim omnia sine fastidio enumeret? Ne tamẽ cõtra cæptũ ordinẽ faciamus, audiamus Prisciani interpretationẽ Cic. 3. Verr. Si hoc iuris nõ vnius hominis causa dixisses, cautius cõposuisses, συνέθηκας ἄν. *Ibi. Quòd si tãta pecunia colũnas dealbari putassem, certè nũquã ędilitatẽ petijssem,* ἐζήτησα. *Ibid. Hac conditione si quis de populo accessisset, non esse usus* ἐκείνῳ ἐχρήσατο. *Ibidem. Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquisset*

κατα· νῖσαι ἀρλ. Cic. 2. inuect. Quęsiui an Catilina nocturno conuentu apud M. Leccam fuisset nec ne, ἠρώτησα εἰ ἦν. Ponitur interdum plusquam perfectum indicatiui, loco huius, Horat. 2. Carm.

Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat, nisi Faunus ictum
Dextera leuasset. Sustulerat.

Pro sustulisset, posuit, inquit idem Priscianus, propter metrum. At Quintilianus nulla carminis necessitate cōpulsus declam. 6. Excæcaueram, pro excęcauissem dixit. Quantum inter hæc fleuit, quandiu cecidit oculos suos: si perseuerassem duos excæcaueram. Circuitionis unum, atque alterum exemplum adiungam, ut Futuro locus etiam relinquatur. Cic. ad Att. lib. 8. Sed cum hęc scribebam. V. Calen. Pompeius iam Brundusium poterat venisse, vbi Poterat lege, non Potuerat, vt quidam legit.

Verg. 10. Debueram patrię pęnas odijsq; meorum
Omnes per mortes animam sontem ipse dedisse.

FVTVRVM.

Amauerim.

Supra cū ageremus de futuro coniunctiui, multis veterum exemplis planū fecimus, esse futurum quoddam simile pręterito perfecto eiusdē modi, quod hic multò est vsitatius: id quāuis quidam existimarint pręteritū esse, significatio tamen ipsa futurum esse apertissimè docet. Cic. 3. de Orat. Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim. Charybdim, voraginem potius. Antes diria, de mishoremēte diria eu. Idem in Orat. Pomeridianas quadrigas, quam postmeredianas libentius dixerim. Ibid. Nec vero reprehēderim — scripsere alij rem. Ibid. Nec enim, tam libenter dixerim armum, iudicium, & si est apud eūdem. Idem. 5. Tusc. Aberrare me hercule malo cum Platone, quàm cum istis vera sentire. M. Macte uirtute, ego ipse cum eodē ipso non inuitus errauerim. Erraria de boamente. Idem 1. de leg. ego vero libenter audierim, quid enim agam potius? aut in quo melius hūc consumam diem? Idem in Bruto. Tū Brutus, ista verò, inquit, quam necessaria fuerint, non facilè dixerim, iucunda certe mihi fuerunt. Idem in eodem. Hoc verò sine vlla dubitatione cōfirmauerim, siue illa arte pariatur aliqua, siue exercitatione quadam, siue natura, rem unā esse omniū difficillimam. Idem in eodem. Itaq; cū, & si nemo intercedebat, qui se illi anteferret, neq; secundum tamen, neq; tertium dixerim. Diria. In eodem, De Seruio autē, & tu probè dicis, & ego dicam quod sentio: Nō enim facilè quem dixerim plus studij quam illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum artium disciplinas adhibuisse. Liu. lib. 7. dec. 1. Iniussu tuo, inquit, imperator extra ordinem nunquam pugnauerim: Non si certam victoriam uideā. Idem. 1. ab Vrb. Eò magis Fabritio crediderim. Ibid. Pluribus tamē testibus filium

lium crediderim. Greria eu. Quid, lib. 11. Cap. 5. Et quidem hæc ad quædam prodesse non negauerim. Nam negaria eu. Idem lib. 1. ca. 1. In parentibus uero quàm plurimum esse eruditionis optauerim. Idē 8. ca. 3. Sterilē platanū, tonsasq; myrtos, quàm maritā ulmum præoptauerim? In eodē c. 6. At ego in agendo, nec pastorem populi, autore Homero, dixerim, nec uolucres pennis remigare, &c. Idem lib. 10. c. 1. Oratores uerò uel præcipuè Latinam eloquentiam parem facere Græcæ possunt. Nam Ciceronem cuicunque eorum facilè opposuerim. Idem lib. 11. c. 2. Equidem uel mediocrem orationem commēdatam uiribus actionis, affirmauerim plus habituram esse momenti, quàm optimam eadem destitutam. Idem lib. 6. c. 4. Illa potius urbana esse dixerim, quæ sunt generis eiusdem, quæ ridicula dicuntur, & tamē ridicula non sunt. Idem lib. 1. c. 5. Mihi placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor. Nec iam Calypsonem dixerim, ut Iunonem. Idem proœm. eiusdem libri. Ac ueterum quidē sapientiæ professorum multos, & honesta præcepisse, & ut præceperunt, uixisse facilè concesserim. In eodem c. 8. De Menandro loquor, nec tamē excluserim alios. Pli. li. 8. c. 28. Nec facilè dixerim, qua id ætate cœperit. Illud eiusdē Pli. li. 2. c. 93. Et hercule nō cœlestia enarratu difficiliora fuerint; pro esse poterunt; dictum uidetur. Columel lib. 6. c. 1. Quæ in emendis bubus sequenda, quæque uitanda sunt, non ex facili dixerim. Huc etiam uidentur pertinere locutiones illę, quibus ueniā, pacemq; pręfamur. Cic. 5. Tus. A. Non mihi uidetur ad beatè uiuendum satis posse uirtutem M. At hercule Bruto meo uidetur, cuius ego iudicium, pace tua dixerim, longè antepono tuo. Idem de Fato. Quædā etiam Posidonius, pace magistri dixerim, comminisci uidetur. Plin. lib. 34. c. 11. Dixisse liceat, duobus uerbis dixit, Atque hæc omnia medici, quod pace eorum dixisse liceat, ignorant: & Quint. lib. 1. c. 6. Sed pace dicere hominis eruditissimi liceat. Ouid. 3. de Ponto.

Pace tua dixisse uelim.

Verg. lib. 10. Non ego te Ligurum ductor fortissime bello
Transierim.

Idem. 11. Nec uos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras.

Teren. Hecy. — denique hercle aufugerim
Potius, quam redeam si eò mihi redeundum sciam.

Idem Heaut. Hoc uide, in mea uita tu tibi laudem is quęsitum scelus.
Vt si paululum modo quid te fugerit, ego perierim.

Idem Adelp. — obsecro hercle hominem istum impurissimum
Quam primum absoluito te, ne si magis irritatus siet,
Aliquà ad patrē hoc pmanet, atq; ego tū ppetuo pierim.

Idem Andr. Vbi uis facilius p ssus sim quàm in hac re, me deludier
Passus sim, Sofrerey poderey sofrer. Idē Hecy. — ego propterea te sedulo

Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat,

Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem nacta sis,

Qual quer que poderdes auer às manos, *Senec. de Clementia. c. 2. Malue tim veris offendere, quā placere adulãdo, Plin. lib. 17. c. 11. Id quidē in horā dici quintam, uel octauam spectare maluerim Iuuenalis. Saty. 2.*

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? Quem sofrerà? Quem poderà sofrer? *Quis dixerit, uel unum ex tam multis exemplis præteritum adsignificare? vsque eò futurum adsignificant, ut Donatus illud Aufugerim, dixerit esse coniunctiuum, pro indicatiuo. Coniunctiuum, inquit, modo posuit pro indicatiui futuro, vel ut alij dicunt permissiuo, et Priscianus illud Virgilij. 2. Georg.*

Non alios prima crescentis origine mundi

Illuxisse dies, aliùmue habuisse tenorem

Crediderim. Futuro Græco explicat πιστεύσαιμι ἄν.

In eodem — tamen hæc quoque si quis

Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,

Exuerint syluestrem animum. Exuerint, Perderam, ou poderam perder a braueza. *Exuerint etiam explicat Priscianus futuro Græco* ἐκδύσαιντο ἄν, *non præterito ut quidam ait.* ἐκδύσαιντ' ἄν. *Qui hæc ad præteritū reijciūt, futurū, ro syllaba terminatū huic modo attribuunt, sed nullo id testimonio confirmāt: id quòd a Prisciano vidētur mutuati, sic enim ille eò dē lib. 18. Electiuè, inquit, quoque sæpissime hoc modo utimur, vt Imperē, potius, quā moneā. Discam, quàm doceā. Tamē & præterito plusquā perfecto præteritū imperfectū solent Romani cōiungere, ut Fecissem, nisi impedires; & contrà, Facerē, nisi impedisses. Et præsenti præsens, vel futurū ut Faciā, nisi impedias, & faciam nisi impedieris. Et futuro futurū, vel præsens, vt Fecero nisi impedias. Nōnulla hic immutauimus quò magis essent aperta, & perspicua: exempla tamen Prisciani sunt: Idem, Sic ergo illi solent (nimirum Græci) & per indicatiuū, & per optatiuū facere addentes* ἄν *cōiunctionē Græcā, nos subiūctiuis per se positis solemus demonstrare (subaudi possibilitatē, vel potentiā, dixerat enim ante, Nostri ergo quoq; in omnia illos sequentes, quando possibilitatē demōstrare volūt, Optatiuis, siue subiūctiuis vtūtur verbis) vt Docuissē si discere voluisses, idest poterā docere. Similiter Docerē, si discere velles, idest docere poterā. Et præteritis quidē vtētes ostēdimus rē, quæ potuisset facta esse, nō esse factā. Præsenti, vero, vel futuro subiunctiuo vtētes in huiusmodi constructione, ostēdimus posse fieri aliquid, nisi quid impediat, vt Doceā si velis, idest, possum docere, si voluntas tua non impediat, Similiter in futuro, Docuero si volueris, idest potero docere si volueris. Hor. 1. Carm.*

Quis Martem tunica tectum adamantina

Digne scripserit.

Proscribere poterit. Quorsum, dicet aliquis, tã altè repetita oratio? Primum, vt modi huius natura melius percipiatur, deinde, vt his duobus exemplis, Fecero, nisi impedias, aut impedieris, & Docuero si volueris, planũ fiat, id quod nobis probandum erat. Priscianus tamen non id aperte probat, nam illud Horatij, Scripserit, Cur non dicam esse a futuro Scripserim, scripseris, scripserit? Quòd si concedendum est futurum syllaba, ro, finitum huc spectare: fatendum etiam nobis erit, illud Ciceronis ad Att. 2. Respiraro, si te uidero. & ad Tironem. 16. Satis te maturè uidero, si planè confirmatum uidero. Id est, respirare potero, uidere potero. Deniq; huc reijciẽda erunt alia penè innumera, quæ idẽ ipse, qui Potẽtiali modo primus nomen imposuit, docet pro futuris indicatiui poni; qua de re suprà satis, abundeq; dictum est. Cæterùm si Priscianus dixisset, Vt hæc, Respirem si te uideam, Respirarem si te uiderem, Respirassem, si te uidissem, ad Potentialem modum pertinent, sic hoc, Respiraro, si te uidero: quid respondisses? nam videntur eiusdem generis esse. Mihi certè non uidentur. Quid? illud. Terentij Adelph. M. àh si pergis, abiero? abire potero significat? nõne potius affirmat se statim sine ulla mora abiturũ? Sed ista uiderint Critici: nobis aliò properantibus non licet esse tam otiosis.

Modus permissiuus, seu Concessiuus.

Permissiuus, siue concessiuus modus permissionem, siue concessionem adsignificat, unde & nomen inuenit, quem in hunc locum reseruauimus, quòd coniunctiuo uoce simillimus sit: eius vsus, excepto futuro, in secũdis, & tertijs personis potissimum cernitur, primas enim non facilè inuenias. Huic etiã scholiorum cancellos circundabo: modo enim eius elegantia, & ornatus intelligatur, per me, uel publico careat, licet.

Permissiui siue Concessiui modi tempus præsens.

Amem.

Terent. Adelph. D. —— quid istuc? tibi si istuc placet:
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Gaste. Mas que gaste, & lance a perder a si & a facenda. Cic. 3. Verr. His ego iudicibus nõ probabo. C. Verrẽ contra leges pecuniam cepisse? Sustinebunt tales viri tot Senatoribus, tot equitibus Romanis &c. non credidisse? tantæ Po. Ro. uoluntati restitisse: Sustineant; reperiemus, si illum viuũ ad aliud iudiciũ perducere potuerimus, quib. probemus, &c. Sustineant. Doulhe que soffram. Ibid. Confringat iste sane vi sua consilia senatoria, quæstiones omniũ perrumpat, euolet ex uestra seucritate, mihi credite, arctiorib. apud Po. Ro. laqueis tenebitur. Idẽ. 2. Acad. Hec si uobis nõ probamus, sint falsa sanè, inuidiosa sanè nõ sũt. Idem in Bruto, sit Ennius sanè, ut est, certe perfectior, & Idẽ. 7. Ver. sit sacrilegus,

legus, sit fur, sit flagitiorum omnium, vitiorumq́, princeps: at est bonus imperator. Seja, doulhe que seja.

Præteritum imperfectum.

Amarem.

Hic nullum occurrit exemplum, si quod offenderis, cura adiungendum.

Præteritum perfectum.

Amauerim.

Cic. 3. Verr. Erunt etiam fortasse iudices, qui illum eius peculatũ, vel acerrimè vindicandum putent &c. Emerserit ex peculatus etiam iudicio. & paulò inferius, Ex hoc quoque euaserit: proficiscar eò quò me iam pridem vocat Po. Ro. &c. Ibidẽ. Malus ciuis, improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit: fuerit aliјs, tibi quando esse cępit? Doulhe oue fosse mao para os outros. *&c. Heus uide quid te futurum sit, vir ille quem iniuria affecisti, proximo anno fuit Consul, Fuerit.* Mas que fosse.

Plusquam perfectum.

Amauissem.

Verg. 4. Aen. *Non potui abreptum diuellere corpus, & vndis*
Spargere? non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium, patriјsq́, epulandum apponere mensis?
Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna, fuisset.

Fuisset, Ainda que fora, mas que fora. *Hic fuerat, pro Fuisset positum est, sic Horatius Sustulerat, Quintilianus Excęcaueram, dixerunt, pro sustulisset, excęcauissem, ut antea dictum est. Poteris similia exempla fingere etiam primæ personę. Verùm victa fuissem, fuissem.* mas que fora. *Prius, Fuissem Potentiale est, posterius Permissiuum.*

F V T V R V M.

Amauero.

Cur miser literas tãtopere fugis? Cur tibi adeò sunt inuisę? Age, amauero literas, quam ex ipsis gloriã reportauero? Ora bem doulhe que chegue a amar as letras *&c. Cic. 2. Acad. Age restitero Peripateticis, qui sibi cũ oratorib. cognationẽ esse, qui claros viros à se instructos dicũt rẽp. sępe rexisse. Sustinuero Epicureos, tot meos familiares, tam bonos, tã inter se amantes viros Diodoro quid faciã Stoico, quẽ à puero audiui? Diomedes lib. 1. hũc modũ affirmatiuã speciẽ appellat. Affirmatiua, inquit, species est huiusmodi. Cũ in re dubia, in qua parũ altercãtib. assentimur, specie subiunctiua, quasi si factum affirmamus, veluti cũ dicimus, Fecerit, dixerit, id est, crede eum dixisse,*

aut

aut fecisse, quod neque dixerit, neque fecerit. Nam si factum esse reuera animũ inducimus finitiuo utimur sermone, id est, Fecit. Lege cetera, si vacat, de eadem re. Ad extremum inquit, Talis est affirmatiua, quæ altercationis tollẽdę gratia sub simulatione confessionis inducitur. Speciem vocat more Varronis, quem Modum appellamus. Finitiuum sermonem, modum indicatiuum.

Futurum aliter.

Amaueris.

Hic prima persona singularis desideratur; conuenit hic sermo potissimum ijs, qui diu aliquid suaserunt, sed frustra: Itaque tædio confecti, atque omni persuadendi spe abiecta, in has voces prorumpunt. Exempli causa: Vixeris, vt libet, satis sit te tuorum scelerum conscientia perpetuo cruciari. Ia que assiho viuey hembora a vossa vontade, bastemuos os concinuos remorsos de vossas maldades. *Diomedes hoc genus loquendi Concessiuam speciem vocat. Concessiua, inquit, species est, qua tum demum vtimur, subiunctiuam inserentes qualitatem, cum suadendo cuipiam quod expediat, non persuademus, & absentes, dum nos volumus crimine absoluere, concedimus, arbitrio eius remittentes, quod pertendat facere. Vt cum loquimur ne faciat, sane suadẽtes, illo pertendente, vt magis faciat, addimus, Videris, Feceris, idest, Licet tu videas, tu perspicias, quid feceris. Hoc dicimus sub specie concedendi potius cũ ɛ̃ ſtantes. Nam cum facere ex animo suademus, non ita loquimur. Feceris, Videris, sed Facias, Videas, exhortatiua vtentes sermone. Enunciatione igitur eadem Affirmatiua & Cõcessiua est species. sensu vero differt. Quoniam quæ liqueant nobis non esse affirmantes, quasi sint facta defendimus. Item, quæ nequaquam volumus fieri, verbo velut fiant concedimus, ut pertinaciam contẽdendi euitemus. Hæc ille. Subiunctiuam qualitatem appellat modum subiunctiuum, ut supra ex Quintiliano diximus; quidam Modos, qualitates nominarunt. Ad hanc speciem Concessiuam spectat illud Sallustij in Ciceronem, Egeris oro te Cicero, perfeceris, quod libet, satis est perpessos esse: etiam ne aures nostras tuo odio onerabis? etiam ne molestissimis verbis insectabere: Neq; enim præteritum est: non enim adiunxisset Oro te, si præteritum esset.* Iaque assi he fazey pecouos Tullio embora, & acabaytu do o que vos vier à vontade, bastas que vos temos sofrido. Como ainda nos aueis de estar aqui deshonrando? *Idem Ciceronis in Sallustium, Vixeris ut libet Sallusti, egeris, quæ volueris, satis sit vnum te tuorum scelerum conscium esse.* Ia que assi he Sallustio, viuey a uossa uontade, fazey cudo o que quiserdes, nam he necessario publicar aqui vossas malda des contentome com as saberdes vos soo. *Huc etiam videtur referendum illud. Terent. And. S. Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?*

Cur meam senectutem huius sollicito amentia? &c.

PAM. mi pater.

S. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris?

Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre.

Adducti qui illam ciuem hinc esse dicunt, Viceris.

Viceris. Là que assi he, sae com tua, vence ja, acaba faze tua vontade. Vbi Donatus Viceris, uerbũ est, eius qui uix sibi extorquet, vt abijciat curã, & proprium patribus, ac familiare iratis. Interdum mitius, ac lenius ijsdẽ vocibus utimur, quibus significamus nos alicuius rei curã penitus abijcere, eãq́ aliorum arbitrio, iudicioq́ committere. Cic. 5. Tusc. Quam sibi cõueniat ipse uiderit, Là o vera elle. Idem de amicit. Quàm id rectè faciam, viderint sapientes. Là o ve jam. Idem de Nat. deor. Quam simile istud sit, tu uideris. Quo pacto frequentissime idem loquitur. Liu. 1. ab vrb. Vos inquit videritis, quid illi debeatur: ego me & si peccato absoluo, supplicio nõ libero. Prima tamẽ persona pluralis viderimus, pro videbimus videtur poni. Idẽ pro Roscio. Am. Sed de Capitone post viderimus, si quemadmodum paratũ esse audio testis prodierit. Sic Gellius lib. 19. c. 8. loquitur. Videbimus autem post de inimicijs, & Quadrigis, ac fortaße de quadrigis veterum autoritati cõceßero. Cic. ad Att. lib. 2. Orationes à me autem duas postulas, quarum alteram non libebat mihi scribere, quia absciderum: alterã, ne laudarem eum, quẽ nõ amabã: sed id quoque uidebimus Sic videro pro diligenter videbo, etiam, atque etiã cõsiderabo, frequentissimũ est. Idẽ pro Cælio. Videro hoc posterius Idẽ. 4. Verr. alio loco de aratorũ animo, & iniurijs videro. & illud Tu videris, solent Græci futuro indicatiui dicere. D. Matth. 27. Illi autem dixerunt, Quid ad nos? Tu videris, οἱ δὲ εἶπον· τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. Idẽ ibidem, vos uideritis, ὑμεῖς ὄψεσθε, nec enim speciem imperandi spectat, ut nonnulli opinantur.

Modus Infinitus.

Quintilianus lib. 1. c. 6. Infinitum, Gellius, lib. 1. c. 7. Indefinitum, Grãmatici ferè Infinitiuũ hunc modũ appellant, quamuis Probus etiã infinitũ uocet, quem, vt idẽ, & Diomedes aiunt, quidã Perpetuũ uocant. Infinitus quidem, siue infinitiuus dicitur, quod neque personas, neque numeros definiat. Legere enim, exempli causa, omnes personas, & vtrunque numerum complectitur, obscurè tamen, & permiste; cum verba finita personas, numerosq́; apertè definiãt, ut Lego, legis, legit, legimus, legitis, legunt. Vides ne personas, numerosq́, certos, & definitos? Id certè in verbis infinitis cerni nõ potest, nisi accedant pronomina, quorum beneficio cõplicatę, & inuolutę personę, numeriq́, explicẽtur, & euoluantur, ut Pręclarum est me, te, illum, nos, uos illos pro Deo Opt. Max. vitam profundere. Vnde nonnulli, vt Diomedes refert Insignificatiuum, ac Impersonatiuũ nominarunt. Perpetuum verò, vt idem ait, pro

pterea quod id perpetuum sit, quod finem non habet. Quidam, vt Priscianus lib. 8. ait, Nomen verbi Infinitum ipsum appellarunt, tanquam finita verba proprie sint uerba appellāda, infinita verò ipsorum nomina, quę sæpenumero pro nominibus ponantur, Vt Scire tuum nihil est. Virtus est vitium fugere; & alia eiusdem generis. Scire enim pro scientia, & Fugere pro fuga ponitur.

Infiniti modi tempus præsens, & Præteritum imperfectum. Amare,

Præteritum perfectum, & Plusquam perfectum. Amauisse,

Duo duntaxat modi, ut Priscianus lib. 8. docet, Optatiuus nimirum, & Infinitus tēpora habēt coniuncta more Gręcorū, pręsens cum imperfecto: perfectū cum plusquā perfecto. Lusitani cū verbis Possum, debeo, cupio, opto, volo, nolo, malo, & alijs eiusdem significationis subijciunt, infinitū proprium tēporis præsentis, et imperfecti. Cic. ad Att. 3. Videre te cupio, Dese jo de vos ver. *pręsens est. Cupiebam te videre.* Dese jaua de vos ver *imperfectum est. Alias ferè circuitione infinitū Latinū reddunt, vtuntur enim verbis indicatiui, aut participijs pręposita particula,* Que, *Idem Terentiæ. 14. Omnes labores te excipere uideo, timeo, ut sustineas.* Vejo que tomais todos os trabalhos. *& c. Idē ad Att. 2. Quàm vellem Romę mansisse.* Quanto folgara que ficare is em Roma. *Ibidem, Certi sumus perisse omnia.* Sabemos de carte za que tudo he per dido. *Interim suo subiunctiuo utuntur, ut Malo te doctum esse, quam opulentum.* Antes quero que sejas. *Cupio te literis operā dare.* Desejo que estudes. *Quo facilius rudes linguæ Latinę hæc percipiant, singula tempora exemplis illustranda sunt. Malo amare literas, quam pecuniam,* Antes quero a mar as letras &c. *Pręsens est. Mallem amare literas, quam pecuniam,* Antes queria amar as letras &c. *Imperfectum est. Scio te amare literas.* Sey que amais as letras. *Pręsens est. Sciebam te amare literas, imperfectum est.* Sabia que amaueis as letras, *Scio auum tuum vehementer amasse literas.* Sey que vosso auò amou muyto as leteras: *Pręteritū perfectū est. Sciebam auum tuum vehementer amasse literas.* Sabia que uosso auò amara muyto as letras. *Plusquam perfectum est. Illę uero locutiones,* Sey amar des muyto as letras. Sabia vosso auo ter amado muyto as letras, *primū ijs qui bene Lusitanè loquuntur uehemēter displicēt, deinde pręsēs ab imperfecto minimè discernūt. Scio me sæpe ad te scripsisse.* q̃ vos escreui muytas vezes, ou que vos tenho escrip-

to muytas vezes. *Sciebam me sæpe ad te scripsisse* Sabia que vos escreuera, ou que vos tinha escripto muytes vezes. *Illæ vero*, Sex teruos escripto. Sabia teruos escripto, *durissima sunt*. *Doleo me non scripsisse ad patrem tuum*. Pesame de nam ter escripto a vosso pay. *Dolebam me non scripsisse ad patrem tuum*, Pesauame de nam ter escripto *vtrunque recte dicitur*. *Verum si uis apertius perfectum à plusquam perfecto secernere, conuerte hoc modo*. Pesame porque nam escreui, ou porque nam tehno escripto a vosso pay. Pesauame porque nam escreuera ou Porque nam tinha escripto a vosso Pay, *Audio venisse patrem tuum*. Ouço dizer que he vindo vosso pay, ou que veyo. *Audio abisse patrem tuum*. Ouço dizer que he ido, ou que se foy, vosso pay.

FVTVRVM.

Amaturum, am, um, esse.

Videor tibi aliquando amaturus esse literas?
(Pareceuos que ey em algun tempo de amar as letras)
(Paraceuos que amarey alguna hora as letras?)
Spero me aliquando amaturum esse literas.
(Espero de ainda amar as letras.

Verba sperandi, promittendi, iurandi apud Lusitanos infinitũ præsens cũ prepositione, De, postulant, Promitto me rediturum breui. (Prometto de tornar cedo) *Cætera ferè circuitionib. gaudẽt, quę è regione sũt, hoc modo, Credo me breui iturum Romã* (Pareceme que cedo ireya Roma) *aut sic*, (Pareceme que cedo eyde jr a Roma, Auer de amar, auer de ensinar, &c.) *id genus Lusitanis inaudita sunt. Quotus enim quisq; sic loquitur?* (Pareceme auer de jr cedo a Roma, Auer de tornat cedo) *Fuit priscis seculis futurum, Rum syllaba finitum, quod omnibus generibus, & vtrique numero citra discrimen accomodabatur, in cuius locum substitutum est participium in Rus, cũ infinito Esse, quo vtimur, mutatis casibus, generibus, numeris, pro re de qua agitur. Fuit aliud futurũ à prisco futuro cõiunctiui deductum, nam prisci (vt supra in futuro Coniunctiui diximus, & in Anomalis planius dicemus) amasso, pro amauero dicebant, vnde futurum infinitũ amassere, expugnassere, impetrassere formabant, vt Greci à suo τύψω verbo, τύψειν verberaturum esse ducunt. Plaut. Amph.*

Eos legat Telebois, iubet, sententiam vt dicant suam:
Si sine vi, & sine bello uelint rapta, & raptores tradere,
Si quę asportassent redderet: se exercitum extemplo domum
Reducturum: abituros Argos Arginos: pacem, atque otium
Dare illis: sin aliter sint animati, neque dent, quę petat,

Sese

Sese igitur summa vi, virisq́, eorum oppidum expugnaßere. pro *expugnaturum esse.* Idem Milit. — *hercle credo te facile impetrassere.* Sic enim est in libris nuper excusis, summaq́, diligentia correctis: cũ antea alij impetratum ire: alij, iri haberent. Circuitiones illæ Amatum ire, doctum ire, & quæ sunt generis eiusdem potius præsens, quam futurum tempus adsignificant. Sed tam de futuro prisco, quàm de his circuitionibus, gerundijs, & participijs satis, superq́, in Constructione dictum est, ad quam, ne bis eadem legas, te reijcio.

GERVNDIA.

QVidam malunt hęc gerundi voces appellare, quod nomẽ etiam si pulchrè rei naturam, originemq́, declaret, nondum tamen apud veteres legĩ. Nõnulli ex veteribus, vt Diomedes docet, sextum modum addiderunt, quem participialem uocarunt, is complectebatur, quæ modo gerundia, & supina dici mus. Hoc Diomedes, quod ad rationẽ declinandi verba attinet, secutus est, hoc pacto. Modo participiali Amandi, amando, amandum, amatum, amatu. Hũc modum, vt idem ait, Probus supina nominauit, alij Gerundia. Idem Diomedes nunc Gerundia, nunc Supina, nũc Participalia vocat. Priscianus ijsdẽ nominibus solet vti. Seruius in Virgilium. Modum Gerundij gemino, i, appellat, est enim patrius casus à nomine Gerundium. Idem Seruius in Donatum, Modum gerundiuum vocat. Phocas participialia. Donatus, si tamen coniugationum exempla eius sunt, Gerundia, siue Participialia vocat, quæ hodie Gerũdia plerique dicunt. Supina idem appellat, quę eodẽ nomine vulgò appellãtur.

Amandi, Amando, Amandum,	*Amans, amãtis, tis, in di, do, dum: eodem mo do in cęteris coniugatio nibus.*

Gerundium ablatiui variè in Lusitanum conuertitur.

Es impiger in scribendo, (Soys diligenteen escreuer.)

Defessus sum ambulando, (Estou cansado de andar.)

Eripis lacrymas non consolando, sed minando,

(Nam tirays as lagrymas com consolar, mas com ameaçar.)

Romanus sedendo uincit. (Assentado, ou estando assentado)

(Em amando, em chegando, em vindo, em falardo) & *cætera huius generis, non sunt huius loci. Simulac primum vrbem sum ingressus, statim patrem tuum conueni,* (Logo em entrando tanto que entrey) *Simulatq́, è naui egressus sum, in grauissimũ morbum incidi* (Logo em desembarcado) *Simulac Romam attigi, statim fratrem tuũ salutaui. Cum geminantur Gerundia apud Lusitanos eleganter cõiunctiuo exponuntur, maximè si alterum sit*

neutrum

neutrum. (Estando escreuendo esta recebi huma vossa) *Cum ad te has literas exararem, redditę mihi sunt tuæ.*

SVPINA.

Amatum,
Amatu.

Participia declinationis actiuæ, temporis præsentis, & imperfecti.

Amabam, bam, mutata in ans, sic in cęteris.

Amans, Amantis.

Hoc participiũ uariè à Lusitanis explicatur. Auum unicè te amantem fugis? Que te ama. *Patrẽ unicè te amãtem in extremo spiritu deseruisti.* Que te amaua.

Virg. 10. *Tum Pallas biiugis fugientem Rhœtea præter Traiicit.* Quæ fugia. *imperfectum est.*

Amatũ m, mutata in rus. Cętera eodem modo. Formauimus hoc participium à priore supino ppter verba neutra, quę posteriori carent.

Interfecit illum dormiẽtẽ. Matouho estãdo dormindo.

Futuri,

Amaturus, a, um.

Non huc te accusaturus, sed defensurus ueni. Vim para vos defender, & nam para uos accusar *Coniectus est in carcerem, discessurus postridie in Hispaniam.* Estãdo para partir ao outro dia.

Amor verbum passiuum, sic declinabitur

Amo, addita r, cętera eodẽ modo.

Indicatiui modi tempus prę́sens,
Amor,
Amaris, vel amare,
Amatur,
Pl. Amamur,
Amamini,
Amantur.

Præteritum imperfectum.

Amabam, m, mutata in r: sic in cęteris.

Amabar,
Amabaris, vel amabare,
Amabatur,
Pl. Amabamur,

Amabamini,
Amabantur.

Prȩteritum perfectum.

Amatus,amata,amatum,ſum vel fui,
Amatus,ta,tum es,vel fuiſti,
Amatus,ta,tum eſt,uel fuit,
Plu. Amati,amatæ,ta ſumus,uel fuimus,
Amati,tæ,ta eſtis,vel fuiſtis,
Amati,tæ,ta ſunt,fuerunt,vel fuere,

Præteritum plusquam perfectum.

Amatus,amata,amatum eram,vel fueram.
Amatus,ta,tum eras,vel fueras,
Amatus,ta,tum erat,vel fuerat,
Pl. Amati,amatæ,amata eramus,vel fueramus,
Amati,tæ,ta eratis,vel fueratis.
Amati,tæ,ta erant,vel fuerant,

Futurum.

Amabor, — *Amabo,addita r, ſic docebor.*
Amaberis,vel amabere,
Amabitur,
Pl. Amabimur,
Amabimini,
Amabuntur,

Veteres grammatici verbo actiuo ſolebant imperſonale adiungere,propterea quòd crederent actionẽ ſignificare.Verum ſint ne imperſonalia, et an agẽdi,an patiendi naturam habeant,ſatis in Conſtructione dictum eſt.Quod verò ad eorum declinationem attinet,çum ad Defectiua ventum erit, nonnihil etiã de ea dicetur,Præteritum perfectum,& plusquam perfectum debent Latini participio præteriti tẽporis,& uerbo ſubſtãtiuo,neque enim ea uoce una,more Hebræorum,aut Græcorum declinare poſſunt.Itaque Amatus ſum,uerbũ eſt præteriti temporis,quãuis enim Sum,per ſe poſitum præſens ſit,participio tamen iũctum vim temporis ſui amittit,atque in præteritum migrat, nec duo verba,ſed unum cenſendũ eſt. Nam ſi duo eſſent, tunc Amatus nomẽ eſſet, Sum,vero verbum, ut Legatus ſum,id eſt fungor Legati munere. Audiamus P.Nigidium de hac re apud Gellium diſſerentẽ lib.17.c.7.Legis ueteris Atiniæ,inquit Gellius,uerba ſunt: Quod ſurreptum erit, eius rei æterna autoritas eſſe.

esto. Quis alid putet in hisce uerbis, quam de tempore tantum futuro legē loquit? Sed Q. Sceuola patrem suum, & Brutum, & Maniliū viros apprimè doctos quæsisse ait, dubitasseq́, utrum ne in postfacta modò furta lex valeret, an etiā in antefacta: quoniā quod surreptum erit, utrunque tempus uideretur ostendere, tam præteritum, quā futurum. Itaque P. Nigidius ciuitatis Romanæ doctissimus super dubitatione hac eorum scripsit in XXIIII. commentariorum grammaticorū. Atque ipse quoque idem putat incertam esse tēporis demonstrationem. Sed angustè perquam, & obscurè disserit, ut signa rerū ponere uideas ad subsidium magis memoriæ suæ, quàm ad legentium disciplinā. Videbatur tamen hoc dicere, Verbum Esse, & Erit, quādo per sese ponūtur, habent, atque retinent tempus suum. Cum uero præterito iunguntur, uim temporis sui amittunt, & in præteritū contendunt. Cum enim dico, In campo est, In comitio est, tempus instans significo. Item cum dico, In campo erit, tempus futurum demonstro. At cum dico Factum est, Scriptū est, Surreptū est: quāquam, Est, uerbū temporis sit præsentis, confunditur tamen cum præterito, & præsens esse desinit. Sic igitur, inquit, etiā istud quod in lege est, si diuidas, separesq́, duo verba hæc, Surreptū, & Erit, ut sic audias Surreptū tanquā Certamen erit, aut Sacrificiū erit: tunc videbitur in post futurū loqui, Si uerò copulatè, permisteq́, dictū intelligas, ut Surreptū erit, non duo, sed unū uerbum sit, idq́, unica patiendi declinatione fit: tunc hoc uerbo non minus præteritum tēpus ostenditur, quam futurū. Hactenus ille. Non me fugit grāmaticos etiā veteres hanc circuitionem bifariam diuisisse, appellasseq́, ulteriora tempora, quibus uerbum Fui, fueram adiuncta essent, ut amatus fui, amatus fueram, eaq́, id significare, quod multo ante factum esset: quæ uerò aliquid proximè factum significarent, Sum. eram, recipere, quæ propinquiora à quibusdam uideo appellari, ut illa remotiora: quod idem de futuro Amatus ero, fuero dictum sit. Seruius in Donatum ita inquit, Sed scire debemus in omnibus passiuis uerbis præterita tempora, id est, perfectum, et plusquàm perfectū habere ulteriora præterita. Diomedes ubi præter. perfect. Amatus sum, es, est, sumus, estis, sunt, p se declinauit; Subijcit, Vlteriore modo amatus fui, fuisti, fuit, &c. plusquam perfectū Amatus erā, eras, erat &c. Vlteriore modo, amatus fueram, fueras, fuerat &c. quod idem obseruat in reliquis modis, & futuro coniunctiui. Quam tamen differentiam cùm uideā Latinos raro obseruare, nō putaui pueros propinquioribus, ulterioribusq́, præteritis, aut futuris onerandos. M. Tullius Latinę linguę princeps ferè pręterito propinquiore utitur, etiam cum de rebus multo ante actis sit sermo. 4 Verr. Horum pater ab hinc duos, & uiginti annos mortuus est. Idē pro C. Rab. Posth. Siquidē non modo in gloria rei militaris Paulum Scipio, aut Maximum filius, sed etiam in deuotione uitę, & in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filius. Idem pro eodem, Virum unum totius Gręcię facilè principē Platonē in maximis periculis, insidijsq́,

sidijsq; uersatum esse accepimus. Idē pro Rab. perd. reo. Sed tu causam susce pisti antiquiorē memoria tua, quę causa ante mortua est, quā tu natus esses.

Imperatiui præsens.

AMare, vel amator,
Ametur,
Pl. Amemur,
Amamini, vel amaminor,
Amentur.

Ama addita re: Amato addita r: sic in cęteris,

Futurum, siue modus mandatiuus.

Amator tu, amaberis, vel amabere,
Amator ille, vel amabitur,
Pl. Amaminor, vel amabimini,
Amantor, vel amabuntur.

Personas amator, amaminor, amātor; et cęterás eiusdē generis, non tā facilè inuenies uoce patiendi, quàm agēdi amato, amatote, amāto, Terēt. Adelph. AE. Fac, promisi ego illis. M. promisti autem? de te largitor puer. Plaut. Epid. — si placebit, utiminor Consilium, si non placebit reperitote rectius. Cic. 3. de Leg. Regio imperio duo sunto: ijq; pręeundo, iudicando, consulendo, Prętores, Iudices, Consules appellantor.

Optatiui modi præsens, & imperfectum.

Vtinam amarer
Amareris, vel amarere,
Amaretur,
Pl. Vtinam amaremur,
Amaremini,
Amarentur.

Præteritum perfectum.

Vtinam amatus, amata, um sim, uel fuerim.
Amatus, ta, tum sis, vel fueris,
Amatus, ta, tum sit, vel fuerit.
Pl. Vtinam amati, tæ, ta simus, vel fuerimus.
Amati, tæ, ta sitis, uel fueritis,
Amati, tæ, tą sint, uel fuerint.

Præteritum plusquam perfectum.

Vtinam amatus, ta, tum essem, vel fuissem,
Amatus, ta, tum esses, vel fuisses,
Amatus, ta, tum esset, vel fuisset,
Pl. Vtinam amati, tæ, ta, essemus, vel fuissemus,
Amati, tæ, ta, essetis, vel fuissetis,
Amati, tæ, ta essent, vel fuissent.

Futurum.

Vtinam amer,
Ameris, vel amere,
Ametur,
Quãuis amer. *Pl.* Vtinam amemur,
Amemini,
Si amer. Amentur.

Coniunctiui modi tempus præsens.

Nisi amer. Cum amer,
Ameris, vel amere,
Ametur,
Pl. Cum amemur,
Amemini,
Amentur.

Præteritum imperfectum.

Si amarer. Cum amarer,
Amareris, vel amarere,
Amaretur,
Pl. Cum amaremur,
Amaremini,
Amarentur.

Præteritum perfectum.

Cum amatus, ta, tum, sim, vel fuerim,
Amatus, ta, tum sis, vel fueris,
Amatus, ta, tum sit, vel fuerit.
Pl. Amati, tæ, ta simus, vel fuerimus,
Amati, tæ, ta sitis, vel fueritis,
Amati, tæ, ta sint, vel fuerint.

Prete-

Præteritum plusquam perfectum.

Cum amatus, ta, tum, essem, vel fuissem.
Amatus, ta, tum esses, vel fuisses,
Amatus, ta, tum esset, vel fuisset.

Plu. Cum amati, tæ, ta essemus, vel fuissemus,
Amati, tæ, ta essetis, vel fuissetis,
Amati, tæ, ta essent, vel fuissent.

Futurum.

Cum amatus, ta, tum ero, vel fuero,
Amatus, ta, tum eris, vel fueris,
Amatus, ta, tum erit, vel fuerit.

Plu. Cum amati, tæ, ta erimus, vel fuerimus.
Amati, tæ, ta eritis, vel fueritis,
Amati, tæ, ta erunt, vel fuerint.

Potentialis modi tempus præsens.

Amer.

Præteritum imperfectum.

Amarer,

Præteritum perfectum.

Amatus, ta, tum sim, vel fuerim.

Plusquam perfectum.

Amatus, ta, tum essem, vel fuissem,

Futurum.

Amatus, ta, tum sim, vel fuerim.

Permissiui, siue concessiui modi tempus præsens.

Amer,

Præteritum imperfectum.

Amarer.

Præteritum perfectum.

Amatus, ta, tum si m, vel fuerim,

Præteritum plusquam perfectum,

Amatus, ta, tum essem, vel fuissem.

Futurum.

Amatus, ta, tum fuero.

Infiniti modi tempus præsens, & præteritum
imperfectum.

Amari,

Præteritum perfectum.

Amatum, am, um, esse, uel fuisse.

Præteritum plusquam perfectum.

Amatum,a,vm, esse,vel fuisse.

Futurum.

Amatum iri, vel amandum,am,vm esse.

Posteriorem circuitionem,quæ ex participio in Dus fit,non reperi apud ueteres grāmaticos,quos quidem legerim: Probus namq;, Donatus,Priscianus priore cōtēti fuerunt: Diomedes in exēplo primæ dūtaxat cōiugationis Amatum iri,inquit,uel amandū eße.Neque miror esse prætermißam, cum uoces, Dus,& Dum etiā cum sextum casum post se habent,necessitatem,& officiū potius,quam futurum tempus adsignificare videantur. Cic. 2.contra Rul. Hęc qui prospexerint,maiores nostros dico, Quirites,non eos in Deorum immortalium numero venerandos à nobis,& colendos putatis? Verum cum Quintilianus lib.9.c.3.Gerendum,in illo Virgilij carmine — socijs arma capessant.

Edico,& dira bellum cum gente gerendum.doceat eße participium: non putaui prętermittēdum: quā de re quid sentiā,apertius in Participio dicam.

Amatu addita s: cętera eodem modo.

Amans,amātis, tis,in dus, da,dum: sic in cæteris.

Participia præteriti temporis.

Amatus,ta,tum,

Futurum.

Amandus,a,um,

Secunda coniugatio.

Doceo, verbum actiuum, modi indicatiui, temporis præsentis, numeri singularis, personæ primæ, coniugationis secundæ, sic declinabitur.

Indicatiui præsens.

Doceo,doces,docet.pl.Docemus,docetis,docent.

præt.imp.Docebam,docebas,docebat.

plur.Docebamus,docebatis,docebant.

præt. perf. Docui,docuisti,docuit.

plur.Docuimus,docuistis,docuerunt, vel docuere.

præt.plusq. perf. Docueram,docueras,docuerat.

plur.Docueramus,docueratis,docuerant.

Futurum. Docebo,docebis,docebit.

plur.Docebimus,docebitis,docebunt.

Imperatiui præsens.

Doce,vel doceto,doceat.

Plur.

Pl. Doceamus, docete, vel docetote, doceant.

Futurum, siue modus mandatiuus.

Doceto tu, vel docebis, doceto ille, vel docebit.

Pl. Docetote, vel docebitis, docento, vel docebunt.

Optatiui præsens, & imperfectum.

Vtinam docerem, doceres, doceret,

Pl. Vtinam doceremus, doceretis, docerent,

pr.perf. Vtinam docuerim, docueris, docuerit.

Pl. Vtinam docuerimus, docueritis, docuerit.

p.plusq. Vtinam docuissem, docuisses, docuisset.

Pl. Vtinam docuissemus, docuissetis, docuissent.

Futurum. Vtinam doceam, doceas, doceat, *Doceo, o, in*

Pl. Vtinam doceamus, doceatis, doceant. *am: sic Legã,*

Coniunctiui præsens. *Audiam.*

Cum doceam, doceas, doceat,

Pl. Cum doceamus doceatis, doceant. *Quamuis doceam.*

pr.imp. Cum docerem, doceres, doceret.

Pl. Cum doceremus, doceretis, docerent. *Si doceam.*

p.perf. Cum docuerim, docueris, docuerit.

Pl. Cũ docuerimus, docueritis, docuerint. *Nisi doceã,*

p.plusq. Cum docuissem, docuisses, docuisset.

Pl. Cũ docuissemus docuissetis, docuissent. *Si docerem,*

Futuro. Cum docuero, docueris, docuerit.

Pl. Cum docuerimus, docueritis, docuerint.

Potentialis modi præsens.

Doceam.

pr.imper. Docerem,

pr. perf. Docuerim,

pr.plusq. Docuissem,

Futu. Docuerim.

Permissiui, siue Concessiui præsens.

Doceam,

pr. imp. Docerem,

pr.perf. Docuerim,

pr.plusq. Docuissem,

Futu. Docuero.

Futurum aliter.

Docuerim,

Infiniti præsens, & præt. imper.

Docere.

Preteritum perfectum,& plusquam perfectum.

Docuisse,

Futu. Docturum,am,um esse.

Gerundia. Docendi,

Docendo,

Docendum,

Supina. Doctum,

Doctu.

Participia declinationis actiuę, temporis præsentis,& imperfecti.

Docens,entis,

Futuri. Docturus,a,um.

Doceor,verbum passiuum sic declinabitur

Indicatiui præsens.

Doceor,doceris,vel docere,docetur.

Pl.Docemur, docemini,docentur.

pt.imp. Docebar,docebaris,vel docebare,docebatur.

Pl.Docebamur,docebamini,docebantur.

pr.perfec. Doctus,a,um,sum vel fui,es,vel fuisti,est, vel fuit.

Pl.Docti,æ,a,sumus,vel fuimus,estis, vel fuistis, sunt, fuerunt,vel fuere.

p.plusq. Doctus,a,um,eram,vel fueram, eras, vel fueras, erat, vel fuerat.pl.Docti,ę, a, eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis,erant,vel fuerant.

Futu. Docebor, doceberis, vel docebere,docebitur.pl.Docebimur,docebimini,docebuntur.

Imperatiui præsens.

Docere,vel docetor,doceatur,

Pl.Doceamur, docemini, vel doceminor, doceantur.

Futurum,siue Modus mandatiuus.

Docetor tu,doceberis,vel docebere,

Docetor ille,vel docebitur.

Pl. Doceminor,vel docebimini,

Docentor,vel docebuntur.

Optatiui præsens,& imperfectum.

Vtinam docerer,docereris,vel docerere,doceretur.

Pl.Vtinam doceremur,doceremini,docerentur.

pr.perf. Vtinam doctus,a,um, sim vel fuerim,sis,vel fueris,sit vel fuerit.pl.Vtinam docti,æ,a, simus,vel fuerimus, sitis, vel fueritis,sint,vel fuerint.

p.plusq. Vtinam doctus a,um,essem uel fuisse,esses vel fuisses, esset vel fuisset.Pl.Vtinā docti,æ,a,essemus uel fuissemus,essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futu. Vtinam docear,docearis, uel doceare, doceatur. Pl. Vtinam doceamur,doceamini doceantur.

Coniunctiui præsens.

Cū docear, docearis vel doceare, doceatur. *Doceam,m,in r,* plu.Cū doceamur,doceamini doceantur. *sic legar,audiar*

p.imper. Cum docerer docereris uel docerere, docerettur,Pl. Cum doceremur, doceremini, docerentur. *Quāuis docear, Si docear, Si docerer,*

p.perf. Cū,doctus,a,um,sim,vel fuerim,sis uel fueris ; sit uel fuerit.plu.Cum docti,æ,a,simus vel fuerimus, sitis vel fueritis,sint uel fuerint.

p.plus.q. Cum doctus,a,um,essem uel fuissem,esses uel fuisses, esset vel fuisset.

Pl.Cum docti,æ,a, essemus uel fuissemus,essetis uel fuissetis, essent vel fuissent.

Futu. Cum doctus,a,um,ero vel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit.Pl.Cum docti,æ,a, erimus uel fuerimus,eritis uel fueritis, erunt uel fuerit.

Potentialis modi præsens,

Doceat,

p.imperf. Doceret,

p.perfec. Doctus,a,um, sim uel fuerim.

p.piusq. Doctus,a,um,essem uel fuissem,

Futu. Doctus,a,um,sim, uel fuerim.

Permissiui,siue Concessiui modi, præsens.

Doceat,

p.imperf. Doceret,

p.perfec. Doctus,a,um, sim vel fuerim,

p.plusq. Doctus,a,um,essem uel fuissem,

Futu. Doctus,a,um, fuero,

Infiniti præsens,& præter.imperf.

Doceri,

p.perf. & plusq. Doctum,am,um, esse uel fuisse.

Futu. Doctum iri uel docendum,am,um, esse.

participia præteriti, Doctus,a, um,

Futuri,Docendus,a,um.

Tertia coniugatio.

Lego verbum actiuum, modi indicatiui, temporis præſentis, numeri ſingularis, perſonæ primæ, coniugationis tertiæ, ſic declinabitur.

Indicatiui præſens.

LEgo, legis, legit, Pl. Legimus legitis legunt.
p.imperf. Legebam, legebas, legebat. plu. Legebamus, legebatis, legebant.
p.perfec. Legi, legiſti, legit. pl. Legimus, legiſtis, legerunt, uel legere. *Lego, o, in e, & addita bam; ſic audiebam.*
p.pluſq. Legeram, legeras, legerat. pl. Legeramus, legeratis, legerant.
Futu. Legã, leges, leget. pl. Legemus, legetis, legẽt. *Lego, o, in am ſic audiam.*

Imperatiui præſens.

Lege, uel legito, legat. pl. Legamus, legite, vel legitote, legant. *Legis, is, in e.*

Futurum, ſiue Modus mandatiuus.

Legito tu, vel leges,
Legito ille, uel leget.
pl. Legitote, uel legetis,
Legunto, vel legent,

Optatiui præſens, & imperfectum,

Vtinam legerem, legeres, legeret.
pl. Vtinam legeremus, legeretis, legerent.
p.perfect. Vtinam legerim, legeris, legerit.
pl. Vtinam legerimus, legeritis, legerint.
p. pluſq. Vtinam legiſſem, legiſſes, legiſſet. pl. Vtinam legiſſemus, legiſſetis, legiſſent.
Futu. Vtinã legã, legas, legat. pl. Vtinã legamus, legatis, legant.

Coniunctiui præſens, *Quãuis legam, Si legam, Si legerem,*

Cum legam, legas, legat. pl. Cum legamus, legatis, legant.
p.imperf. Cum legerem, legeres, legeret.
pl. Cum legeremus, legeretis, legerent.
p. perfec. Cum legerim, legeris, legerit.
pl. Cum legerimus, legeritis, legerint.
p.pluſq. Cum legiſſem, legiſſes, legiſſet.
pl. Cum legiſſemus, legiſſetis, legiſſent.
Futuro. Cum legero, legeris, legerit.

pluraliter

pl. Cum legerimus, legeretis, legerint.

Potentialis modi præsens,
Legam,
p.imperf. Legerem,
p.perfect. Legerim,
p.plusq. Legissem,
Futuro. Legerim,

Permissiui, siue Concessiui
præsens.
Legam,
p.imperf. Legerem,
p.perfect. Legerim,
p.plusq. Legissem,
Futuro. Legero,
Futurum aliter.
Legerim.

Infiniti præsens, & p.imperf.
Legere.
p.perfect. & plusquam perfecto
Legisse,
Futuro. Lecturũ, am, um, esse,
Gerundia. Legendi,
Legendo,
Legendum,
Supina. Lectum,
Lectu,

Participia declinationis actiuæ
præsentis, & imperfecti.
Legens, entis,
Futuri. Lecturus, a, um,

LEGOR VERBVM PASSIVVM sic declinabitur.

Indicatiui tempus præsens.

Legor, legeris, vel legere, legitur,
plural. Legimur, legimini, leguntur.
p.imperf. Legebar, legebaris, vel legebare, legebatur,
pl. Legebamur, legebamini, legebantur.
p.perfect. Lectus, a, um, sũ, uel fui, es, vel fuisti, est, uel fuit. pl. Lecti, æ, a, sumus, uel fuimus, estis, uel fuistis, sunt, fuerunt, vel fuere.
p.plusq. Lectus, a, um, eram, uel fueram, eras, uel fueras, erat, vel fuerat, pl. Lecti, æ, a, eramus, uel fueramus, eratis, vel fueratis, erant vel fuerant.
Futu. Legar, legeris, uel legere, legetur.
pl. Legemur, legimini, legentur.

Imperatiui tempus præsens.
Legere, uel legitor, legatur.
pl. Legamur legimini, vel legiminor, legantur,
Futurum siue modus mandatiuus.
Legitor tu, legeris, vel legere.
Legitor ille, uel legetur,
pl. Legiminor, uel legimini,
Leguntor, uel legentur.

Optatiui tempus præsens, & imperfectum.

Vtinam legerer, legereris vel legerere, legeretur. plu. Vtinam legeremur, legeremini, legerentur.

p.perfec. Vtinam lectus, a, um, sim uel fuerim, sis uel fueris, sit, uel fuerit. Pl. Vtinam lecti, æ, a, simus vel fuerimus, sitis vel fueritis, sint uel fuerint.

p. plusq. Vtinam lectus, a, um, essem vel fuissem, esses vel fuisses, esset uel fuisset. pl. Vtinam lecti, æ, a, essemus vel fuissemus, essetis vel fuissetis, essent uel fuissent.

Futu. Vtinam legar, legaris uel legare, legatur. Pl. Vtinam legamur, legamini, legantur.

Coniunctiui tempus præsens.

Cum legar, legaris uel legare, legatur, pl. Cum legamur, legamini, legantur, *Quanuis legar, Si legar,*

p. imperf. Cum legerer, legereris, vel legerere, legeretur. pluraliter. Cum legeremur, legeremini, legerentur. *Si legerer,*

p.perfect. Cum lectus, a, um, sim vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit. pl. Cum lecti, æ, a, simus, uel fuerimus, sitis, uel fueritis, sint uel fuerint.

p. plusq. Cum lectus, a, um, essem, vel fuissem, esses uel fuisses, esset vel fuisset. pl. Cum lecti, æ, a, essemus, vel fuissemus essetis uel fuissetis, essent uel fuissent.

Futuro Cum lectus, a, um, ero uel fuero, eris uel fueris, erit, vel fuerit. plu. Cum lecti, æ, a, erimus vel fuerimus, eritis, uel fueritis, erunt vel fuerint.

Potentialis tempus præsens.

Legar,

p.imperfe. Legerer,

p.perfect. Lectus, a, um, sim vel fuerim.

p.plusq. Lectus, a, um, essem uel fuissem.

Futu. Lectus, a, um, sim uel fuerim.

Permissiui, siue Concessiui tempus præsens.

Legar,

p.imperf. Legerer,

p.perfect. Lectus, a, um, sim vel fuerim,

p.plusq. Lectus, a, um, essem, vel fuissem,

Futu. Lectus, a, um, fuero,

Infiniti tempus præsens, & præt. imperf. Legi, *Legere, ere, in i, fit legi.*

p.perf.

p. perfe.& qlusq. Lectum, am, um, esse vel fuisse
Futu. Lectum iri, vel legendum, am, um, esse.

Participia.

Præteriti, Lectus, a, um.
Futuri, Legendus, a, um.

Quarta coniugatio.

Audio verbum actiuum modi indicatiui, temporis præsentis, numeri singularis, personæ primæ, coniugationis quartæ, sic declinabitur.

Indicatiui præsens.

AVdio, audis, audit. pl. Audimus, auditis, audiunt.
p.imperf. Audiebam, audiebas, audiebat, pl. Audiebamus, audiebatis, audiebant.
p.perfec. Audiui, audiuisti, audiuit. pl. Audiuimus, audiuisti, audiuerunt, vel audiuere.
p.plusq. Audiuerã, audiueras, audiuerat. pl. Audiueramus, audiueratis, audiuerant.
Futu. Audiam, audies, audiet. pl. Audiemus audietis, audient.

Imperatiui præsens.

Audi, vel audito, audiat. pl. Audiamus, audite, vel auditote, audiant.
Futurum. Audito tu, vel audies,
Audito ille, vel audiet,
pl. Auditote, vel audietis,
Audiunto, vel audient,

Optatiui præsens, & imperfectum.

Vtinam audirem, audires, audiret. pl. Vtinam audiremus, audiretis, audirent.
p.perfec. Vtinam audiuerim, audiueris, audiuerit. plu. Vtinam audiuerimus, audiueritis, audiuerint.
p.plusq. Vtinam audiuissem, audiuisses, audiuisset. pl. Vtinam audiuissemus, audiuissetis, audiuissent.
Futu. Vtinam audiam, audias, audiat. pl. Vtinam audiamus, audiatis, audiant.

Coniunctiui presens.

Cum audiam, audias, audiat. pl. Cum audiamus, audiatis, audiant.
p.imperf. Cum audirem, audires, audiret. pl. Cum audiremus, audiretis, audirent.

Cum

p.perfec. Cum audiuerim, audiueris, audiuerit. pl. Cum audiuerimus, audiueritis, audiuerint.

p.plusq. Cum audiuissem, audiuisses, audiuisset. pl. Cum audiuissemus audiuissetis, audiuissent.

Futurum. Cũ audiuero, audiueris, audiuerit. pl. Cum audiuerimus, audiueritis, audiuerint.

Potentialis præsens.

Audiam,

p.imperf. Audirem,

p.perfec. Audiuerim,

p.plusq. Audiuissem,

Futurum. Audiuerim,

Permissiui, siue Concessiui præsens,

Audiam,

p.imperf. Audirem,

p.perfec. Audiuerim,

p.plusq. Audiuissem,

Futurum. Audiuero,

Futurum aliter.

Audiuerim

Infiniti pręsens, & pr.imperf.

Audire,

p.perfec.& plusquam perf. Audiuisse.

Futu. Auditurum, am, um, esse,

Gerundia.

Audiendi,

Audiendo,

Audiendum.

Supina.

Auditum,

Auditu.

Participia declinationis actiuæ,

præsentis, & imperfecti, Audiens, entis,

Futuri, Auditurus, a, um.

Audior verbum passiuum sic declinabitur.

Indicatiui præsens.

Audior, audiris, vel audire, auditur,

pl.

pl. Audimur, audimini, audiuntur,

p. imperfe. Audiebar, audiebaris, vel audiebare, audiebatur.
pl. Audiebamur, audiebamini, audiebantur.

p. perfec. Auditus, a, um, sum, vel fui, es, vel fuisti, est, vel fuit.
pl. Auditi, ę, a, sumus, vel fuimus, estis, vel fuistis, sunt fuerunt, vel fuere.

p. plusq. Auditus, a, um, eram, vel fueram, eras, vel fueras, erat, vel fuerat. pl. Auditi, æ, a, eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis, erant, vel fuerant.

Futu. Audiar, audieris, vel audiere, audietur.
pl Audiemur, audiemini, audientur.

Imperatiui præsens.

Audire, vel auditor, audiatur.
pl. Audiamur, audimini, vel audiminor, audiantur.

Futurum, siue modus mandatiuus.

Auditor tu, audieris, vel audiere, Auditor ille, vel audiet,
pl. Audiminor, vel audiemini, Audiuntor, vel audient.

Optatiui præsens, & imperfectum.

Vtinam audirer, audireris, vel audirere, audiretur, pl. Vtinam audiremur, audiremini, audirentur.

p. perfec. Vtinam auditus, a, um sim, vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit. pl. Vtinam auditi, æ, a, simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, vel fuerint.

p. plusq. Vtinam auditus, a, um essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, esset, vel fuisset. pl. Vtinam auditi, æ, a, essemus, vel fuissemus, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent.

Futu. Vtinam audiar, audiaris, vel audiare, audiatur,
pl. Vtinam audiamur, audiamini, audiantur.

Coniunctiui præsens.

Cum audiar, audiaris, vel audiare, audiatur.
pl. Cũ audiamur, audiamini, audiantur. *Quanuis audiar,*

p. imper. Cum audirer. audireris, vel audirere audiretur. pl. Cum audiremur, audiremini, audirentur. *Si audiar. Si audirer,*

p. perfec. Cum auditus, a um, sim, vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit. pl. Cum auditi, æ, a, simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, vel fuerint.

p. plusq. Cum auditus, a, um, essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, esset, vel fuisset. pl. Cum auditi, æ, a, essemus, vel fuissemus, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent.

Fu-

Futurum, Cum auditus,a,um ero,vel fuero,eris,vel fueris, erit, vel fuerit.pl.Cum auditi,æ,a,erimus, vel fuerimus, eritis,vel fueritis,erunt,vel fuerint.

Potentialis modi præsens.

Audiar,
præt.imp. Audirer.
præt.perf. Auditus,a,um sim,vel fuerim,
præt.pluſ. Auditus,a,um essem,vel fuissem,
Futurum, Auditus,a,um sim,vel fuerim.

Permissiui, siue Concessiui præsens.

Audiar,
præt.imp. Audirer,
præt.perf. Auditus,a,um sim,vel fuerim,
præt.pluſ. Auditus,a,um essem,vel fuissem,
Futurum, Auditus,a,um fuero,


Infinitiui præsens,& præt.im perf.

præt.per.& Audiri,
plusq.perf. Auditum,am,um esse,vel fuisse,
Futurum, Auditum iri,vel audiendum,am,um esse.

Participia.

præteriti. Auditus,a,um,
Futuri, Audiendus,a,um.

De verbis Anomalis.



VATVOR coniugationum exempla, sunt tanquam lex quędã,atq; norma,ad quã aliorũ uerborũ declinatio dirigẽda est. Quòd si aliqua ab eorũ regula aberrauerint, Anomãla cẽsenda sunt;hoc est,uerba sine lege,normã,atq; regula, siue legis,normæ,regulæq; expertia, Irregularia vocãt quidã,malim Dissimilia,aut Inæqualia appellare,nã ipsa anomalia à Varrone dissimilitudo, & inæqualitas dicitur, & ipsa Anomala sæpenumero Dissimilia nominat. Diomedes Corrupta appellat, Donatus 2. Edit. Inæqualia: meminit etiam horum Qintilianus libro 1.capit. 4. Quid, inquit, quod multa verba non totum declinationis ordinem ferunt? Quædam etiam mutantur, vt Fero in præterito. Hæc ille. Anomala, quæ Latinæ linguæ rudibus negotium possunt facessere;sunt hæc ferè, & quæ ex ipsis componuntur Sum,Fero,Volo,vis,Edo,es,est: quibus non immerito adiunxeris Fio,Eo,Queo,de quibus agit lib. 1. Diomedes cæteris copiosius.

Sum.

Sum.

SVm anomalorũ principatum merito obtinet: nam præterquam quod ad nullam quatuor coniugationum spectat, solius in Latina lingua prima portio, um, syllaba finitur. Conflatur hoc verbum ex tribus, Esum, Fuo, Forẽ, ex primo habet præsens, & quæ inde oriũtur, prisci enim Esum pro Sũ dicebãt, vt docent personę, & tempora, quorum prima litera est E, vt Es, est, estis, Erã Ero, &c. Varro. 1. de Analogia, Sum, inquit, olim dicebatur Esum, & in omnibus personis constabat, quod dicebatur, Esum, es, est, Erã, eras, erat, Ero, eris, erit: hinc vetustissimi Esũt, pro Sunt videntur dixisse. Vnde Cicero 3. de Leg. Ast quando duellum grauius, discordiæ ciuium esunto, ne amplius sex menses, si Senatus creuerit. Ex secundo accepit præteritum Fui, & quæ inde fiunt, & participium Futurus: extant etiam hodie huius verbi vestigia Plau. Amph.

Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi.
Teren. Hec. Fors fuat.
Virg. lib. 11. Tros Rutulus ve fuat, nullo discrimine habebo.

Fore mutuatum est à Forem, fores, foret, &c. quod Essem significat. Sed ipsum Fore, ferè idem, quod Futurum esse valet, interdum tamẽ pro Esse, ut Forem, pro Essem ponitur. Cic. 1. de Inuen. Altera est, in qua rerũ earũ de quibus erimus dicturi, breuiter expositio ponitur distributa, ex qua conficitur, vt certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum: hoc est, intelligat esse peroratum: tum etiam participium in rus admittit. Idem ad Att. 5. Deinde addis te ad me fore venturum. Portius Latro, de cuius eloquẽtia meminit Plinius lib. 20. cap. 14. & Quint. lib. 10. ca. 5. Lucem, ait, de domo Cornelia prodituram fore. Diomedes putat Fore potius à verbo prisco Fuo profectum esse. Siem, sies, siet, plena sunt, pro quibus utimur imminutis Sim, sis, sit. Cic. in Orat. Siet, inquit, plenum est. Sit imminutum.

Composita ex verbo Sum.

SVbstantiuum verbum initio quatuor coniugationum declinauimus, ex eo composita, Absum, Adsum, Desum, Intersum, Insum, Præsum, Possum, Prosum, Obsum, Subsum, supersum eodẽ modo declinantur. Prosum tamen literã d, admittit euphonię causa, quãdo simplex à vocali incipit; ut Prodes, prodest, prodestis, proderã, prodero, prodessem, prodesse. Possum in præterito, s, mutat in t, non enim posui, sed potui dicimus: præterea in modo indicatiuo, vbi simplex à uocali incipit, t, litera interponitur, ut potes, potest, potestis, poteram, potero, in cæteris modis abijcitur vocalis, ut possem, posse. Sunt præterea nonnullæ personæ, aut tempora parũ usitata, ut Infui, infuisti. ab insum, quę progrediente tempore vsus ipse docebit. Verbum Possum, quoniam tyronibus sæpe molestiam exhibet, non inutile fuerit planè declinare.

Indi-

Indicatiui modi.

Præsens,	Possum, potes, potest. Pl. Possumus, potestis, possunt.
P. imp.	Poteram, poteras, poterat. pl. Poteramus, poteratis, poterant.
P. perf.	Potui, potuisti, potuit. pl. Potuimus, potuistis, potuerunt, vel potuere.
p. plusq.	Potueram, potueras, potuerat. Pl. Potueramus, potueratis, potuerant.
Fut.	Potero, poteris poterit. pl. Poterimus, poteritis, poterunt.

Imperatiui modi præsens.

Fac possis.

Optatiui modi præsens, & imperfectum.

Vtinam possem, posses, posset. plu. Vtinã possemus, possetis, possent.

perf.	Vtinam potuerim, potueris, potuerit. pl. Vtinam potuerimus potueritis potuerint.
plusq.	Vtinam potuissem, potuisses potuisset. pl. Vtinam potuissemus, potuissetis, potuissent.
Fut.	Vtinam possim, possis, possit. pl. Vtinam possimus, possitis, possint.

Coniunctiui modi præsens.

Cum possim, possis, possit. pl. Cum possimus, possitis, possint.

Imperf.	Cum possem, posses, posset. pl. Cum possemus, possetis, possent.
perfect.	Cum potuerim, potueris, potuerit. pl. Cum potuerimus, potueritis, potuerint.
p. plusq.	Cum potuissem, potuisses, potuisset. pl. Cum potuissemus, potuissetis, potuissent.
Fut.	Cum potuero, potueris, potuerit. pl. Cum potuerimus, potueritis, potuerint.

Infinitiui modi præsens, & imperfectum.

Posse.

perfectum, & plusq. Potuisse. Cęteris caret.

Diomedes, & Priscianus propriũ præsens, & futurũ imperatiui huic verbo tribuunt, neutrum tamẽ videtur usitatũ. Quod si quis uelit imperatiuo uti, eo remedio utatur licebit, quo Plautinus Pseudolus usus est in Pseudi. C. Non possum. Ps. Fac posis. C. quonam pacto posim uincere animum? Fac posis, dixit, pro potes, aut potesto, quæ nusquam uidentur esse, Diome-

des

des tamen non ausus est Potes dicere, sed posses. Diximus supra, tum de imperandi specie ageremus, solere Latinos interdum præsenti coniunctiui, loco imperatiui vti, vt Facias, accipias, quiescas, sis pro fac, accipe, quiesce, vel esto: interdum etiam adiungere verbum Fac, aut Rogo, aut similia, vt Fac, sis memor promissi, fac cogites, fac consolere, &c. Si quando ergo verbum aliquod imperatiui voce propria destituetur, ad præsens Coniunctiui confugiendū erit, cui nonnunquam addemus aliud verbum, vt Da operam, labora, vt possis, rogo te vt possis. Nam si quis neget, se posse aliquid facere, atque imperes hoc modo, Possis, non tam apertè significabis te iubere, quam si verbum Fac, vel. Labora addideris. Potesse, pro posse reperitur apud Plautum Aul.

Censen' talentum magnum exorari potesse.

Ab isto sene?

Potens participium esse putat Diomedes, vbi hoc verbū declinat, sed statim subijcit: Participia quidam dicunt ne istantis quidem temporis habere: nā Potens nomen est. Idē alibi affirmat. Possum neque futuri, neque præsentis tēporis participiū habere: Potens, inquit, appellatio, nō participiū, est enim quod Græci dicunt δυνατὸς. *Duo enim tantum composita ex verbo substanti uo habent participia, prosum, præsens, absum, absens. Prisci scriptores nō solū actiua, sed etiam passiua declinatione vsi sunt, Potestur, poteratur, possetur, possitur, pro potest, poterat, posset, possit, usurpantes. Lucr. lib. 3. Quod tamen expleri nulla ratione potestur. Quadrig. Ann. 1. Cum non possetur decerni, vtrius putaretur uictoria. Cælius. Ana. 2. Cum iure sine periculo bellum geri poteratur. Vide Nonium, & Diomedem. Quidam illud. Virg. lib. 8.*

Quod fieri ferro, liquido ve potest electro.

Legunt potestur electro. Sed cum Electrum primā habeat longam natura ἠλέκτρον, *non Potestur, sed Potest legendum est, vt sit spondiacus versus.*

Fero.

QVintilianus lib. 1. cap. 6. vbi de anomalis nominibus agit: Quod verbis, inquit, etiam accidit, vt Fero, tuli: cuius præteritum perfectū, & Vlterius non inuenitur. Hæc ille. Præteritum perfectum Tuli, & Vlterius, siue, ut Grammatici loquuntur, plusquam perfectum Tulerā, non à Fero, sed a Tollo, quod olim Tetuli, nunc Sustuli facit, aut à Tullo, ut putat Priscianus lib. 8. deducitur.

Indicatiui modi præsens actiuum.

Fero, fers, fert. pl. Ferimus, fertis, ferunt.

passiuū Feror, ferris, vel ferre, fertur. pl. Ferimur, ferimini, ferūtur

Imperf. Ferebam, ferebas. &c. vt Legebam. Ferebar, ferebaris &c.

perfect. Tuli, tulisti. &c. Latus, a, um sum, vel fui, es uel fuisti, &c.

plusq. Tuleram, tuleras, &c. Latus, a, um, eram, vel fueram, eras, vel fueras, &c.

Futurum

Futu.	Feram, feres, &c. vt Legam, leges. Ferar, fereris, vel ferere.
	Imperatiui modi pręsens.
	Fer, vel ferto, ferat. pl. Feramus ferte, vel fertote, ferant.
	Ferte vel fertor, feratur. pl. Feramur, ferimini, vel ferimi-nor, ferantur.
	Futurum, siue modus mandatiuus.
	Ferto tu, vel feres, ferto ille, vel feret. pl. Fertote, vel feretis, ferunto, uel ferent.
	Fertor tu, vel fereris, fertor ille, vel feretur, pl. Feriminor, vel feremini, feruntor, vel ferentur.
	Optatiui præsens, & imperfectum.
	Vtinam ferrem, ferres, ferret. pl. Vtinam ferremus, ferretis, ferrent.
	Vtinam ferrer, ferreris, vel ferrere, ferretur. pl. Ferremur, ferremini, ferrentur.
Perfect.	Vtinam tulerim, tuleris, &c. Latus, a, um, sim, vel fuerim, sis vel fueris, &c.
Plusq.	Vtinā tulissem, tulisses, &c. Latus, a, um essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, &c.
Futu.	Vtinam Feram, feras, ferat, &c. Ferar feraris, vel ferare, feratur, &c.
	Coniunctiui pręsens.
	Cū ferā, feras, ferat. &c. Ferar, feraris, vel ferare, ferat, &c.
Imp.	Cum ferrē, ferres, ferret. pl. Cū ferremus, ferretis, ferrent.
	Cum ferrer, ferretis, vel ferrere, ferretur. pl. Cum ferremur, ferremini, ferrentur.
Perfe.	Cum tulerim, tuleris, &c. Latus, a, um sim, vel fuerim, sis vel fueris, &c.
Plusq.	Cum tulissem, tulisses, &c. Latus, a, um, essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, &c.
Futu.	Cū tulero, tuleris, &c. Latus, a, um ero, vel fuero, eris, vel fueris, &c.
	Infiniti præsens, & imperfectum.
	Ferre, ferri. perf. & plusq. Tulisse. Latum, am, um esse, vel fuisse.
Futu.	Laturum, am, um esse. Latum iri, vel ferendū esse.
Gerundia.	Ferendi, ferendo, ferendum.
Supina.	Latum, latu.
	Participia actiuæ declinationis. Præsentis.
	Ferens. Futuri. Laturus, a, um.
	Participia passiuæ declinationis. Præteriti,
	Latus, a, um, Futuri, Ferendus, a, um.

Volo,

Volo, vis.

Volo, vis, inquit Phocas incertæ est coniugationis, & futuro imperatiui, & infinitiui deficit, & gerundijs, vel participialibus, quę supina alij dicunt. Hæc ille. Gerundia, vel participalia, vel supina vocat Phocas, quę recentiores duobus nominibus gerundia, & supina appellant. Caret etiam, vt perspicuum est, futuro infiniti modi, participio futuri temporis.

Indicatiui modi præsens.

Volo, vis, vult. Pl. Volumus, vultis, volunt.
Imp. Volebā, volebas, volebat. pl. Volebamus, volebatis, volebāt
perf. Volui, voluisti voluit. pl. Voluimus, voluistis, voluerūt, vel (voluere.
plusq. Volueram, volueras, &c.
Futuro. Volam, voles, volet. pl. Volemus, voletis, volent.

Imperatiui præsens.

Fac velis.

Optatiui præsens, & imperfectum.

Vtinam vellem, velles, vellet. pl. Vellemus, velletis, vellēt.
perf. Vtinam voluerim, volueris, &c.
plusq. Vtinam voluissem, voluisses, &c.
Futurū. Vtinā velim, velis, velit. pl. Vtinā velimus, velitis, velint.

Coniunctiui, præsens.

Cum velim, velis, velit. pl. Cum velimus, velitis, velint.
Imp. Cum vellē, velles, vellet. pl. Cū vellemus, velletis, vellent.
perf. Cum voluerim, volueris, voluerit, &c.
plusq. Cum voluissem, voluisses, voluisset. &c.
Futurum. Cum voluero, volueris, voluerit, &c.

Infiniti præsens, & imperfectum.

Velle. Præt. perf & plusq. Voluisse.

articipium temporis præsentis, Volens, entis.

Futuro volam vtitur Cic. ad Att. li. 2. extrema epistola. Cum aliquem apud te laudaro tuorum familiarum, volam illum scire ex te, me id fecisse. Senec. libr. 5. Cōtrouer. Quoties videre volam, in domum veniam. quoties volam in domū adducam. Volam pro velim, vt docet Nonius, solet poni. Plaut. Asin.

Meo modo loquar, quæ volam, quoniam intus non licitum est mihi.

Diomedes tum præsens, tum futurum imperatiui addit: Quod ad præsens attinet non displicet. Fac velis, inquit, velit. Pl. uelimus, uelitis, uelint. Donatus, & nonnulli alij utrunque tempus ei adimunt. Paulo ante diximus quid agendum sit, cum imperatiuus uoce propria destituitur. Fac uelis, peto ut uelis, da operam ut uelis. Cic. ad Att. libro 3. Itaque fac, ut me uelis esse aliquem, quando qui fui, & qui esse possim, iam esse non possum. Gerundia, uolendi, uolendo, uolendum, quæ in Donati libello sunt, ab alio videntur

dentur adiecta, quibus Phocas, ut paulo ante diximus, affirmat hoc verbum carere, idem prorsus sentit Diomedes.

Nolo, Malo.

NOlo, & Malo ex uerbo Volo cōposita sunt, quasi nō uolo, magis uolo, quod Cic. in Orat. docet: Libenter etiā, inquit, copulando uerba iungebant, ut sodes, pro si audes: sis: pro si uis. Iā in uno capsis tria uerba sunt; ain' pro aisne: nequire, pro non quire: malle pro magis uelle: nolle, pro non uelle.

Indicatiui præsens.

Nolo, nonuis, nonuult. pl. Nolumus, nonuultis, nolunt.
Imp. Nolebam, nolebas, nolebat &c.
Perf. Nolui, noluisti, noluit, pl. Noluimus, noluistis, noluerunt, vel noluere.
Plusq. Nolueram, nolueras, noluerat. &c.
Futu. Nolam, noles, nolet. pl. Nolemus, noletis, nolent.

Imperatiui præsens.

Noli, vel nolito, nolit pl. Nolimus, nolite, vel nolitote, nolint.
Futu. Nolito tu, nolito ille. pl. Nolitote, nolunto.

Optatiui præsens, & imperfectum.

Vtinam nollē, nolles, nollet. pl. Vtinam nollemus, nolletis, nollent.
Perf. Noluerim &c. Plusq. Noluissem &c.
Futu. Vtinam nolim, nolis, nolit. pl. Vtinam nolimus, nolitis, nolint.

Coniunctiui præsens.

Cum nolim, nolis, nolit. pl. Cum nolimus, nolitis, nolint.
Imp. Cum nollem, nolles, nollet. pl. Cū nollemus, nolletis, nollent.
Perf. Cum noluerim &c. Plusq. Cum noluissem &c.
Futu. Cum noluero, nolueris, noluerit &c.

Infiniti præsens, & imperfectum.

Nolle. Perf. & plusq. Noluisse. Particip. præs. Nolens.

Ex hoc, inquit Diomedes, uulgo faciunt imperatiuum, Noli, melius est dicere, Nolis, nolit, quod ex principali eius, uelis, uelit dicimus. Hora. Modo uelis, quia tua uirtus expugnabilis est. Hęc ille. Mirum est id in mentē Diomedi uenisse, cum Noli, Nolite, crebra sint etiam apud Ciceronem. De Clar. Noli, inquam, Brute existimare, his duobus quicquā fuisse in nostra ciuitate præstantius. Idem pro Sex. R. Am. Nolite putare quemadmodum in fabulis, &c. Hic pro Nolimus, malim, Ne uelimus, dicere. Nonius Marc. docet Nolito, pro Noli positum esse à Lucilio lib. 30.

Nolito, tibi me maledicere posse, putare.

Et nolitote, pro nolite à Sisena hist. lib. 3. Nolitote mirari, qua desperata uoluntate, &c. Vbi apertè significat pręsens imperatiui à futuro eiusdem differre. Sed de hac re supra satis abundè dictum est.

Malo.

Malo.

Indicatiui præsens.

Malo,mauis,mauult.pl.Malumus,mauultis,malunt.

Imperf. Malebam,&c.Perf.Malui,&c. plusque Malueram &c.

Imperatiui præsens.

Fac malis.

Optatiui præsens,& imperfectum.

Vtinā mallē,malles,mallet.pl.Vtinā mallemus,malletis,mallēt.

Perf. Vtinā maluerim &c.Plusq.Vtinam maluissem,&c.

Fut. Vtinā malim,malis,malit.pl.Vtinā malimus,malitis,malint

Coniunctiui præsens.

Cum malim,malis,malit.pl.Cum malimus,malitis,malint.

Imperf. Cū mallē,malles,mallet.pl.Cū mallemus malletis, mallent.

Perf. Cum maluerim &c.Plusq;.Cum maluissem &c.

Futu. Cum maluero,malueris,maluerit.&c.

Infiniti præsens,& imperfectum.

Malle. Perfe. & plusq.Maluisse, Cęteris caret.

Malā prima persona futuri Indicatiui non videtur usitata,cæteræ ēt raro nisi fallor,reperiētur,si qs has tamē inuenerit,curet adiūgēdas, maxime has males,malet,malēt.Malit dixit Quintilianus li.1.c. 5.Non malet, sic enim libri omnes correcti habent.Neq; enim iam Calypsonem dixerim,ut Iunonē:quaM quam secutus antiquos C.Cæsar vtitur hac ratione declinandi.Sed autoritatē cōsuetudo superauit.In cæteris,quæ poterūt utroq; modo non indecēter efferri,qui Græcam figuram sequi malit,non Latine quidem,sed citra reprehensionem loquetur.Plaut.Mauolo,mauellem,mauelim declinauit. Asin.

Amari mauolo,mi gnate,abs te.

Idem Amph. Experiri istuc mauellem me,quam mihi memorarier.

Idem Aul. Mortuum ego me mauellem letho malo,

Quam non ego illi dem hodie insidias seni.

Edo,es est.

EDo,edis,edi,esum:Comedo,comedis,comedi,comesū:Exedo,exedis, exedi,exesum,nō discedūt à norma tertiæ coniugationis,cū omnes modos tēpora,& participialia habeant.Sunt tamē præter voces normæ cōgruentes,aliæ,quę ab ea aberrarunt,de quibus paucis dicēdum est.Illud te admonitū uelim,ut cum apud Diomedē,Seruiū,aliosq; huius ordinis legeris, Veteres Edo. edis,edit declinaße,hoc est fuisse Edo,& q̄ ex eo cōponūtur, analoga,siue analogica(nam vtroq; uerbo utitur Varro in libris de analogia) apud ueteres, ne existimes Veteres ab eis app ellar,q.ut quidā explicat,lōgo tēpore ante Ciceronem fuerunt.Cum idem ipsę Cicero,hæc eadem ipsa verba frequentissime

vsurpet. Ad Att. lib. 13. Itaque edit, & bibit, & iucunde, & opipare sane, et apparate. Idē 5. Tusc. Nec esuriens Ptolemæus ederat. Idē 2. de Finib. Reperiemus asōtos primum ita non religiosos, ut edant de patella: deinde &c. Idē ad Att. lib. 6. Putat enim suos nummos nos comedisse. Idem 13. Philip. Comites uero Antonij, qui postquam beneficia Cæsaris comederunt, Consulem designatum obsederunt. Mitto alia, ne in re parum necessaria sim longus. Solent Diomedes, & Seruius ueteres nominare etiam, Ciceronem, Virgilium cæterosque florentissimæ illius ætatis, habita ratione suorum temporum, Audi ipsum lib. 1. Idiomata, quæ veteres quidem per accusatiuum protulerunt, nos per datiuum secundum Græcos efferimus, Obiurgo filium ueteres dicebant; nos autē obiurgo filio, per datiuum, ut Græci. Excanto te, nos excanto tibi. Attendo legentem, nos autem legenti. Obiurgo, Attendo semper apud Ciceronem accusandi casum postulant. Et Seruius in illius Virgilij. 1. Aenid.

Cymithoe simul, & Triton adnixus acuto

Detrudunt naues scopulo. Adnixus, inquit, antiquum est, ut Connixus: quibus hodie non utimur. Dicimus. n. Adnisus, & Connisus, sed & multa alia vsus contra antiquitatē uendicauit. Cicero, & eius æquales Virgilius, & cæteri eiusdē ætatis hæc fere per, x, literā scribunt. Sed, ut ad rē redeamus uerbis analogis eas personas tantum ponemus. quæ anomalis respondent.

Indicatiui præsens. Edo, edis, vel es, edit, vel est.

Imperatiui præsens. Ede, vel es.

Fut. Edito tu, vel esto. Edito ille, vel esto.

Optatiui præsens.

Vtinā ederē, vel essem, esses, esset pl. Vtinā essemus, essetis, essent,

Coniunctiui imperfectum.

Cum ederem, vel essem, esses, esset. pl. Cū essemus, essetis, essent.

Infiniti præsens, & imperfectum. Edere, uel esse.

Indicatiui modi pręsens passiuum. Editur, uel estur.

Indicatiui præsens.

Comedo, comedis, uel comes, comedit, uel comest.

Imp. Fu. Comodito tu, uel comesto, comedito, uel comesto ille.

Optatiui præsens, & imperfectum.

Vtinam comederem, uel comessem, comesses. comesset.

pl. Vtinam comessemus comessetis, comessent.

Coniunctiui imperfectum.

Cum comederem, uel comessem, comesses, comesset. pl. Cum comessemus comessetis, comessent.

Infiniti præsens, & imperfectum. Comedere, vel comesse.

Diomedes indicatiuo Esis: imperatiuo Esse, Esote addit, quæ ille fortasse alicubi reperit, neq; uideo cur ea reijciamus. Es pro Ede dixit Plautus in Milit.

Es,

Es, bibe, animo obsequere mecum. Cato de re rust. cap. 156. Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat: eam esto vel coctam, uel crudam. Ibi. Ante cœnā esto crudā quātū uoles ex aceto. Ver. 4. — est mollis flāma medullas. Idem 1. Georg. Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo: Val. Max. lib. 4. c. 3. Si Dionysio adulari velles ista non esses. Imo, inquit, si tu ista esse uelles, Dionysio nō adulareris. Cic. 2. de Orat. Quem Cum Catullus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere. Idem de Nat. deorum. Mergi pullos in aqua iussit, ut biberent, quoniam esse nollent. Plin. lib. 20. cap. 9. de brassica loquens, Et in Aegypto propter amaritudinem non estur.
Plau. Mostel. Iam ista quidem absumpta res erit, quando dies, noctesq; estur, bibitur. Idem Mostel. Sine modo uenire saluum, quem comes absentem. Idem ibid. Tam facile vinces, quam pyrum vulpes comest. Verg. in Epigr. de liuore. Qui semper lacerat, comestq; mentem. Cato de re rust. c. 156. vbi cœnaueris comesto alia quinque folia. Cic. pro Sest. Vsque eo non fuit popularis, ut bona sua comesset. Idem pro Flac. Quasi bona comesse Romæ nō liceret. Idem 3. Tusc. Exest, pro exedit de ægritudine loquens dixit, Lacerat, exest animum, planeq; conficit.

Fio:

Facio verbum actiuum congruenter verbis tertiæ declinationis coniugatur, habet omnes modos, tempora, gerundia, supina, & participia. Faciendi, faciendo, faciendum. Factum factu. Faciens, facturus; & participia declinationis passiuæ, Factus, & faciēdus: & quæ inde fiunt, vt Factus a, um sum uel fui: eram, uel fueram: sim, vel fuerim: essem, uel fuissem, ero, uel fuero: Factum, am, um esse, uel fuisse, factum iri, uel faciendum esse. Habuit etiā apud priscos præsens patiendi Facior, faceris, facitur. Nigidius apud Nonium commentatione grammatices li. 19. Id quod dico est eiusmodi ποιεῖ facit ποιεῖται facitur. Titinnius lib. 5. Quanta stultitia cupidinis petunt consilium bona gratia, ut paruifaciatur. Varro in Cynico apud Priscianum lib. 8. Si me hercule purgant, & deorum cura non satisfacitur Reip. Facior iam prorsus exoleuit, in cuius locum sucessit uerbum Fio.

Indicatiui præsens.

	Fio, fis, fit, Pl. Fuimus, fitis, fiunt.
Imper.	Fiebam. fiebas, fiebat. Pl. Fiebamus, fiebatis, fiebant
Perf.	Factus, a, um sum, uel fui. &c.
Plusq;	Factus, a, um eram, uel fueram. &c.
Fut.	Fiam, fies, fiet. Pl. Fiemus, fietis, fient.

Imperatiui presens.

Fac fias, fiat. Pl. Fiamus, fiatis, fiant.

Optatiui præſens,& imperfectum.

Vtinam fierem,fieres,fieret.Pl.Vtinam fieremus, fieretis, fierent.

perfe. Vtinam factus,a,vm ſim,vel fuerim,&c. Pluſquã.Factus, a,vm eſſem,vel fuiſſem,&c.

Fut. Vtinam fiam,fias,fiat.Pl.Vtinam,fiamus, fiatis, fiant.

Coniunctiui præſens.

Cum fiam,fias,fiat.Pl.Cum fiamus,fiatis,fiant.

Imperf. Cumfierẽ,fieres,fieret.Pl.Cũ fieremus,fieretis, fierent.

Perf. Cum factus,a,vm ſim,vel fuerim,&c Pluſ.Factus, a, um eſſem,vel fuiſſem,&c.

Futu. Cum factus,a,um ero,vel fuero,

Infinitiui præſens,& imperfectum.

Fieri. Perf.& pluſq; Factum,am,um eſſe,vel fuiſſe.

Futu. Factum iri,vel faciendum eſſe.

Part.præteriti,Factus, a, um, Fut.Faciendus,a,um.

Voces imperatiui proprie non videntur eſſe vſitatę.Fite tamen affert Nonius ex vetuſtisſimis.Caſſius lib.16. Iliados,Socij nunc fite viri.Diomedes fite,fito fitote,declinat,malim in futuro Fies,fiet,fietis,fient,dicere, nam hoc futurum etiam hic locum habet,vt ſuo loco diximus.Fiunto legiſlatorib. videtur accommodatum. Gerundia. Fiendi fiendo fiendum,neſcio ubi Diomedes inuenit. Participium Fiens idem adiungit, quo tu licet vtare cum apud probatos autores legeris.Fiendus,a,vm nec ipſe poſuit ,nec videtur vſitatũ; Eodẽ modo declinantur compoſita ex verbo Facio,quæ ſeruant,a,literam,vt Liquefacio,Liquefio,Calefacio,Calefio, Madefacio, Madefio, &c. Nam in quibus,a,litera in,i,mutatur,vt Efficio,Proficio,analoga ſunt.

Dic, Duc, Fac.

Dice,Duce, Face apud Priſcos in vſu fuerunt,pro quibus, Dic,Duc, Fac vtimur,quod idẽ de cõpoſitis dictũ ſit,ut Prædic, Deduc, exceptis quæ ex verbo Facio componuntur, quæ literã,e,retinent,ſi in copulatione,a mutetur in,i,vt Effice,confice,nam quæ a,retinent,ſimplex imitantur, ut Calefac. Quin.lib.1.c.6. reprehẽdit quendã qui calefacе malebat dicere,quã calefac, Adijciat,inquit,Face,Dice,& ſimilia.Dice,Duce,apud Comicos reperiũtur. Plaut.Rudent,Tu ſi quid opus eſt,dice.Idem Moſtel. —— duce me amabo. Teren.Phorm.Abi Phædria eum require,atque adduce huc.

Apud Vergilium antiquitatis amantem Edice,pro Edic legitur lib.11.

Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis.

Face frequens eſt apud Terentium.And.—— me miſſum face;

In eadem — tu face apud te ut ſis.

Item apud Poetas alios ſequente uocali. Ouid.3.Faſt.

Iane

Iane face æternos pacem, pacisq́, miniſtros.
Idem 2. de Ponto. Verba face, vt vita, quam dedit ipſe, fruar.

Indicatiui præſens.

	Eo, is, it.	Pl, Imus, itis, eunt.
Imperf.	Ibam, ibas, ibat.	Pl. Ibamus, ibatis, ibant.
Futu.	Ibo, ibis, ibit.	Pl. Ibimus, ibitis, ibunt.

Gerundia.

Eundi, eundo, eundum.

Participium præſens, & imperfect.

Iens, euntis.

Ad hunc modum declinantur quæ ex Eo componuntur, vt adeo, abeo, exeo, obeo, redeo ſubeo, adibam, adibo, adeundi, adeundo, adeundum, adiens, adeuntis. Tempora quæ à norma quartæ coniugationis non recedunt, intacta omiſimus. Præter hæc reperiuntur apud poetas comicos præcipuè nonnulla verba quartæ coniugationis, quorum præteritum imperfectum, & futurum modi indicatiui Ibam, ibo imitantur: quorum prius crebro etiam apud Virgilium reperitur.

Teren. Phor. Te mihi fidelem eſſe æque, atq; ego ſum mihi Scibã, pro ſciebã.
Virg. 8. Aen. Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentus,
Idem 10. *Inſula cui ſacra redimibat tempora vitta.*
Teren. Phor. Nemo ex me ſcibit. *pro ſciet.*
Idẽ Eunuch. Ego ſcibo ex hoc, quid ſiet.
Idem Pœn. Nunquam adibis verba tot, tam ſuauia.
Apud Non. multa huius generis inuenies Aperibo, Operibo, Paribis & c. Priſcia. lib. 11. docet veteres per, ei, diphtongum ſcripſiſſe quæ in præterito imperfecto habent, i, Adeibã, Queibã, Poleibam, Inſigneibã, qua ſcribendi ratione vocalium tranſmutationem factam eſſe oſtendebant, pro Adiebam, Quiebam, Poliebam. Virg. 7. At leuem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſigneibat. Idem 8.

Certatim ſquammis ſerpentum, auroq́, poleibunt. Diomedes tamen *ait veteres hæc ſine, e, litera, pronunciaſſe, vt apud Virg. lib. 7. Nutribãt, pro Nutriebãt. Etiam Gerũdia verborum tertię declinationis in undi, undo, undũ, interdum exeunt, vt faciundum, dicundi, & ipſa Gerundia à gerundo, vt placet grammaticis, quod ſuorum verborum cõſtructionem gerãt dicta ſunt, quæ quidẽ malunt Gerũdia à gerẽdo appellare. Queo, nequeo declinantur vt verbum Eo, ex quo quidã putãt eſſe cõpoſita, Nequeo, nequis, nequit. Pl. Nequimus, nequitis, nequeunt. Nequibã &c. Nequibo &c. Gerundia nõ videntur eſſe in vſu: participijs vteris, cũ apud doctos inueneris. Quitur, & Quitus ſum, vt Diomedes docet, reperiũtur apud veteres, Actius, Quitus, poſuit, pro quiui, vt idẽ refert, Nã neque pretio, neq; amicitia, neq; vi impelli, nec prece*

quitus sum. Idem. Vnde omnia perdisci, ac percipi queuntur. Cælius, Si non sarcire quitur. Hæc ille. Quitus sum, id est, possum, queūtur, possunt: quitur, potest. Vt enim vetustissimi potest, & potestur; poterat, poteratur: posit, & positur in eadē re dicebant, ita quiui, & quitus sum, quitur, & quit. Lucretius Queatur, pro queat posuit, lib. 1.

Dum veniant aliæ, ac suppleri summa queatur. *Et Teren. Hecyr.* — *nosci non quita est, pro non quiuit, potuit: & Gellius lib. 20. c. 1. Sæuitia ista pœnæ contemni non quita est. Prisci etiam Nequitur, pro non potest, & Nequitum dixerunt, vide exempla apud Festum.*

APud priscos futurum coniunctiui primæ coniugationis in syllabas Asso, desinebat, vt amasso, interrogasso, indicasso, pro amauero &c.

Plaut. Amph. Si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes. Secundæ vero coniugationis in Esso, vt prohibesso. Cice. 3. de leg. Magistratus nec obedientem, & noxium ciuem mulcta, vinculis, verberibus coercento: ni par, maiorue potestas populusq; prohibessit, ad quos prouocatio est.

Festus Amasso inquit pro amauero. Plau. Milit. Amassis dixit pro amaueris: apud Ciceronem lib. 3. de leg. inuenies interrogassit, indicassit, prohibessit. Plaut. in Epid. prima persona vsus est.

Adolescens si istunc hominem, quem quæritas,
Tibi commostrasso, ecquam abs te inibo gratiam?

De verbis Defectiuis.

D*Efectiua verborum species est, inquit Diomedes, cum in declinatione verba deficiunt, nec habent aut omnia tempora, aut oēs numeros, aut omnes personas, aut modos. Phocas itidem Defectiua appellat, quę aut coniugationibus aut modis, aut temporib. aut personis, aut participialib. deficiūtur, numeratq; inter Defectiua, Anomala, de quibus ante egimus. Probus etiam Anomala, appellat Defectiua, siquidem verbum Sum defectiuum vocat, & ipse Diomedes ait Anomala videri Defectiua.*

Memini, Odi, & Noui.

H*Orum trium verborum præteritum etiā pro præsente accipitur, vnde à Diomede verba tēporibus confusa dicuntur, habent tātū tēpora, quæ à præteritis formātur, excepto Memini, quod habet secundā personā futuri imperatiui, vtriusq; numeri, Memēto, Memētote, Memineris. Oderis, Noueris, cū ponantur etiā pro præsenti Coniunctiui, merito supplent præsens imperatiui. Quod si quis ea ad futurū imperatiui spectare dixerit, nō ei repugnauerim. Odi participiū habet Osūs, & Osurus. Gel. lib. 4. c. 8. Osusq; eum morū causa fuit. Idē lib. 1. c. 8. Hac, inquit, fini ames, tanquā forte fortuna osurus. Vtrumque tamē parum vsitatum est. Composita, Exosus, Perosus passim occurrunt.*

Cœpi.

PRæteritum tempus tantum adsignificat, nam cępio in vsu fuit apud priscos. Plaut. Truc. Vbi nihil habeat, Alium quæstum cępiat. Habes etiam præteritum Cęptus sum, pro cępi. Cic. de Clar. Celeriter ad maiores causas adhiberi cęptus est. Item participium cępturus, Quint. lib. 10.c.1. Nos rite cęptùri ab Homero videmur: & passiuum cęptus, a, um, Diomedes, & nonnulli addunt Pepigi, quod tamen vt Quintilianus docet li.1.c.6. à verbo Pago fit. De quo in præteritis verborum. Inquam.

Præsens indicatiui. Inquam, inquis, inquit. Pl. Inquimus, inquiunt.

Præterito imperf. Inquiebat.

Perf. Inquisti. Fut. Inquies, inquiet. Impe. Inque, inquito.

Aio.

Præs. Ind. Aio, ais, ait. Pl. Aiunt.

Imperf. Aiebam, aiebas, aiebat. Pl. Aiebatis, aiebant.

Impera. præsens, Ai.

Optat. futur. & præsens coniunctiui. Aias, aiat.

Participium, Aiens, entis.

Forem.

Optat. præsens, & imp. & Coniunct. imperf. Forem, fores, foret. Plu. Forent pro Essem, esses, &c.

Fut. Infinit. Fore, pro Futurum esse.

Faxo, futurum Indica. pro faciam.

Quæso, quæsumus, primam habet personam præsen. Indi.

Aue, auete, auere. Salue, saluete, saluere, secundam personam Imperat. vtriusque numeri, & præsens Infinit. habent.

Cedo, da, vel dic, secunda est Imperat.

Infit tertia persona Indicat. pro incipit, vel inquit.

Ouat, tertiam personam habet Indica. & participium Ouans, antis.

Defit, defieri, tertiam habet Indicat. & præsens Infiniti.

Quæ sequuntur ad Futurum Optatiui, vel præsens, vel futurum Coniunctiui, aut certe ad præsens, vel futurum modi potentialis pertinent.

Faxim, faxis, faxit. Pl. Faxitis, faxint.

Ausim, ausis, ausit.

Edim, comedim, pro Edam, comedam.

Duis, duit, duint, pro Des, det, dēt: aut Dederis, dederit, dederint.

Perduint, pro perdant.

Phocas, & Diomedes docēt, Inquā, primum esse positionē. Nam quod affert Pris. ex.2. de Orat. Aucupari verba oportebit, inquio &c. videtur in librū depravatum incidisse, nam (inquo) habent libri correcti. Horat. 1. Sermo saty. 3.

Com-

Communi sensu plane caret inquimus.

Cic. Acad. 2. Vrsum inquiebant huiusmodi esse.

Cic. 2. de Orat. Tu vero inquisti, molestus non eris. Terent. Heaut. Eccũ me, inque. Plau. Aul.— ita di faxint, inquito. Inquiat nõ est apud Autorem ad Herẽ. sed inquiet. Proœm. lib. 4. Quid enim tibi vis aliquis inquiet. Cic. 4. Verr. Ergo inquiet aliquis, Inquies etiã est usitatum. Ci. Att. 6. Nos prouinciæ præfecimus Cęl.ũ: puerum inquies, & fortasse fatuum. Aiebã Senec. li. 5. Controuers. Aiebam, Fili fortius ferri. Plaut. in capt. Ita vosmet aiebatis. Phocas ait, verbum Aio presens, & imperf. habere. Probus etiam præteritum Ai, aisti, ait, ei tribuit. Faxo, teste Phoca, est futurum Indicatiui, siue ut alij loquuntur, modus permissiuus Teren. in Adelph.— cupide accipiat iam faxo. Verg. 9.

Haud sibi cum Danais, rem faxo, & pube Pelasga,
esse putent.

Prisci, Quæso quęsis, quæsit, quesere declinabant. Lucret. lib. 5.

Non diuum pacem votis adit, & prece quæsit.

Ventorum pauidus places. Quæsere ait Phocas, apud Sallustium, & Tullium lectum esse. Diomedes Auete etiam numero multitudinis putat dici, Phocas, tantum singulari. Aue; Numero tamen multitudinis etiam dici docent autores idonei. Sueton. in Claud. Cæs. ca. 21. Sed cum proclamantibus naumacharijs. Aue Imperator, morituri te salutant, respondisset, Auete vos, &c. Aueo, hoc est concupisco, plura habet tempora, nos hic de verbo salutandi agimus. Illud Plauti in Truc.— non salueo, putat Probus ridicule personæ rustici seruitum esse. Cic. lib. 6. ad Att. Valebis igitur, & valere Piliam, & Cæliam nostram iubebis literis, & saluebis a meo Cicerone. Nisi quis forte dicat Ciceronem hic, vt solet, iocatum fuisse, Aueto est, apud Sallust. in extrema epistola Catilinę. Salueto apud Plaut. in Pęn.

Ag. Mi patrue salue. Pęn. Et tu salueto Agorastocles.

Cedite numero multitudinis docet Probus apud Plautũ, & antiquos Comicos reperiri. Infit, vt Festus ait, pro incipit, ponitur. & fere vbiq; id potius, quã Inquit, videtur significare. Varro in Mensural. Infio dixerit teste Prisciano li. 8. Defit.

Terent. Eunuch. Nihil cum est, nihil defit tamen.

Idem Hecyr. Nihil apud me tibi defieri patiar.

Plautus etiã Defiat dixit. in Manæch. Neq; defiat, neq; supsit. Prisci Romani voce quadã, Im, syllaba finita vtebãtur, quæ modo futuro Optatiui, modo præsẽti, vel futuro Cõiunctiui, aut certe potẽtialis videtur respõdere, eã declinabãt hoc modo. Comedim, comedis, comedit. Pl. Comedimus, comeditis, comedint. Sic Eduim, Duim, pluim, axim, ausim, faxim. Comedim. Nõ. Marcel. pro comedã Plaut. in Bacch.— quodq; comedim, cõgreget pater. Ci. autore eodẽ, in epi. Cura, si me amas, vt valeas, ne ego te iacente bona tua comedim. hic

locus

locus est in epist.ad Pętum li.6.Nenius ait ad Varronem,est iocus Ciceronis.Edim,pro edam Cæcilius Asoto,Nihil ne tibi esse,quod edim? Næuius in Bucula,Quod editis nihil est,pro edatis,Plau.in Pęn.Est domi,quod edimus, ne nos tam contemptim conteras,Edimus,pro edamus,Duis,pro dederis,vt Festus ait.Duit pro det.Plaut.Aul.

Ne mihi ex insidijs verba imprudenter duit.

Ter And.At tibi dignum factis exitium duint. Liu.1.ab Vrb. Bellona,si hodie nobis victoriam duis,pro dederis.Plaut.Amph.Perduis,pro perdas. Ter.Phor.Homo confidens, qui illum dij omnes perduint.

Idem Heaut.Vt te quidem omnes dij,deæque,quantum est Syre,

Cum hoc istinuento cumque incępto perduint.hoc est vtinam perdat.Axim,Nonius pro egerim.Pacuuius.Peribęa.vt quæ egi,ago,vel axim uorrūcent bene.Egerim hic accipit Nonius pro Egero futuro Coniunctiui, duplex est enim huius futuri exitus, vt supra dictum est. Ausim perspicuū est. Faxim pro fecerim,idem Non.Ennius Phœnicæ, Plus miser sum si scelestum faxim,quod dicā fore.Terent.in Heaut Caue faxis, non est opus pater. Idem And.— verbū si mihi vnum,præter quam,quod ego te rogo,faxis,Caue.Cic. de Leg.Quisecus faxit,deus ipse vindex esto,pro faciet; aut fecerit. Liu.6.ab Vrb.Quod faxitis,deos uelim fortunare. Cic.ad Att.lib.9.Dij faxint, ut faciat ea,quæ promittit.Faxim,si quando pro Faciā uidetur poni, Enallage est ut fecero,pro faciā. Plura inueniet, qui ueterū scripta diligenter euoluerit, quos arbitror Aitis, aiebamus,aiebatis,& alia huius generis usurpasse.

De Verborum Impersonalium declinatione.

Pœnitet uerbum Defectiuum, Impersonale, Actiuæ declinationis, sic declinabitur.

Indicatiui modi.

Præsens Pęnitet.Imperf.Pęnitebat.perf. Pœnituit.plusq;, Pęnituerat.Fut.pęnitebit.Imperatiui præsens. pœniteat.

Optatiui modi.

Præsens,& imp. Vtinam pœniteret.perf. Pęnituerit. plusquam.Pęnituisset.Futuro.Pœniteat.

Coniunctiui modi.

Præsens. Cum Pœniteat.Imperfe.Pœniteret. perfecto. Pœnituerit. plusq.Pœnituisset. Futuro. Pœnituerit.

Infiniti modi. Præsens, & imp.pœnitere. perf.& plusq; pœnituisse
Gerundia. Pœnitendi,pœnitendo, pœnitendum,
Participium præsentis temporis. Pœnitens.

pu-

¶ Pugnatur verbum defectiuum impersonale passiuæ declinationis sic declinabitur.

Indicatiui modi.

Præsens, Pugnatur. Imp. Pugnabatur, Perf. Pugnatum est, vel fuit. Plusq. Pugnatum erat, vel fuerat. Futuro. Pugnabitur.

Imperatiui modi. Præsens, Pugnetur.

Optatiui modi.

Præsens, & imp. Vtinam pugnaretur. Perf. Pugnatum sit, vel fuerit. Plusq; Pugnatum esset, vel fuisset. Fut. Pugnetur.

Coniunctiui modi.

Præsens. Cũ pugnetur, Imp. Pugnaretur. Perf. Pugnatũ sit, vel fuerit. Plusq. Pugnatum esset uel fuisset. Futuro. Pugnatum erit uel fuerit.

Infiniti modi.

Præsens. & imperf. Pugnari. Perf. & Plus. Pugnatum esse, vel fuisse. Futuro. Pugnatum iri.


De uerbis impersonalib. agit M. Varro lib. 3. de Analo. vbi ea appellat uerba, quæ tẽpora habent sine personis, vt Viuatur, viueretur. Quintilianus lib. 1. c. 4. Iam uero, inquit, Itur in antiquã syluã, nonne propriç cuiusdã rationis est? Nam quod initium eius inuenias? Quibus uerbis docet, Itur uerbum impersonale esse, siue sine personis, eius enim initium Eor, iris uel ire debuit esse, id quod nusquam est. Idem paulo inferius. Quædam tertiæ demũ personæ figura dicuntur, vt Licet, Piget. Gellius lib. 15. c. 13. ait Veritũ, sicut Puditũ, Pigitum non personaliter à Cicerone dictũ esse, Nõ personaliter dixit, pro impersonaliter. Phocas, vbi de verbis Defectiuis agit, Sũt, inquit uerba q̃ personis deficiunt, & Impersonalia dicuntur. Diomedes de ijsdẽ copiose agit lib. 1. eaq; inter Defectiua declinat. Donatus 2. edit. eadem tũ Impersonalia tũ Defectiua appellat. Quæ cũ ita sint, iure optimo possent Impersonalia, iniuriarũ agere cum illis, à quibus nostra memoria summã per iniuriã ex Latini sermonis finibus fuerunt exterminata. Neque enim Impersonaliũ nomen amittũt, etiã cum nominandi casus ea antecedit. Nisi quis putat cum Martialis lib. 13. dixit, Tota mihi dormitur hyems. Et Ouidius. 12. Metam.

Nunc tertia uiuitur ætas, Dormitur, & Viuitur beneficio casuum nominandi de repente personalia extitisse. Si personalia facta sunt, eorũ initia proculdubio inueniemus. At Dormior, dormiris, uel dormire, Viuor, viueris, vel viuere, Latinis auribus inaudita sunt. Vnde igitur, inquies, Impersonaliũ nomen traxerunt? A primæ, & secundæ personæ potissimum priuatione, nõ à personæ agentis, seu patientis priuatione. Quod etiã Sergius in Donatũ docet Pudet, inquit, & Tædet quasi defectiua posuit, in superiore autẽ parte Impersonalia non cõtrarie sunt posita. Nã hoc ipsum verbũ impersonale defectiuũ est:

est: sublatis enim duabus personis prima, & secunda, tertia utique superest. Hęc ille. Habent itaque uerba impersonalia tertiam personam. Quod autem Varro ea appellauit uerba sine personis, præcipuas intellexit personas. Impersonalium maxime pasiuæ declinationis quædam fere nunquam admittunt casum nominandi: cuiusmodi sunt, Itur, statur, egetur, caletur, sæuitum, & cætera eiusdem generis quæ potissimum sunt impersonalia, si quidem priuantur utraque persona & sermonis, & constructionis anteriora. Persona sermonis, est aut eius, qui loquitur, ut scribo, aut eius ad quē sermo dirigitur, ut scribit, aut eius de quo fit sermo, ut scribit. Persona uero constructionis uocatur præcipue nominatiuus agentis, seu patientis, ablatiuus agentis, & accusatiuus patiētis. Dicet aliquis, subaudiuntur nominādi casus, Itio, Statio, Calor, Seruire, idest, seruitus, Ideo dixi, Fere nunquam, quæ sunt huius generis antecedere casum, quia etiam si demus posse subaudiri, nunquam tamen in publicum prodeunt. Alia sunt, quæ casum interdum admittūt, qualia sunt, uiuitur, pugnatur, quę quidem personalia tunc à grammaticis appellantur, non quod primam, & secundam personā habeant, sed quod persona constructionis, idest, nominatiuus ea præcedat, vt uita uiuitur, prælium pugnatur. Sed ut ante diximus, tunc et impersonalia dicenda sunt, cum prima, & secunda persona nihilominus priuētur, unde eis nomen impositum est. Futurum infiniti modi pœniturum esse, & participium pœniturus, a, um iam exoleuerunt. Participium, siue nomen participiale, pœnitendus, a, um a uerbo prisco pęniteor, remansit, quemadmodum pigendus, pudendus a pasiuis exoletis pigeor, pudeor. Verba actiuę, pasiuęq́; declinationis solemus appellare, actiuæ, pasiuæ que uocis, quo pacto ueteres fere loqui consueuerunt.



Rudimenta, siue de octo partibus Orationis.



LITERAE, quib. vtuntur Latini sunt tres, & viginti, A, Be, Ce, De, E. Ef. Ge, Ha, I, Kappa, El, Mm, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, V, Ix, Ypsilon, Zeta.

Literæ diuiduntur in vocales, & consonantes. Vocales sunt sex, A, E, I, O, V, Ypsilon, quarum vltima tantum in dictionib. Græcis locum habet, vt Hieronymus, Dionysius. Cęteræ appellantur consonantes, quod vocalib. iunctæ simul sonent.

Syllaba fit ex literis vna, vel plurib. ut A, le, as.

Syllaba, quæ fit ex duabus vocalibus vocatur Diphthongus.

Diphthongi sunt sex, æ, au, ei, eu, œ, yi, vt Præmium, aurũ, omneis, Europa, pœna, Harpyia.

Dictio fit ex syllabis, vt Aleas. interdum fit ex vna syllaba, vt Mors,

Oratio fit ex dictionibus, vt Aleas fuge. Mortem meditare.

Quid sit Grammatica, in quot partes distribuatur, quæ quot Grammatici officia, de Varronis, ac Fabij sententia.

Methodus, hoc est, ratio, ac via, qua emendate loquendi, scribendique facultas comparatur, in quatuor partes distribuitur, Orthographiam, Prosodiam, Etymologiam, Sintaxim: quarum primæ litera, secundæ syllaba. tertiæ dictio subijcitur, quartæ respondet recta partium orationis inter se compositio. De Orthographia agit Fabius lib. 1. c. 7. quam idem recte scribendi scientiam nominat. De Prosodia, seu Accentu eodem lib. c. 5. & lib. 12. c. 9. De Etymologia, quæ verborum originem inquirit, lib. 1. cap. 6. de qua etiam tres libri M. Varronis ad Ciceronem extant. De Syntaxi, quam ille Emendatam orationem vocat, & de vitijs ei contrariis agit eodem lib. cap. 5. Pars hæc ab autore ad Heren. Latinitas dicitur, quæ, vt idem definit, sermonem purum conseruat ab omni vitio remotum. De eadem egit Varro, sed non extant libri: sic enim inquit in extremo lib. de Etymol. Quoniam omnis operis de lingua Latina treis feci partes, primam quemadmodum vocabula imposita essent rebus, secundam quemadmodum ea in casus declinarentur, tertiam, quemadmodum coniungerentur, prima parte perpetrata, vt secundam ordiri possimus, huic libro faciam finem. Idem in exordio lib. 1. de Analo. Cum ratio naturæ tripartita esset, ut superioribus libris ostendi, ac eius prima pars, quemadmodũ vocabula rebus essent imposita, esset: secunda, quo pacto de his declinata in discrimina ierint: tertia, vt ea inter se ratione coniuncta sententiam

tiam

ti am efferāt. Prima parte exposita, de secunda incipiā, &c. Hodie, qui hanc artem fuerint adepti, Grammatici nominantur, At veteres illi, & germani Grammatici multo longius progrediebantur: si quidē poetas, atq; historicos accuratissimè enarrabant, quæstiones difficiles explicabant, eorum scripta acerrimè iudicabant, vsq; eo, vt non solum vnum, aut alterum versum censoria grauitate notarent, sed etiā integrum opus interdum pro suo iure, quasi capite damnatum perpetua obliuione obruerent. Musices, Astrologiæ, Philosophiæ, bonarumq; artium cognitione freti, etiā in Lucretiū, Varronē aliosq;, qui præcepta sapiētiæ versib. tradiderūt seuerè inquirebāt. Eorū quatuor fuerūt officia, Lectio, Enarratio, Emēdatio, siue Correctio, Iudiciū. Lectione auditores recreabāt, enarratione erudiebāt, emendatione vitia corrigebāt, iudicio autores partim probabāt, partim in ordinē redigebāt partim numero omnino eximebāt. Hæc eorū fuisse officia autor est M. Varro apud Diomedē lib. 2. vbi singulorum definitiones inuenies. Quint. lib. 1. c. 4. videtur Emēdationē Iudicio subiecisse. De lectione agit idem eodem lib. c. 8. cuius etiam meminit Cice. 1. de Orat. In grāmaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus. Hanc facultatem, quæ longo vsu, assiduaq; exercitatione, ac veterū diligenti lectione paratur, Historicem cap. 9. appellat Quintilianus: Diomedes ἐξηγητικὴν hoc est, Narratiuam, vt ipse interpretatur. Alterā verò, quæ in tradendis præceptis versatur, quā quadripartitam esse diximus, Methodicen eodem loco Quintilianus vocat. Diomedes ὁριστικὴν, id est, Finitiuam, quę, vt idem ait, præcepta demonstrat.

De literis.

A Quibus primum literæ fuerint inuentæ, & in Gręciā, atque Italiā allatæ: item quæ primo à priscis receptæ, quæ deinde à posteris additæ, docet Plin. lib. 7. c. 56. Quintilianus de literis, earumq; potestate, ac vi agit libr. 1. c. 4. Priscianus totum primum librum literis, ac earum attributis dicauit. Agunt de iisdem Probus, Diomedes & Donatus 2. Edit. Literarum comitantur Nomē, figura, potestas, cognatio, ordo. Nomen est, quo vnaquæq; appellatur. Figura est forma, qua scribitur. Potestas est vis cuiusq; qua ab aliis secernitur; alia enim est vis, V, verbi causa, cū est vocalis, alia vero, cū cōsonantis officio fungitur. Cognatio est propinquitas quædam, qua aliæ aliis pmutantur. sic litera, N, in, M, mutatur, quoties ante literas b, m, p, scribitur. S, & R, etiam cognatæ sunt, vnde arbos, honos, arbor, honor dicimus: sunt multæ præterea cognatæ, de quib. Quintilianus, & Priscianus iisdē locis agunt. Ordo, quę quib. anteponēdę, aut postponēdæ sint, docet, id quod in syllabis ꝓpriè cernitur.

Vocales per se sonāt, & quēadmodū scribunt, ita nominātur. I, & V, etiā consonātium munere funguntur, idq; ferè cum vocalibus præponuntur, vt Vates, velox, vita, uox, uultus Ianua, iecur, coniicio, iocus, iudex. I, apud Grecos perpetuò est uocalis, ut apud Hebræos cōsonans. De uocalibus, quas quidam etiā

sonan-

sonantes, teste Diomede, nominant, & de digamma Aeolico, cum de longitudine, ac breuitate syllabarum agemus copiosius. Consonantes sunt appellatae, propterea quod Sonantibus, vocalibusq; adiunctę simul sonent. Hę, vt nominentur vocalium adminiculo egent, neq; enim per se positae sua nomina nos possunt docere. Sunt itaq; quędã quę à se incipiẽtes in vocalẽ desinũt, vt Be, Ce, De, Ge, Kappa, Te, Qu, Te, quae mutae dicũtur, quòd sublatis vocalibus prorsus obmutescant: vnde Diomedes, Mutae, inquit, dictae, q. per se sine adminiculo vocaliũ nõ possunt enũtiari: idẽ Martianus Capella, idẽ Donatus sentit. Priscianus aliter explicat. Tu ipse facito periculũ, cõnitere, quantũ potes, cõtende oẽs neruos, nũquã mihi crede, B, C, &c. seclusis vocalibus, pronũtiabis. Sũt aliae, quae à vocalibus, incipiẽtes in seipsas desinunt, vt Ef, El, Em, En, Er, Es, Ix, dicũtur Semiuocales, quòd ipsae per se, etiã si nõ planè, & apertè, vt vocales, obscurè tamẽ sonent: si quidẽ F, efflat, M, mugit, R, ringit, S. sibilat. Quidã nõ Ef, sed Fe putãt pronuntiandum, quorũ errorẽ Quint. lib. 12. c. 10. refellit. Nã & illa, inquit, quę sexta est nostrarũ penè nõ humana, vel omnino, nõ voce potius, inter discrimina dentiũ efflanda est: quae etiam cũ vocalem proximam accipit, quassa quodã modo, vtiq; quoties aliquã consonantiũ frangit, multò fit horridior. Hãc, Priscianus licèt à vocali fateatur incipere, contra veterũ tamẽ sententiã mutã esse existimat. Nam Probus, Phocas, Diomedes, Donatus inter semiuocales eã numerãt. F, nõ esse φ, hoc est, phi Graecã literã docent duo testes, alter Graecus, alter Latinus. Cicero enim, vt Quint inquit lib. 1. c. 4. pro Fundanio testem, qui primam eius literam dicere non posset, irridet. Idem lib. 12. c. 10. Sermo ipse, qui facile iudicem doceat, optandus. Nec id mirum sit, cum etiam testium personis aliqua mutentur. Prudenter enim, qui cum interrogasset rusticum testem, an Amphiona nosset, negante eo detraxit aspirationem, breuiauitq; secũdam eius nominis syllabam, & ille eum sic optimè norat. Si eadem esset litera non pronuntiasset Grecus testis addita aspiratione Phundaniũ, neq; Latinus Amfiona, siue Ampiona eadem detracta. H, è numero literarum exemit M. Varro, teste Prisciano lib. 1. Quintilianus, Gellius, cum de ea loquuntur, non audent literã appellare: nã ille lib. 1. c. 5. Si H, inquit, litera est, non nota: hic li. 2. c. 3. H, literam siue illã spiritũ magis, quam literã dici oportet, &c. quibus locis vterq; multa de ea. Cicero in Oratore aspirationem vocat. Quin ego inquit, cum scirẽ ita maiores locutos esse, vt nusquã nisi in vocali aspiratione vterentur, loquebar sic, vt pulcros, Cetegos, Triumpos, Cartaginem dicerem: aliquando, idq; sero cõuitio aurium cum mihi extorta ueritas esset, usum loquendi populo concessi, sciẽtiam mihi reseruaui. Nos eam Ha nominauimus, quae apud Hebręos una è uiginti duabus literis est, appellaturq; He Diomedes, & Donatus aiunt modo aspirationis notam esse, modo consonãtem, vnãq; è nouẽ mutis. Verum & de ea, & de mutis, & de semiuocalibus, liquidisq; plura, cũ de syllabarũ dimensione agemus. R & Q. sustulit

lit è numero literarum Varro, ut Priscianus docet. Idem Priscianus R, Q, C. eundẽ sonum, eandemq; uim habere probat, earumque K, esse superuacuam, Q, uero admissam fuisse, ut V, literam ei subiectam liquidam esse ostenderet. Probus, & Donatus putant K scribendum esse quoties, a, sequitur, ut Kaput, Kareo. Diomedes, Ex his, inquit, quibusdam superuacuę uidentur K, & Q, quod C, litera harum locum possit implere. Sed inuenimus in Kalendis, & in quibusdam similibus nominibus, quod K, necessario scribitur: & quod Q, consuetudine scribitur, cum in una, eademque syllaba, u, litera antecedat, & habet sibi adiunctam uocalem, ut Quirinus. Idem non multo post, K, consonans superuacua, qua utimur quando A, correpta sequitur, ut Kalendę, Kaput, Kalumniæ. Idem Q, consonans muta ex C, & V literis composita, superuacua: qua utimur, quando V, & altera uocalis in una syllaba iunguntur, ut Quirinus. Quintilianus lib. 1. capit. 7. K. quidem, inquit, in nullis uerbis utendum puto, nisi quæ significat, etiam ut sola ponatur. Hoc eo non omisi, quod quidam eam, quoties, A, sequatur necessariam credunt; cum sit C, litera, quæ ad omnes vocales vim suam perferat. Hæc ille. Verba illa, Nisi quæ significat, etiam vt sola ponatur, intelligenda sunt ex ijs, quę cap. 4. de eadem litera scripsit: nam vbi docet quærendum esse Grammaticis, desint ne nobis aliqua literæ: an rursus aliæ redundent: & K, inquit, quę & ipsa quorundam nominum nota est, Kappa apud Græcos, nunc tantum in numero manet. Hic K, vt vides, ait eße notam certorum nominum, hoc est, per se scribi; vt enim A. verbi causa, per se posita, nota est nominis Auli, M. Marci, sic K. Kalendarum, Karthaginis, & aliorum quorundam. Idem lib. 12. ca. 10. de Q. litera, Duras, inquit, & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi vocales est vtilis, aliàs superuacua, vt Equos. ac Equum scribimus, cum ipsæ etiã vocales duæ efficiant sonum, qualis apud Græcos nullus est, ideoque scribi illorum literis non potest. Quod ad literarum numerum attinet, Quidam, inquit Diomedes, in Latino sermone tantum decem, & septem esse literas crediderunt. Siquidem ex tribus & viginti vna est aspirationis nota H, vna duplex X: duæ superuacuæ K, & Q. duę Græcæ Y, & Z. De syllabis, quæ prosodiæ respondent, suo loco, Deo iuuãte, dicemus. De Etymologia tres, vt dixi, libri M. Varronis ad M. Tullium extant. Constructioni tunc locus erit, cũ de nominũ generibus, verborũq; prętеritis, et supinis egerimus.

Partes orationis.

PArtes orationis sunt octo, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio. Harum quatuor, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium declinantur: reliquæ Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio declinationis sunt expertes.

NON solum inter Grammaticos, quorũ propria est hæc controuersia, sed etiam inter philosophos ipsos de partium orationis numero parum cõuenit. Pris. lib. 1. varias opiniones enumerat. Vide in eadem re Varr. lib. 1. de Anal. Quin. lib. 1. c. 4. Nos octo iã olim à Diomede, Donato, alijsq; viris doctis receptas amplexi sumus. Verũ ante quàm rudi, ac pingui Minerua, vt aiunt, eas describamus, (neq; enim Rudimenta, omnibus numeris absolutæ definitiones decent) nonnulla, quæ eis describendis vsui esse poterunt, ex Varrone subijciemus. Etenim libẽter Ciceronem imitamur, qui lib. 4. ad Attic. sic scriptum reliquit: Velim domum ad tuos scribas, vt mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cum cæteri, tum Varronis: est enim mihi vtendum quibusdam rebus ex ijs libris, ad eos, quos in manibus habeo. Is igitur Varro cui M. Tullius Latinæ eloquentiæ lumen, & ornamentum tantum tribuit, orationis partes lib. 1. de Analo. hoc modo distribuit. Duo sunt genera verborũ, vnum quod declinando multas ex se parit dispariles formas, vt est Lego, legis, legam: sic alia: alterum genus sterile, quod ex se parit nihil, vt est Etiam, Vix, Magis, Cur. Idem lib. 3. Prima diuisio in oratione est, quòd alia verba nunquam declinantur, vt hæc Vix, Mox: alia declinantur, vt à limo limabo, à fero ferebam. Secunda diuisio est de his verbis, quæ declinari possunt, quod alia sunt à voluntate, alia à natura. Voluntatem appello, cum vnusquis à nomine alio imponit nomen, vt Romulus, Romæ. Naturam dico, cum vniuersi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non requirimus, quemadmodum id velit declinari, sed ipsi declinamus, vt huius Romæ, hanc Romam. Tertia diuisio est, quæ verba declinat à natura, ea diuiditur in partes quatuor, in vnam primam videlicet, quæ habet casus, neque tempora habet, ut docilis, facilis; & amabilis. In alteram, quæ tempora habet, neque casus, ut docet, facit, amat. In tertiam, quæ utraque habet, docens, faciens. In quartam, quæ neutra, ut docte, & facete. Idem lib. 1. orationem etiam in quatuor partes sic partitur, unam, quæ habet casus, alteram, quæ habet tempora, tertiam quæ habet neutrum, quartam; in qua est utrunq;. Idem lib. 5. de lingua Latina, Verborum declinantium genera sunt quatuor, Vnum quod tempora adsignificat, neque habet casus, ut Lego, legis. Alterum, quod habet casus, neque tempora adsignificat, ut à Lego lectio, lector. Tertium quod habet utrunque, & tẽpora & casus, ut à Lego legens, lecturus. Quartum, quod neutrum habet, ut ab lego lectè, lectissimè. Idẽ lib. 1. de Analog. Aristoteles duas partes orationis esse dicit, Vocabula, et Verba, ut homo, & equus, & legit, & currit. Vtriusque generis, & Vocabuli, & Verbi, quædã priora, & quædam posteriora, ut Doctus, Doctè; dicitur enim homo doctus, & scribit doctè, &c. Paulò inferius. Cum de his Nomen sit primũ (prius enim Nomen est quam uerbũ temporale, & reliqua posteriora quã nomen, & uerbum.) Prima igitur nomina, &c. Verbum temporale appellat id, quod in tempora inclinatur;

casuale

casuale enim est. quod inclinatur in casus. Quoniam igitur nomẽ prius est, quã uerbum temporale, ab eo initium faciemus.

De nomine.

NOmen est pars orationis, quæ casus habet, neque tempora adsignificat, vt Musa, dominus.

Nomen proprium est, quód res proprias, atque certas significat, vt Romulus, Roma.

Appellatiuum est, quod res communes, atque incertas, significat, vt Rex, oppidum.

Collectiuum est, quod numero singulari significat multitudinẽ, vt Populus gens, turba.

Substantiuum nomen est, quod per se in oratione esse potest, vt Dux imperat, miles obtemperat.

Adiectiuum est, quod in oratione esse non potest sine substantiuo aperte, vel occulte. Aperte, vt Dux prudens, si strenuos milites, dictoque audientes habeat, facile hostes superabit.

Occulte, vt Qui tertiana laborant, non vescuntur bubula. Hoc est, tertiana febri, bubula carne.

Adiectiuum nomen vel habet tres formas, vt Bonus, bona, bonum: vel duas, vt Breuis, & breue: vel vnam, vt Prudens, felix.

Varro solet nomina propria simpliciter Nomina appellare: appellatiua uero uocabula: item illa finita, hæc infinita. Sequitur, inquit li. 1. de Analog. de nominibus, quæ differũt à uocabulis, ideo quod sunt finita, ac significãt res proprias. ut Paris, Helena: cũ Vocabula sint infinita, ac res communes designent, ut uir, mulier. Idem lib. 3. Non idem oppidum, & Roma, cum oppidum sit uocabulum, Roma nomen. Idem lib. 1. Vocabula, ut scutum, gladius. Nomina, ut Romulus, Remus. Hinc Rhetores finitas quæstiones uocant, quæ constãt ex nominibus, quæ finita sunt, ut An inferendum sit bellum Carthaginiẽsibus. Infinitas uero, quæ Vocabulis, quæ infinita sunt, ut An inferendum sit bellũ hostibus: Propria nomina distribuũt Grammatici in quatuor partes, Prænomen, Nomen, Cognomen, Agnomen, à quibus uarie explicantur. Nos dabimus operã, ne a Varronis, ac Ciceronis sẽtẽtia discedamus. Prænomẽ fuit proprium cuiusque, Nomen totius familiæ cõmune. Cognomẽ, siue cognomen tum aut ex virtute, aut uitio, aut denique euẽtu aliquo trahebatur. Id duplex erat, alterum hæreditarium, a maioribusq; acceptum; alterũ propria siue uirtute, siue uitio partum; posterius uocãt Grammatici Agnomẽ, quod uidelicet hæreditario accessit, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. Publius Prænomen, propriumque est. Cornelius Nomen est gentilitium, totiq; Corneliæ familiæ commune. Scipio cognomen est hæreditarium, nam id Publius ab auo suo

accepit, qui Scipio cognominatus est, quod parenti cæco pro bacillo fuisset, Africanus Agnomen est, quod Publius sibi deuicta Carthagine peperit. Cicero aliique veteres etiam hoc cognomen vocāt, raroq; Agnominis vocabulo utūtur. Quib. Agnomen erat, non solum prænomine, sed etiam agnomine ipso ab alijs discernebant, sic P. Cornelius Scipio Africanus à fratre L. Cornelio Scipione Asiatico, & M. Tullius Cicero pater patriæ, a Q. Tullio Cicerone secernebātur. Neque Tullius propriū fuit Ciceronis nomen, vt quidam existimāt, sed gentilitiū, vnde ipse Cicero regem Romanorum Seruiū Tullium gentilem suū appellat Tuscul. 1. de Pherecide preceptore Pytagoræ loquens. Fuit, inquit, meo regnāte gētili. Hic tamen Gentilis cognominem, eiusdē q; nominis significat, nisi quis putet Ciceronem per iocum voluisse se ex eadem familia haberi. Nam gentiles, vt idē in Topicis ait, sunt qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, &c. Preterea Ciceronis frater à Cornelio Nepote in vita Attici, Q. Tullius Cicero appellatur, quod si Tullius nomen esset proprium, quo nam pacto, alter ab altero distinguetur? Multo minus fuit proprium Cicero, neque desunt, qui id affirmēt. Qui enim fieri potest, vt & M. Tullius, & Quintus frater, et eorum filij idem proprium nomen omnes habuerint? Nunc videamus an M. Varro nobiscum faciat, qui libro secundo de Analog. vbi ijs respōdet, qui analogiam negabant esse, Cum omnis natura sit aut mas, aut fęmina, aut neutrū, ē asserit debuisse singulis vocib. ternas uocabulorū figuras fieri, vt albus, alba, albū, in multis fieri binas tm̄, vt Metellus, Metella; Ennius, Ennia, in nonnullis singulas, vt Tragędia, Comœdia, sic esse Marcum, Numerium, at Marcam, Numeriam non esse. Idem nominibus seruorū vsu venire, &c. Inter alia, inquit, hanc vocabulorum commutationem in seruis non esse necessariam, quod in eis gentilitia natura non subsit, in vsu. In nostris, inquit, nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, est: ita que ibi apparet analogia, ac dicitur Terentius vir, Terentia fœmina, Terentium genus. In Prænominibus ideo non fit, quod hęc instituta sint ad vsum singularia, quibus discernerentur nomina; gentilitia, vt a numero (liberorum) Secunda, Tertia, Quarta: in Viris vt Quintus, Sextus, Decimus, sic ab alijs rebus. Cum essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, vt aliquid singulare haberent, notabant, forsitan ab eo qui mane natus diceretur, vt is Manius esset: qui luci, Lucius; qui post patris mortem, Posthumus, & cæt. Fuisse prænomen proprium cuiusque, illud etiam maximo argumento est seruos cum essent manumissi propria, & antiqua nomina primo loco retinuisse adiectis dominorum Prænominibus, aut Nominibus honoris causa, sic Ciceronis libertus, Tiro Tullius dictus est: & Pomponij, Eutychides Titus Cæcilius: & Ciceronis Dionysius ex patrono, & Pomponio dictus est, Dionysius Marcus Pomponius. De Tirone Tullio meminit Gellius libro septimo, capite tertio, de cęteris sic scribit Cicero ad Att. libro. 4. De Eutychide gratum,

tū, qui vetere Prænomine, nouo Nomine T. erit Cæcilius. vt ex me, & te iunctus est Dionysius M. Pomponius. Hoc est Titus, quod tuum vetus est Prænomen, nunc nouum erit Nomē liberti tui. Vides queadmodum Eutychides nomē proprium serui; factum sit Prænomē liberti? & qui ante tātū Eutychides erat, nunc sit, beneficio patroni, Eutychides Titus Cæcilius? Quod idem de Marco dictum sit: siquidē Marcus Ciceronis Prænomē, factum est Nomen liberti. Superest, vt ostēdamus Agnomen à Cicerone Cognomē vocari, erimusq́, vno tātum loco cōtenti. Africanus maior in Somnio sic minorē alloquitur. Vides ne illam vrbem, quæ parere pop. Rom. coacta per me, renouat pristina bella, nec potest quiescere, ad quam tu oppugnādam nunc venis pene miles? hāc hoc biēnio Consul euertes: eritq́, Cognomen id tibi per te partū; quod habes ex nobis adhuc hæreditarium. Prænomina, vt inquit Donatus, aut singulis literis notātur, vt C. Cæsar, L. Catilina: aut binis, vt Gn. Pompeius, aut ternis, ut Sex. Roscius. Adiectiua dicta sunt, vt Priscianus li. 1. ait, quod proprijs, vel appellatiuis adyciātur: quæ alij, vt Diomedes ait, Adiectiones vocāt. Phocas Accidētia solet dicere. Probus nomina, quæ ex se aliud genus faciunt. Diomedes nomina diuidit in Fixa, & Mobilia. Fixa sunt inquit, vt pater, mater. Mobilia, vt Bonus, bona, bonum. Alia nec in totū mobilia, vt Martius, martia: Rex, regina: Leo, leæna. Gallus, galina, Fixa appellat, quæ uocātur substātiua, hęc nāq; fixa sunt, neq; è genere in genus mouētur; nō enim dicimus digitus, digita, digitū, aut oculus, ocula, oculū, cuius rei causam exponit Varro li. 2. de Anal. legat, cui otium fuerit. Nōnulla tamen mouentur è masculino in fœmininū, ut Magister, magistra: Dominus, domina. Mobilia uocat, quæ adiectiua dicūtur, quòd moueātur è genere alio in aliud, ut Doctus, docta, doctum: hic, & hæc breuis, & hoc breue. Accusatiuo Prudētem, & prudens. Prudētes, & prudētia. Cū veteres singulas adiectiuorum formas, ut supra diximus, per se declinauerint adhibitis articulis, vt hic bonus, huius boni, huic bono, hunc bonum, &c. quam declinādi rationem etiam hodie nonnulli obseruant, non putauimus describenda substantiua, adiectiuaq́, nomina more quorūdam recentiorum, substantiuum, videlicet esse, quod per vnum, aut duos articulos declinatur, &c.

Varia adiectiuorum genera.

INterrogatiuum nomen est, quo de re aliqua quærimus, vt Quis, vter, quantus?

1 Interrogatiuum substantiæ est, cui respondemus, per nomen substantiuum, vel pronomen demonstratiuum, vt Quis, quæ, quod, Vter, vtra, vtrum. Quis hic loquitur? Dauus. Ille.

Interrogatiuum accidentis est, cui respondemus per nomen adiectiuum, vt Quantus, qualis, quot, quotus, Cuius, cuia cuium, Cuias. Qualis fuit Hector? Fortis, magnanimus.

Relatiuum est, quod nomen antecedens in memoriam reducit: id duplex est, substantiæ, & accidentis.

Relatiuum substantiæ est, quod nomen substantiuum in memoriam reducit, vt Qui, quæ, quod. Lego Ciceronem, qui fuit eloquentissimus Romanorum.

Relatiuum accidentis est, quod in memoriam reducit nomen adiectiuum, vt Quantus, qualis, quot. Cicero fuit eloquens, qualis fuit Hortensius.

Redditiua sunt, tantus, talis, tot, totidem: quæ relatiuis Quantus, Qualis, Quot, ante, vel post redduntur: vt Quales in republica principes sunt, tales reliqui solent esse ciues. Cura vt talis sis, qualis haberi cupis. Quot homines, tot sententiæ. Totidem ad te literas dedi, quot tu ad me.

Quis, vel qui, quæ, quod: Vter, vtra, utrum: Quãtus, qualis, & cætera interrogatiua, quando ponuntur post uerba Audio, video, scio, intelligo, nescio, & alia eiusdẽ significationis, appellantur infinita, vt Nescio quis sit. Audio quid dicas. Ignoro, quantus, aut qualis sit.

Possessiuum nomen est, quod aut rem possessam, aut ad aliquid pertinentem significat, vt equus regius, miles Pompeianus.

Patrium nomẽ est, quod patriã indicat, vt Romanus, Atheniẽsis.

Gentile nomen est, quod gentem, vel nationem indicat, ut Italus, Græcus.

Partitiuum nomen est, quod aut vnum ex multis significat, aut multa sigillatim.

Vnum ex multis significant, Quidam, aliquis, quispiam, quisquã, vllus, nonnullus, quiuis, quilibet, quæ etiam particularia vocantur.

Quæ multa sigillatim significant fere sunt uniuersalia, vt Omnis, cunctus, quicunque, nemo nullus.

Nomen numerale est, quod numerum significat, cuius uariæ sunt species.

Cardinale est, quod numerum absolute significat, vt Vnus, duo, tres.

Ordinale nomen est, quod numerum ordine digestum significat, aut vltimum ex eo numero, vt Primus, secundus, tertius.

Distributiua, siue diuisiua nomina sunt, quę distributionẽ, seu diuisionẽ significant, quib. fere vtuntur oratores numero multitudinis, vt Singuli, bini, terni, quaterni. Pueri redite domum bini, aut terni, ad summum quaterni: cauete ne singuli eatis. Heus tu dato victorib. quaterna mala, victis singula, ne animis concidant. Quaterna, idest, vnicuique quatuor. Singula, hoc est cuique vnum.

QVis, quantus, qualis, & cętera interrogatiua plerique ueterum existimauerunt esse pronomina, excepto Prisciano: Varro, Quis, appellat Prouocabulum, qua de re in pronominum declinatione diximus, & paulo post in Pronominis descriptione apertius dicemus, & quo Prouocabulum a Pronomine differat. Interrogatiua Quoteni, quotuplus, quotuplex, quotennis, silētio inuoluimus, propterea quod sint inusitata: nā in illo Ciceronis ad Att. lib. 12. Is opinor, ita partes fecit in ripa nescio quotenorū iugerū, vt certa pretia constitueret, quæ mihi nota non sunt: Quotenorum Quot significat. Cuius, cuia, cuium, usitatum quidem fuit apud ueteres.

Plaut. Curcul. Cuiam uocem audio?

Terrent. An. Cedo, cuium puerum hic apposuisti?

Cic. 3. Verr. Ut optima conditione sit, is, cuia res sit, cuium periculum. Idem. 5. Verr. Apronius certiorem facit istum, cuia res erat, quid rei esset. Virg. Egl. 3.

Dic mihi Dameta, cuium pecus? an Melibœi?

Eius tamen loco fere utimur genitiuo prouocabuli Quis, quæ, quod. Ad quātus respōdetur magnus, paruus, lōgus, breuis, &c. Ad Qualis, Bonus, malus, peritus impitus &c. Ad quot, Vnus, duo, tres, quatuor, &c. Ad Quotus, Primus secūdus, tertius, etc. Ad Quoteni, Singuli, bini, terni, etc. Ad Quotuplus, Simplus, duplus, triplus, &c. Ad Quotuplex, Simplex, duplex, triplex, &c. Ad Quotēnis, Biēnis, triēnis, quadriēnis, &c. & anniculus, bimus, trimus, quadrimus, Ad Cuius, a, um pronomina possessiua, ut Meus, tuus suus, noster, uester: aut genitiui nominū, vt Cuia est vestis? Mea, vel Cæsaris. Ad Cuias, nomina patriæ, vel gentilia, aut sectę, vt Cuias es? Romanus, Italus, Stoicus. Ne mirētur tyrones idē nomē, & interrogatiuū, & relatiuū, & infinitū esse; diuersis enim locis, ac sensu id usu venit. Quis, et Quid nunquā sūt relatiua, sed aut interrogatiua aut infinita: Nominibus distributiuis frequēter vtūtur et Oratores pro cardinalibus. Ci. 3. de Orat. Itaque illi ueteres, &c. Terna, aut bina, aut nōnulli singula etiā uerba dicebant, &c. Idē. 4 Verr. Doceas oportet aliquo in loco Siciliæ prætore Verre, ternis denarijs tritici modiū fuisse. Ibid. Nā cū ex S.C. & ex legibus frumētū ei in cellā sumere liceret, idq; frumētū senatus ita estimasset, ternis sestertijs tritici modium, binis ordei, &c. Ibid. Cū in Sicilia sestertijs binis tritici modius esset; summū sestertij ternis. Interdū in eadem re cardinalibus vtitur. Ibid. Nā ego tribus denarijs vendere nō possū. Ibid. Antonius tribus denarijs ęstimauit. Varro lib. 4. de ling. Lat. Denarij, ꝙ denos æris valebāt; quinarij, ꝙ quinos. Idē lib. 2. de Anal. Etiā in hoc reprehendunt, quod quedā uerba, neq; personas habent ternas, neq; tēpora ternā. Idē li. 1. Nēpe esse oportebat vocis formas ternas, vt in hoc, Humanus, humana, humanū: sed habēt q̄dā binas, vt Ceruus, cerua quedā singulas vt Aper, sic multa. Sic Plinius frequēter loquitur li. 8. c. 36. de Vrsis. Mares quadrage

nis diebus latent, fœminæ quaternis mensibus. Idem li.9.c.3. Quaternum iugerum balenę, pistres ducenum cubitorum. Itaque hæc nomina cum simpliciter numerum significant, non solum iunguntur cum iis, quæ numero singulari carent, ut binæ, ternæ literæ, scalæ; bina, terna castra, & cæteris eiusdem generis: sed etiam, cum iis, quæ utrunque numerum habent, vt ante planum factū est, Leguntur etiam numero singulari, maxime apud poetas, & historicos.

Virg. 5. Aen. — terno consurgunt ordine remi.

Idem li.10. It grauis Auletes, centenaque arbore fluctum
Verberat aßurgens.

Plin.li.17.c.23. Traduces Gallica cultura bini utrinque lateribus, si pes quadrageno distet spacio, quaterni, si vieno inter se obuij miscentur.

De nominibus positiuis, comparatiuis, & superlatiuis.

NOmen positiuum, siue absolutum est, quod rem absolute, simpliciterque significat, vt Magnus, Paruus.

Comparatiuum est, quod rem vel attolit, vel deprimit, vt Maior, Minor.

Superlatiuum est, quod rem uel in summo, uel in infimo loco collocat, ut Maximus, Minimus.

Nomina comparatiua, & superlatiua fiunt a nominibus adiectiuis, quibus aduerbia Magis, & Minus recte adiungi possunt, vt Iustus, Fortis.

APPENDIX.

Nomina substantiua, pronomina, item interrogatiua, relatiua, infinita, redditiua, possessiua, partitiua, numeralia, patria, gētilia, & quæ materiam adsignificant, vt aureus, argenteus, cedrinus, ad hæc frugifer, almus, mediocris, omnipotens, medius, modicus, hesternus, fugitiuus, errabundus, moribundus, & nonnulla alia, neque comparatiua, neque superlatiua pariunt.

A quo casu formentur comparatiua, & superlatiua.

Comparatiua fiunt a casu, i, litera finito, addita syllaba, or: superlatiua vero addita litera, s, & syllaba simus, vt Iustus, iusti, iustior, iustissimus: Fortis, forti, fortior, fortissimus.

Exceptio I.

Positiua Er, syllaba terminata gignunt superlatiua, adiecta syllaba Rimus, vt Tener, tenerrimus: Saluber, saluberrimus.

II. Exceptio.

Facilis, humilis, similis, superlatiua pariunt, syllaba is, mutata in limus, Facillimus, humillimus, simillimus.

III. Exceptio.

Nomina, quæ ante, vs, syllabā vocalem habent, raro comparatiua, aut superlatiua gignunt, vt Idoneus, noxius, arduus. Pijssimus tamen, & strenuissimus, & nonnulla alia apud probatos autores leguntur.

IIII. Exceptio.

A nominibus ex verbis Facio, Dico, Volo compositis, comparatiua in Entior, superlatiua in Entissimus exeunt, vt Magnificus, magnificentior, magnificētissimus. Maledicus, maledicentior, maledicentissimus. Beneuolus, beneuolentior, beneuolentissimus.

Anomala, siue Inæqualia.

Bonus,	Melior,	Optimus,
Malus,	Peior,	Pessimus.
Magnus,	Maior,	Maximus.
Paruus,	Minor,	Minimus.
Multus,	Plus,	Plurimus.

Multo plures appellatiui nominis species a Diomede, Donato, & Prisciano recensentur: nos his fuimus contenti, relicturi etiam nonnullas, maxime in quibus substantię & accidentis fit mentio, nisi in cōstructione a nōnullis usurpandę essent. Quintiliani ætate iam Positiua Absoluta dicebātur, & comparatiui uox in usu erat, li. 9. ca. 3. Vtimur, inquit, uulgo & comparatiuis pro absolutis, ut cum se quis infirmiorem esse dixerit. Varro li. 7. de Analog. uocat genus declinationis augendi. Ait enim cum de uocabulis agit, eorum quatuor esse genera declinationum, vnum nominādi, ut ab equo equile: alterum casuale, ut ab equo equum: tertium augendi, ut ab albo albius: quartum minuendi, vt a cista cistula. Apud quem uerbum Declinandi non solum significat in casus inclinare, sed etiam deducere, ac deriuare, quod idem de uocabulo Declinationis dictum sit. Plautus interdum risus, ac uoluptatis gratia a substantiuis nominibus superlatiua fingit, Penul. — ò patrue, ò patrue.

Mi patruissume. Et paulo post — patrue mi patruissume. Idem ipse more suo, & Græcorum Ipsissimus dixit a pronomine ipse: sic Aristoph. in Plau. αὐτότατος ab αὐτὸς deduxit. Idem a Pœnus, uel potius Punus comparatiuum finxit in Pœnul. — nullus est me Pœnus Punior. Priscianus Punus legit. Gellius li. 3. ca. 3. more Plauti, ut ipse ait, uersus Plautinissimos dixit. Positiuum Veter priscis temporib. fuit in usu. Ennius,

Cum ueter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

Vnde est superlatiuū Veterrimus. Vide Priscian. Maturrimus uidetur factū a Matur positiuo obsoleto: dicitur etiā maturissimus. utrūq; inuenitur apud idoneos autores. Sinister, & Dexter cōparatiua sinisterior, & dexterior hābent: superlatiua nulla vidētur esse, nā sinistimus, & dextimus apud priscos

sinistrum;

sinistrum; & Dextrũ significabant, vt Festus docet. Non. Marcel. Dextimã viam, pro dextrã interpretatur: sic illud Sallustij Iugurth. accipiendũ est, Sylla cũ equitatu apud dextimos, in sinistra parte, A. Manlius cũ funditoribus, & sagittarijs. hoc est in dextra parte. Superlatiuis, quæ in Limus syllabam exeunt, adduntur a quibusdã Agillimus. gracillimus, docillimus, quorum quoniam nulla suppetebant exempla, alijs diligentius inuestiganda reliquimus. Imbecillis, imbecillimus & imbecillissimus gignit. Senec. ep. 86. Quãtulũ autẽ sapiẽti damus, si imbecillimis fortior est, & mæstissimis lætior, & effrenatissimis moderatior, et humillimis maior? Idẽ ad Martiã. Quid est homo? imbecillimum corpus & fragile. Celsus lib. 2. c. 18. Ouum durum valentissimę materiæ est, molle, vel sorbile imbecillissimæ, Quæ ante us, vocalem habent, apud priscos frequenter comparatiuum habebant, & superlatiuum. Cato arduius arduissimus, perpetuius perpetuissimus, industrijor, innoxijor. Pacuuius egregijssimus. Iuuenalis Sat. 4. Egregius cœnat, meliusq; miserrimus horum, pro egregijus gemino i. Pli. lib. 7. Ep. ad Geminium, exiguissima legat dixit. Ouid. ep. 14. De fratrum turba pars exiguissima restat. Varro de re rust. lib. 2. cap. 9. Ita enim sunt assiduiores. Cic. in Brut. Assiduissime autem mecum fuit Dionysius. Quin. Declam. 6. Ille amabilis infans, ille blandus puer, ille iuuenis etiam ante hoc crimen pijssimus. Curtius lib. 9. Vobis quidem ò fidissimi, pijssimiq; ciuium, atque amicorum, grates ago, habeoq;. Senec. li. 5. Contro. 27. Pijssimo patri tormentum quæsisset ex filiorum impietate. Cicero tamen Phip. 13. M. Antonium notauit, quod hoc verbo vsus fuisset. Tu porro, inquit, ne pios quidem, sed pijssimos quæris, & quod uerbum nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem inducis. Sallust. Catil. Nã strenuissimus quisq; aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratus discesserat. Tacit. lib. 20. Pacisq; bona dissertans, et sumi bellũ etiam ab ignauis strenuissimi cuiusque periculo geri. Nihil est cur Tenuis excipiatur, vt nonnulli putãt, cum Tenuior, & Tenuissimus tum apud Ciceronem, tũ apud alios scriptores frequẽtissima sint. Prisci suplatiua a magnificus, beneficus, magnificissimus, beneficissimus formabãt. vnde Terẽtius Phorm. Facinus mirificissimũ dixit. Cõparatiua, atque superlatiua, q̃ a nominib. ex uerbis Dico, Volo, in Entior, Entissimus exeũt, fortasse potius a participijs, exẽpli causa, Maledicẽs, Beneuolens, quam a nominibus Maledicus, Beneuolus deriuantur. Cõposita ex uerbo Loquor prętermisimus, propterea quod uideãtur parum usitata: Comparatiua, ac superlatiua, quæ inde fiunt, positiua quidem, cuiusmodi sunt grãdiloquus, magniloquus, uaniloquus, elegantia sunt. Plus numero singulari neutrum est: quod Asinius Capito putauit esse absolutum: lege Gelliũ li. 5. c. 21. Fiũt etiam ad aduerbijs cõparatiua, & superlatiua à Citra, citerior, citimus, Extra, exterior, extremus, & extimus, posteriore utitur Plinius li. 2. cap. 78. & lib. 6. cap. 28. Infra, inferior, infimus: Intra, interior, intimus: Prope, propio,

propio, proximus. Post, posterior, postremus: Vltra, vlterior, vltimus. Diomedes li.1. hęc ab aduerbijs deducit: siquidem præpositiones, vt idē docet, aduerbia fiunt, quandiu sine casibus enūciantur, Neque πρωτότυπον, vt ipse ait, habent, præter citra πρωτότυπον ὄνομα vocant Gręci nomen primitiuū, siue primigeniū. Itaq; negat intra, infra, supra, & cætera habere primitiua, cuiusmodi esset Inter, a, um, Infer, a, um, &c. Citra primigenitū habet Citer quo Cato vsus est. Vide Prisc. lib. 3. Exter etiā apud Stat. lib. 11. Theb. legitur, vt idem Priscianus docet: vbi tamē quidā Extet legunt. Penitior, & penitissimus, quorum vtrunque perquā vsitatū est, è primitiuo Penitus, a, um, deducta sunt. Plaut. Asin. Etiamne age quæso hercle vsq; ex penitis faucibus?

Ocyor, ocyssimus à Græco nomine ὠκὺς fiunt. Vide eundē lib. 15. Ex his q dix̄imus, facilè est intelligere, ab adiectiuis nominibus potissimū fieri cōparatiua, & superlatiua. Adiectiuorū nomine etiā participia sunt accipiēda, quę non solum, cum in nomina migrant, sed etiam, cū participij vim obtinēt, interdum cōparantur. Cic. ad Cornific. lib. 12. Cęteris omnibus rebus habeas eos à me commēdatissimos. Quidā putant pauca hæc, quæ ab aduerbijs fieri docēt Diomedes, Donatus, & Priscianus, à primigenijs absoletis deduci. A uerbis Detero, et Potior arbitrātur quidā deterior, deterrimus, potior, potissimus nasci: alii, quod vero potius videtur, à nomine obsoleto Deter, & à Potis, & pote. Sunt quædā. inquit Diomedes, quæ tantum superlatiuū habent, ut Nouissimus, summus: quibus nomen Imus uidetur adiungendū. Prisci aliquando à superlatiuis superlatiua deducebant. C. Graccus apud Gellium. li.15. c.12. Omnium nationū postremissimū, nequissimumq́; (me) existimate: fortè Aristotelē est imitatus, qui ἀπὸ τοῦ ἔσχατος postremus ἐσχατώτατος postremissimus formauit. Vide Prisc. lib. 3. A Proximus, Proximior, siue cum de cognatione sermo est, quo frequēter utūtur iuris periti: siue de rebus aliis. Senec. epist. 109. Ita tamen ut modum seruem, & q uidem continentiæ proximiorem.

De Pronomine.

PRonomen est, quod loco nominis positum, certam finitamque personam adsi gnificat.

Pronomina partim sunt primitiua. partim deriuatiua.

Primitiua, siue primigenia dicuntur, quæ prima sunt, & à se orta, vt Ego, tu, sui, hic, iste, ille, ipse, is.

Deriuatiua, vel potius deriuata sūt, quę ex alijs oriūtur, vt Meus, tu us, suus, n ster, vester, nostras, vestras.

Ex his.

Demonstratiua sunt, quæ rem demonstrant, vt Ego, tu, hic, iste, ille, ipse, is.

Horum

sonantes, teste Diomede, nominant, & de digamma Aeolico, cum de longitudine, ac breuitate syllabarum agemus copiosius. Consonantes sunt appellatæ, propterea quod Sonantibus, vocalibusq; adiunctæ simul sonent. Hæ, vt nominentur vocalium adminiculo egent, neq; enim per se positæ sua nomina nos possunt docere. Sunt itaq; quędā quę à se incipiētes in vocalē desinūt, vt Be, Ce, De, Ge, Kappa, Pe, Qu, Te, quæ mutæ dicūtur, q̀ sublatis vocalibus prorsus obmutescant: vnde Diomedes, Mutæ, inquit, dictæ, q̀ per se sine adminiculo vocaliū nō possunt enūtiari: idē Martianus Capella, idē Donatus sentit. Priscianus aliter explicat. Tu ipse facito periculū, cōnitere, quantū potes, cōtende oēs neruos, nūquā mihi crede, B, C, &c. seclusis vocalibus, pronūtiabis. Sūt aliæ, quæ à vocalibus, incipiētes in seipsas desinunt, vt Ef, El, Em, En, Er, Es, Ix, dicūtur Semiuocales, q̀ ipsæ per se, etiā si nō planè, & apertè, vt vocales, obscurè tamē sonent: si quidē F, efflat, M, mugit, R, ringit, S. sibilat. Quidā nō Ef, sed Fe putāt pronuntiandum, quorū errorē Quint. lib. 12. c. 10. refellit. Nā & illa, inquit, quę sexta est nostrarū penè nō humana, vel omnino, nō voce potius, inter discrimina dentiū efflanda est: quæ etiam cū vocalem proximam accipit, quassa quodā modo, vtiq; quoties aliquā consonantiū frangit, multò fit horridior. Hāc, Priscianus licèt à vocali fateatur incipere, contra veterū tamē sententiā mutā esse existimat. Nam Probus, Phocas, Diomedes, Donatus inter semiuocales eā numerāt. F, nō esse φ, hoc est, phi Græcā literā docent duo testes, alter Græcus, alter Latinus. Cicero enim, vt Quint inquit lib. 1. c. 4. pro Fundanio testem, qui primam eius literam dicere non posset, irridet. Idem lib. 12. c. 10. Sermo ipse, qui facile iudicem doceat, optandus. Nec id mirum sit, cum etiam testium personis aliqua mutentur. Prudenter enim, qui cum interrogasset rusticum testem, an Amphiona nosset, negante eo detraxit aspirationem, breuiauitq; secūdam eius nominis syllabam, & ille eum sic optimè norat. Si eadem esset litera non pronuntiasset Gręcus testis addita aspiratione Phundaniū, neq; Latinus Amfiona, siue Ampiona eadem detracta. H, è numero literarum exemit M. Varro, teste Prisciano lib. 1. Quintilianus, Gellius, cum de ea loquuntur, non audent literā appellare: nā ille lib. 1. c. 5. Si H, inquit, litera est, non nota: hic li. 2. c. 3. H, literam siue illā spiritū magis, quam literā dici oportet, &c. quibus locis vterq; multa de ea. Cicero in Oratore aspirationem vocat. Quin ego inquit, cum scirē ita maiores locutos esse, vt nusquā nisi in vocali aspiratione vterentur, loquebar sic, vt pulcros, Cetegos, Triumpos, Cartaginem dicerem: aliquando, idq; sero cōuitio aurium cum mihi extorta ueritas esset, usum loquendi populo concessi, sciētiam mihi reseruaui. Nos eam Ha nominauimus, quæ apud Hebręos una è uiginti duabus literis est, appellaturq; He Diomedes, & Donatus aiunt modo aspirationis notam esse, modo consonātem, vnāq; è nouē mutis. Verum & de ea, & de mutis, & de semiuocalibus, liquidisq; plura, cū de syllabarū dimensione agemus. R & Q. sustu-

lit

lit è numero literarum Varro, ut Priscianus docet. Idem Priscianus R,Q.C. eundẽ sonum, eandemq; uim habere probat, earumque K, esse superuacuam, Q, uero admissam fuisse, ut V, literam ei subiectam liquidam esse ostenderet. Probus, & Donatus putant K scribendum esse quoties, a, sequitur, ut Kaput, Kareo. Diomedes, Ex his, inquit, quibusdam superuacuę uidentur K, & Q, quod C, litera harum locum possit implere. Sed inuenimus in Kalendis, & in quibusdam similibus nominibus, quod K, necessario scribitur: & quod Q, consuetudine scribitur, cum in una, eademque syllaba, u, litera antecedat, & habet sibi adiunctam uocalem, ut Quirinus. Idem non multo post, K, consonans superuacua, qua utimur quando A, correpta sequitur, ut Kalendę, Kaput, Kalumnia. Idem Q, consonans muta ex C, & V literis composita, superuacua: qua utimur, quando V, & altera uocalis in una syllaba iunguntur, ut Quirinus. Quintilianus lib. 1. capit. 7. K. quidem, inquit, in nullis uerbis utendum puto, nisi quæ significat, etiam ut sola ponatur. Hoc eo non omisi, quod quidam eam, quoties, A, sequatur necessariam credunt; cum sit C, litera, quæ ad omnes vocales vim suam perferat. Hæc ille. Verba illa, Nisi quæ significat, etiam vt sola ponatur, intelligenda sunt ex ijs, quę cap. 4. de eadem litera scripsit: nam vbi docet quærendum esse Grammaticis, desint ne nobis aliquæ literæ: an rursus aliæ redundent: & K, inquit, quę & ipsa quorundam nominum nota est, Kappa apud Græcos, nunc tantum in numero manet. Hic K, vt vides, ait eße notam certorum nominum, hoc est, per se scribi; vt enim A. verbi causa, per se posita, nota est nominis Auli, M. Marci, sic K. Kalendarum, Karthaginis, & aliorum quorundam. Idem lib. 12. ca. 10. de Q. litera, Duras, inquit, & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi vocales est vtilis, aliàs superuacua, vt Equos. ac Equum scribimus, cum ipsæ etiã vocales duæ efficiant sonum, qualis apud Græcos nullus est, ideoque scribi illorum literis non potest. Quod ad literarum numerum attinet, Quidam, inquit Diomedes, in Latino sermone tantum decem, & septem esse literas crediderunt. Siquidem ex tribus & viginti vna est aspirationis nota H, vna duplex X: duæ superuacuæ K, & Q. duę Græcæ Y, & Z. De syllabis, quæ prosodiæ respondent, suo loco, Deo iuuãte, dicemus. De Etymologia tres, vt dixi, libri M. Varronis ad M. Tullium extant. Constructioni tunc locus erit, cũ de nominũ generibus, verborũq; pręteritis, et supinis egerimus.

Partes orationis.

PArtes orationis sunt octo, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio. Harum quatuor, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium declinantur: reliquæ Præpositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio declinationis sunt expertes.

NON solum inter Grammaticos, quorũ propria est hæc controuersia, sed etiam inter philosophos ipsos de partium orationis numero parum cõuenit. Pris. lib. 1. varias opiniones enumerat. Vide in eadem re Varr. lib. 1. de Anal. Quin. lib. 1. c. 4. Nos octo iã olim à Diomede, Donato, alijsq́; viris doctis receptas amplexi sumus. Verũ ante quàm rudi, ac pingui Minerua, vt aiunt, eas describamus, (neq; enim Rudimenta, omnibus numeris absolutæ definitiones decent) nonnulla, quæ eis describendis vsui esse poterunt, ex Varrone subijciemus. Etenim libẽter Ciceronem imitamur, qui lib. 4. ad Attic. sic scriptum reliquit: Velim domum ad tuos scribas, vt mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cum cæteri, tum Varronis: est enim mihi vtendum quibusdam rebus ex ijs libris, ad eos, quos in manibus habeo. Is igitur Varro cui M. Tullius Latinæ eloquentiæ lumen, & ornamentum tantum tribuit, orationis partes lib. 1. de Analo. hoc modo distribuit. Duo sunt genera verborũ, vnum quod declinando multas ex se parit dispariles formas, vt est Lego, legis, legam sic alia: alterum genus sterile, quod ex se parit nihil, vt est Etiam, Vix, Magis, Cur. Idem lib. 3. Prima diuisio in oratione est, quòd alia verba nunquam declinantur, vt hæc Vix, Mox: alia declinantur, vt à limo limabo, à fero ferebam. Secunda diuisio est de his verbis, quæ declinari possunt, quod alia sunt à voluntate, alia à natura. Voluntatem appello, cum vnusquis à nomine alio imponit nomen, vt Romulus, Romæ. Naturam dico, cum vniuersi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non requirimus, quemadmodum id velit declinari, sed ipsi declinamus, vt huius Romæ, hanc Romam. Tertia diuisio est, quæ verba declinat à natura, ea diuiditur in partes quatuor, in vnam primam videlicet, quæ habet casus, neque tempora habet, ut docilis, facilis; & amabilis. In alteram, quæ tempora habet, neque casus, ut docet, facit; amat. In tertiam, quæ utraque habet, docens, faciens. In quartam, quæ neutra, ut docte, & facete. Idem lib. 1. orationem etiam in quatuor partes sic partitur, unam, quæ habet casus, alteram, quæ habet tempora, tertiam quæ habet neutrum, quartam; in qua est utrunq;. Idem lib. 5. de lingua Latina, Verborum declinantium genera sunt quatuor, Vnum quod tempora adsignificat, neque habet casus, ut Lego, legis. Alterum, quod habet casus, neque tempora adsignificat, ut à Lego lectio, lector. Tertiam quod habet utrunque, & tẽpora & casus, ut à Lego legens, lecturus. Quartum, quod neutrum habet, ut ab lego lectè, lectissimè. Idẽ lib. 1. de Analog. Aristoteles duas partes orationis esse dicit, Vocabula, et Verba, ut homo, & equus, & legit, & currit. Utriusque generis, & Vocabuli, & Verbi, quædã priora, & quædam posteriora, ut Doctus, Doctè; dicitur enim homo doctus, & scribit doctè, &c. Paulò inferius. Cum de his Nomen sit primũ (prius enim Nomen est quam uerbũ temporale, & reliqua posteriora quã nomen, & uerbum.) Prima igitur nomina, &c. Verbum temporale appellat id, quod in tempora inclinatur;

casuale

casuale enim est. quod inclinatur in casus. Quoniam igitur nomē prius est, quā uerbum temporale, ab eo initium faciemus.

De nomine.

NOmen est pars orationis, quæ casus habet, neque tempora adsignificat, vt Musa, dominus.

Nomen proprium est, quód res proprias, atque certas significat, vt Romulus, Roma.

Appellatiuum est, quod res communes, atque incertas, significat, vt Rex, oppidum.

Collectiuum est, quod numero singulari significat multitudinē, vt Populus gens, turba.

Substantiuum nomen est, quod per se in oratione esse potest, vt Dux imperat, miles obtemperat.

Adiectiuum est, quod in oratione esse non potest sine substantiuo aperte, vel occulte. Aperte, vt Dux prudens, si strenuos milites, dictoque audientes habeat, facile hostes superabit.

Occulte, vt Qui tertiana laborant, non vescuntur bubula. Hoc est, tertiana febri, bubula carne.

Adiectiuum nomen vel habet tres formas, vt Bonus, bona, bonum: vel duas, vt Breuis, & breue: vel vnam, vt Prudens, felix.

Varro solet nomina propria simpliciter Nomina appellare: appellatiua uero uocabula: item illa finita, hæc infinita. Sequitur, inquit li. 1. de Analog. de nominibus, quæ differūt à uocabulis, ideo quod sunt finita, ac significāt res proprias. ut Paris, Helena: cū Vocabula sint infinita, ac res communes designent, ut uir, mulier. Idem lib. 3. Non idem oppidum, & Roma, cum oppidum sit uocabulum, Roma nomen. Idem lib. 1. Vocabula, ut scutum, gladius. Nomina, ut Romulus, Remus. Hinc Rhetores finitas quæstiones uocant, quæ constāt ex nominibus, quæ finita sunt, ut An inferendum sit bellum Carthaginiēsibus. Infinitas uero, quæ Vocabulis, quæ infinita sunt, ut An inferendum sit bellū hostibus: Propria nomina distribuūt Grammatici in quatuor partes, Prænomen, Nomen, Cognomen, Agnomen, à quibus uarie explicantur. Nos dabimus operā, ne a Varronis. ac Ciceronis sētētia discedamus. Prænomē fuit proprium cuiusque, Nomen totius familiæ cōmune. Cognomē, siue cognomentum aut ex virtute, aut uitio, aut denique euētu aliquo trahebatur. Id duplex erat, alterum hæreditarium, a maioribusq; acceptum; alterū propria siue uirtute, siue uitio partum; posterius uocāt Grammatici Agnomē, quod uidelicet hæreditario accessit, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. Publius Prænomen, propriumque est. Cornelius Nomen est gentilitium, totiq; Corneliæ familiæ commune. Scipio cognomen est hæreditarium, nam id Publius ab auo suo

accepit, qui Scipio cognominatus est, quod parenti cæco pro baccillo fuisset, Africanus Agnomen est, quod Publius sibi deuicta Carthagine peperit. Cicero alijque veteres etiam hoc cognomen vocāt, raroq; Agnominis vocabulo utūtur. Quib. Agnomen erat, non solum prænomine, sed etiam agnomine ipso ab alijs discernebant, sic P. Cornelius Scipio Africanus à fratre L. Cornelio Scipione Asiatico, & M. Tullius Cicero pater patriæ, a Q. Tullio Cicerone secernebātur. Neque Tullius propriū fuit Ciceronis nomen, vt quidam existimāt, sed gentilitiū, vnde ipse Cicero regem Romanorum Seruiū Tullium gentilem suū appellat Tuscul. 1. de Pherecide preceptore Pytagoræ loquens. Fuit, inquit, meo regnāte gētili. Hic tamen Gentilis cognominem, eiusdēq; nominis significat, nisi quis putet Ciceronem per iocum voluisse se ex eadem familia haberi. Nam gentiles, vt idē in Topicis ait, sunt qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, &c. Preterea Ciceronis frater à Cornelio Nepote in vita Attici, Q. Tullius Cicero appellatur, quod si Tullius nomen esset proprium, quo nam pacto, alter ab altero distingueretur? Multo minus fuit proprium Cicero, neque desunt, qui id affirmēt. Qui enim fieri potest, vt & M. Tullius, & Quintus frater, et eorum filij idem proprium nomen omnes habuerint? Nunc videamus an M. Varro nobiscum faciat, qui libro secundo de Analog. vbi ijs respōdet, qui analogiam negabant esse, Cum omnis natura sit aut mas, aut fœmina, aut neutrū, ē asserit debuisse singulis vocib. ternas uocabulorū figuras fieri, vt albus, alba, albū, in multis fieri binas tm̄, vt Metellus, Metella; Ennius, Ennia, in nonnullis singulas, vt Tragedia, Comœdia, sic esse Marcum, Numerium, at Marcam, Numeriam non esse. Idem nominibus seruorū vsu venire, &c. Inter alia, inquit, hanc vocabulorum commutationem in seruis non esse necessariam, quod in eis gentilitia natura non subsit, in vsu. In nostris, inquit, nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, est: itaque ibi apparet analogia, ac dicitur Terentius vir, Terentia fœmina, Terentium genus. In Prænominibus ideo non fit, quod hęc instituta sint ad vsum singularia, quibus discernerentur nomina; gentilitia, vt a numero (liberorum) Secunda, Tertia, Quarta: in Viris vt Quintus, Sextus, Decimus, sic ab alijs rebus. Cum essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, vt aliquid singulare haberent, notabant, forsitan ab eo qui mane natus diceretur, vt is Manius esset: qui luci, Lucius; qui post patris mortem, Posthumus, & cæt. Fuisse prænomen proprium cuiusque, illud etiam maximo argumento est seruos cum essent manumissi propria, & antiqua nomina primo loco retinuisse adiectis dominorum Prænominibus, aut Nominibus honoris causa, sic Ciceronis libertus, Tiro Tullius dictus est: & Pomponij, Eutychides Titus Cæcilius: & Ciceronis Dionysius ex patrono, & Pomponio dictus est, Dionysius Marcus Pomponius. De Tirone Tullio meminit Gellius libro septimo, capite tertio, de cęteris sic scribit Cicero ad Att. libro. 4. De Eutychide gratum,

tũ, qui vetere Prænomine, nouo Nomine T. erit Cæcilius. vt ex me, & te iunctus est Dionysius M. Pomponius. Hoc est Titus, quod tuum vetus est Prænomen, nunc nouum erit Nomẽ liberti tui. Vides queadmodum Eutychides nomẽ proprium serui; factum sit Prænomẽ liberti? & qui ante tãtũ Eutychides erat, nunc fit, beneficio patroni, Eutychides Titus Cæcilius? Quod idem de Marco dictum sit: siquidẽ Marcus Ciceronis Prænomẽ, factum est Nomen liberti. Superest, vt ostẽdamus Agnomen à Cicerone Cognomẽ vocari, erimusq; vno tãtum loco cõtenti. Africanus maior in Somnio sic minorẽ alloquitur. Vides ne illam vrbem, quæ parere pop. Rom. coacta per me, renouat pristina bella, nec potest quiescere, ad quam tu oppugnãdam nunc venis penè miles? hãc hoc biẽnio Consul euertes: eritq; Cognomen id tibi per te partũ, quod habes ex nobis adhuc hæreditarium. Prænomina, vt inquit Donatus, aut singulis literis notãtur, vt C. Cæsar, L. Catilina: aut binis, vt Gn. Pompeius, aut ternis, ut Sex. Roscius. Adiectiua dicta sunt, vt Priscianus li. 1. ait, quod proprijs, vel appellatiuis adijciãtur: quæ alij, vt Diomedes ait, Adiectiones vocãt. Phocas Accidẽtia solet dicere. Probus nomina, quæ ex se aliud genus faciunt. Diomedes nomina diuidit in Fixa, & Mobilia. Fixa sunt inquit, vt pater, mater. Mobilia, vt Bonus, bona, bonum. Alia nec in totũ mobilia, vt Martius, martia: Rex, regina: Leo, leæna. Gallus, galina, Fixa appellat, quæ uocãtur substãtiua, hęc nãq; fixa sunt, neq; è genere in genus mouẽtur; nõ enim dicimus digitus, digita, digitũ, aut oculus, ocula, oculũ, cuius rei causam exponit Varro li. 2. de Anal. legat, cui otium fuerit. Nõnulla tamen mouentur è masculino in fœmininũ, ut Magister, magistra: Dominus, domina. Mobilia uocat, quæ adiectiua dicũtur, quòd moueãtur è genere alio in aliud, ut Doctus, docta, doctum: hic, & hæc breuis, & hoc breue. Accusatiuo Prudẽtem, & prudens. Prudẽtes, & prudẽtia. Cũ veteres singulas adiectiuorum formas, ut supra diximus, per se declinauerint adhibitis articulis, vt hic bonus, huius boni, huic bono, hunc bonum, &c. quam declinãdi rationem etiam hodie nonnulli obseruant, non putauimus describenda substantiua, adiectiuaq; nomina more quorũdam recentiorum, substantiuum, videlicet esse, quod per vnum, aut duos articulos declinatur, &c.

Varia adiectiuorum genera.

INterrogatiuum nomen est, quo de re aliqua quærimus, vt Quis, vter, quantus?

Interrogatiuum substantiæ est, cui respondemus, per nomen substantiuum, vel pronomen demonstratiuum, vt Quis, quæ, quod: Vter, vtra, vtrum. Quis hic loquitur? Dauus. Ille.

Interrogatiuum accidentis est, cui respondemus per nomen adiectiuum, vt Quantus, qualis, quot, quotus, Cuius, cuia cuium, Cuias. Qualis fuit Hector? Fortis, magnanimus.

Relatiuum est, quod nomen antecedens in memoriam reducit: id duplex est, substantiæ, & accidentis.

Relatiuum substantiæ est, quod nomen substantiuum in memoriam reducit, vt Qui, quæ, quod. Lego Ciceronem, qui fuit eloquentissimus Romanorum.

Relatiuum accidentis est, quod in memoriam reducit nomen adiectiuum, vt Quantus, qualis, quot. Cicero fuit eloquens, qualis fuit Hortensius.

Redditiua sunt, tantus, talis, tot, totidem: quæ relatiuis Quantus, Qualis, Quot, ante, vel post redduntur. Vt Quales in republica principes sunt, tales reliqui solent esse ciues. Cura vt talis sis, qualis haberi cupis. Quot homines, tot sententiæ. Totidem ad te literas dedi, quot tu ad me.

Quis, vel qui, quæ, quod: Vter, vtra, utrum: Quātus, qualis, & cætera interrogatiua, quando ponuntur post uerba Audio, video, scio, intelligo, nescio, & alia eiusdē significationis, appellantur infinita, vt Nescio quis sit. Audio quid dicas. Ignoro, quantus, aut qualis sit.

Possessiuum nomen est, quod aut rem possessam, aut ad aliquid pertinentem significat, vt equus regius, miles Pompeianus.

Patrium nomē est, quod patriā indicat, vt Romanus, Atheniēsis.

Gentile nomen est, quod gentem, vel nationem indicat, ut Italus, Græcus.

Partitiuum nomen est, quod aut vnum ex multis significat, aut multa sigillatim.

Vnum ex multis significant, Quidam, aliquis, quispiam, quisquā, vllus, nonnullus, quiuis, quilibet, quæ etiam particularia vocantur.

Quæ multa sigillatim significant fere sunt uniuersalia, vt Omnis, cunctus, quicunque, nemo nullus.

Nomen numerale est, quod numerum significat, cuius uariæ sunt species.

Cardinale est, quod numerum absolute significat, vt Vnus, duo, tres.

Ordinale nomen est, quod numerum ordine digestum significat, aut vltimum ex eo numero, vt Primus, secundus, tertius.

Distributiua, siue diuisiua nomina sunt, quę distributionē, seu diuisionē significant, quib. ferè vtuntur oratores numero multitudinis, vt Singuli, bini, terni, quaterni. Pueri redite domum bini, aut terni, ad summum quaterni: cauete ne singuli eatis. Heus tu dato victorib. quaterna mala, victis singula, ne animis concidant. Quaterna, idest, vnicuique quatuor. Singula, hoc est cuique vnum.

Quis, quantus, qualis, & cętera interrogatiua plerique ueterum existimauerunt esse pronomina, excepto Prisciano: Varro, Quis, appellat Prouocabulum, qua de re in pronominum declinatione diximus, & paulo post in Pronominis descriptione apertius dicemus, & quo Prouocabulum a Pronomine differat. Interrogatiua Quoteni, quotuplus, quotuplex, quotennis, silētio inuoluimus, propterea quod sint inusitata: nā in illo Ciceronis ad Att. lib. 12. Is opinor, ita partes fecit in ripa nescio quotenorū iugerū. vt certa pretia constitueret, quæ mihi nota non sunt: Quotenorum Quot significat. Cuius, cuia, cuium, usitatum quidem fuit apud ueteres.

Plaut. Curcul. Cuiam uocem audio?

Terrent. An. Cedo, cuium puerum hic apposuisti?

Cic. 3. Verr. Ut optima conditione sit, is, cuia res sit, cuium periculum Idem. 5. Verr. Apronius certiorem facit istum, cuia res erat, quid rei esset. Virg. Egl. 3.

Dic mihi Dameta, cuium pecus? an Melibœi?

Eius tamen loco fere utimur genitiuo prouocabuli Quis, quæ, quod. Ad quātus respōdetur magnus, paruus, lōgus, breuis, &c. Ad Qualis, Bonus, malus, peritus impitus &c. Ad quot, Vnus, duo, tres, quatuor, &c. Ad Quotus, Primus secūdus, tertius, etc. Ad Quoteni, Singuli, bini, terni, etc. Ad Quotuplus, Simplus, duplus, triplus, &c. Ad Quotuplex, Simplex, duplex, triplex, &c. Ad Quotēnis, Biēnis, triēnis, quadriēnis, &c. & anniculus, bimus, trimus, quadrimus, Ad Cuius, a, um pronomina possessiua, ut Meus, tuus suus, noster, uester: aut genitiui nominū, vt Cuia est vestis? Mea, vel Cæsaris. Ad Cuias, nomina patriæ, vel gentilia, aut sectę, vt Cuias es? Romanus, Italus, Stoicus. Ne mirētur tyrones idē nomē, & interrogatiuū. & relatiuū, & infinitū esse; diuersis enim locis, ac sensu id usu venit. Quis, et Quid nunquā sūt relatiua, sed aut interrogatiua aut infinita: Nominibus distributiuis frequēter vtūtur & Oratores pro cardinalibus. Ci. 3. de Orat. Itaque illi ueteres, &c. Terna, aut bina, aut nōnulli singula etiā uerba dicebant, &c. Idē. 4 Verr. Doceas oportet aliquo in loco Siciliæ prætore Verre, ternis denarijs tritici modiū fuisse. Ibid. Nā cū ex S. C. & ex legibus frumētū ei in cellā sumere liceret, idq; frumētū senatus ita estimasset, ternis sestertijs tritici modium, binis ordei, &c. Ibid. Cū in Sicilia sestertijs binis tritici modius esset; summū sestertij ternis. Interdū in eadem re cardinalibus vtitur. Ibid. Nā ego tribus denarijs vendere nō possū. Ibid. Antonius tribus denarijs ęstimauit. Varro lib. 4. de ling. Lat. Denarij, ꝙ denos æris valebāt, quinarij, ꝙ quinos. Idē lib. 2. de Anal. Etiā in hoc reprehendunt, quod quedā uerba, neq; personas habent ternas, neq; tēpora ternā. Idē li. 1. Nēpe esse oportebat vocis formas ternas, vt in hoc, Humanus, humana, humanū: sed habēt q̄dā binas, vt Ceruus, cerua quedā singulas vt Aper, sic multa. Sic Plinius frequēter loquitur li. 8. c. 36. de Vrsis. Mares quadraga

nis diebus latent, fœminæ quaternis mensibus. Idem li. 9. c. 3. Quaternum iugerum balenæ, pistres ducenum cubitorum. Itaque hæc nomina cum simpliciter numerum significant, non solum iunguntur cum iis, quæ numero singulari carent, ut bina, ternæ literæ, scalæ; bina, terna castra, & cæteris eiusdem generis: sed etiam, cum iis, quæ utrunque numerum habent, vt ante planum factũ est, Leguntur etiam numero singulari, maxime apud poetas, & historicos.

Virg. 5. Aen. — terno consurgunt ordine remi.

Idem li. 10. It grauis Auletes, centenaque arbore fluctum

Verberat aßurgens.

Plin. li. 17. c. 23. Traduces Gallica cultura bini utrinque lateribus, si pes quadrageno distet spacio, quaterni, si vieno inter se obuij miscentur.

De nominibus positiuis, comparatiuis, & superlatiuis.

NOmen positiuum, siue absolutum est, quod rem absolute, simpliciterque significat, vt Magnus, Paruus.

Comparatiuum est, quod rem vel attolit, vel deprimit, vt Maior, Minor.

Superlatiuum est, quod rem uel in summo, uel infimo loco collocat, ut Maximus, Minimus.

Nomina comparatiua, & superlatiua fiunt a nominibus adiectiuis, quibus aduerbia Magis, & Minus recte adiungi possunt, vt Iustus, Fortis.

APPENDIX.

Nomina substantiua, pronomina, item interrogatiua, relatiua, infinita, redditiua, possessiua, partitiua, numeralia, patria, gẽtilia, & quæ materiam adsignificant, vt aureus, argenteus, cedrinus, ad hæc frugifer, almus, mediocris, omnipotens, medius, modicus, hesternus, fugitiuus, errabundus, moribundus, & nonnulla alia, neque comparatiua, neque superlatiua pariunt.

A quo casu formentur comparatiua, & superlatiua.

Comparatiua fiunt a casu, i, litera finito, addita syllaba, or: superlatiua vero addita litera, s, & syllaba simus, vt Iustus, iusti, iustior, iustissimus: Fortis, forti, fortior, fortissimus.

Exceptio I.

Positiua Er, syllaba terminata gignunt superlatiua, adiecta syllaba Rimus, vt Tener, tenerrimus: Saluber, saluberrimus.

II. Exceptio.

Facilis, humilis, similis, superlatiua pariunt, syllaba is, mutata in limus, Facillimus, humillimus, simillimus.

III. Exceptio.

Nomina, quæ ante, vs, syllabā vocalem habent, raro comparatiua, aut superlatiua gignunt, vt Idoneus, noxius, arduus. Pijssimus tamen, & strenuissimus, & nonnulla alia apud probatos autores leguntur.

IIII. Exceptio.

A nominibus ex verbis Facio, Dico, Volo compositis, comparatiua in Entior, superlatiua in Entissimus exeunt, vt Magnificus, magnificentior, magnificētissimus. Maledicus, maledicentior, maledicentissimus. Beneuolus, beneuolentior, beneuolentissimus.

Anomala, siue Inæqualia.

Bonus,	Melior,	Optimus,
Malus,	Peior,	Pessimus.
Magnus,	Maior,	Maximus.
Paruus,	Minor,	Minimus.
Multus,	Plus,	Plurimus.

Multo plures appellatiui nominis species a Diomede, Donato, & Prisciano recensentur: nos his fuimus contenti, relicturi etiam nonnullas, maxime in quibus substantię & accidentis fit mentio, nisi in cōstructione a nōnullis usurpandę essent. Quintiliani ætate iam Positiua Absoluta dicebātur, & comparatiui uox in usu erat, li. 9. ca. 3. Vtimur, inquit, uulgo & comparatiuis pro absolutis, ut cum se quis infirmiorem esse dixerit. Varro li. j. de Analog. uocat genus declinationis augendi. Ait enim cum de uocabulis agit, eorum quatuor esse genera declinationum, vnum nominādi, ut ab equo equile: alterum casuale, ut ab equo equum: tertium augendi, ut ab albo albius: quartum minuendi, vt a cista cistula. Apud quem uerbum Declinandi non solum significat in casus inclinare, sed etiam deducere, ac deriuare, quod idem de uocabulo Declinationis dictum sit. Plautus interdum risus, ac uoluptatis gratia a substantiuis nominibus superlatiua fingit, Penul. — ò patrue, ò patrue.

Mi patruissume. Et paulo post — patrue mi patruissume. Idem ipse more suo, & Græcorum Ipsissimus dixit a pronomine ipse: sic Aristoph. in Plau. αὐτότατος ab αὐτός deduxit. Idem a Pœnus, uel potius Punus comparatiuum finxit in Pœnul. — nullus est me Pœnus Punior. Priscianus Punus legit. Gellius li. 3. ca. 3. more Plauti, ut ipse ait, uersus Plautinissimos dixit. Positiuum Veter priscis temporib. fuit in usu. Ennius,

Cum ueter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

Vnde est superlatiuū Veterrimus. Vide Priscian. Maturrimus uidetur factū a Matur positiuo obsoleto: dicitur etiā maturissimus. utrūq; inuenitur apud idoneos autores. Sinister, & Dexter cōparatiua sinisterior, & dexterior habent: superlatiua nulla videtur esse, nā sinistimus, & dextimus apud priscos

sinistrum;

propio, proximus. Post, posterior, postremus: Vltra, vlterior, vltimus. Diomedes li. 1. hęc ab aduerbijs deducit: siquidem præpositiones, vt idē docet, aduerbia fiunt, quandiu sine casibus enūciantur, Neque πρωτότυπον, vt ipse ait, habent, præter citra πρωτότυπον ὄνομα vocant Grçci nomen primitiuū, siue primigeniū. Itaq; negat intra, infra, supra, & cætera habere primitiua, cuiusmodi esset Inter, a, um, Infer, a, um, &c. Citra primigenitū habet Citer quo Cato vsus est. Vide Prisc. lib. 3. Exter etiā apud Stat. lib. 11. Theb. legitur, vt idem Priscianus docet: vbi tamē quidā Extet legunt. Penitior, & penitissimus, quorum vtrunque perquā vsitatū est, è primitiuo Penitus, a, um, deducta sunt. Plaut. Asin. Etiamne age quæso hercle vsq; ex penitis faucibus?

Ocyor, ocyssimus à Græco nomine ὠκύς fiunt. Vide eundē lib. 15. Ex his q̄ diximus, facilè est intelligere, ab adiectiuis nominibus potissimū fieri cōparatiua, & superlatiua. Adiectiuorū nomine etiā participia sunt accipiēda, quę non solum, cum in nomina migrant, sed etiam, cū participij vim obtinēt, interdum cōparantur. Cic. ad Cornific. lib. 12. Cęteris omnibus rebus habeas eos à me commēdatissimos. Quidā putant pauca hæc, quæ ab aduerbijs fieri docēt Diomedes, Donatus, & Priscianus, à primigenijs absoletis deduci. A uerbis Detero, et Potior arbitrātur quidā deterior, deterrimus, potior, potissimus nasci: alii, quod vero potius videtur, à nomine obsoleto Deter, & à Potis, & pote. Sunt quædā. inquit Diomedes, quæ tantum superlatiuū habent, ut Nouissimus, summus: quibus nomen Imus uidetur adiungendū. Prisci aliquando à superlatiuis superlatiua deducebant. C. Graccus apud Gellium. li. 15. c. 12. Omnium nationū postremissimū, nequissimumq; (me) existimate: fortè Aristotelē est imitatus, qui ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου postremus ἐσχατώτατος postremissimus formauit. Vide Prisc. lib. 3. A Proximus, Proximior, siue cum de cognatione sermo est, quo frequēter utūtur iuris periti: siue de rebus aliis. Senec. epist. 109. Ita tamen ut modum seruem, & quidem continentiæ proximiorem.

De Pronomine.

PRonomen est, quod loco nominis positum, certam finitamque personam adsignificat.

Pronomina partim sunt primitiua. partim deriuatiua.

Primitiua, siue primigenia dicuntur, quæ prima sunt, & à se orta, vt Ego, tu, sui, hic, iste, ille, ipse, is.

Deriuatiua, vel potius deriuata sūt, quę ex alijs oriūtur, vt Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras.

Ex his.

Demonstratiua sunt, quæ rem demonstrant, vt Ego, tu, hic, iste, ille, ipse, is.

Horum

Horum quinque Hic,iste,ille,ipse,is,& ex eo compositum, Idem. Relatiua dicuntur, cum rem antecedentem in memoriam reducunt, vt Virgilius carmina composuit,idemque ipse ea cecinit.

Possessiua sunt,quæ possessionem significant, vt Meus, tuus,suus, noster,vester.

Gẽtilia,siue Patria sunt,quæ non solum gentem, vel patriam, sed etiam partes,sectam ue adsignificant,vt Nostras,vestras.

Reciproca duo sunt;vnum primitiuũ,nimirum, Sui; alterum deriuatiuum, Suus.

M.Varro lib. 2.de Analog.partem orationis Appellandi, siue quæ tantũ casus habet,in Nomen, & Articulum distribuit, Rursus, Nomen in duas partes,vnam quæ etiam Nomen dicitur,alteram,quæ Vocabulum.Nomen, vt ante diximus,vocat,quod grammatici proprium nomen appellant. Vocabulum,quod ijdem Appellatiuum dicunt. Articulum uero in Prouocabulũ, & Pronomen diuidit, quorum illud ait esse infinitum, vt Quis, quæ;hoc finitum, vt Hic, hæc. Itaque pronomina docet esse finita, hoc est, certam finitamque personam adsignificare, cuiusmodi sunt hæc quindecim,significant enim rem,vel vt demonstratam,vel vt relatam,vel vt possessam,vel vt ad gẽtem,aut patriam,sectam ve spectantem:quæ omnia certæ, finitæque personæ discrimen secum afferunt. quare pronomina ipsa verbis præstant. Quamuis enim verba primam,& secundam personam aperte definiant,vt amo amas, tertiam tamen haudquaquam difinire possunt.Cum enim exempli gratia,dicitur,Occidit,incertum est quisnam occiderit, fuerit ne ciuis, an peregrinus, amicus,an inimicus, vir,an mulier,homo deniq;,an bellua.Quã ob cãm summo iure Apollonius,vt refert Priscianus, li. 12. Tertias verborum personas infinitas appellauit. Excipit Theodorus Gaza ea,quæ grammatici Exceptæ actionis,siue ad Naturam pertinentia vocant,vt pluit, ningit, &c. quorum nominandi casus facile intelligitur. Tertiæ uero pronominum personæ apertissime vel demonstratione, vel relatione,vel possessione, vel gentis,patriæ, sectæ ue communione definiuntur. Unde Aristarchus, vt inquit Gaza lib.4. συζύγους εἶναι τοῖς προσώποις τὰς ἀντωνυμίας dixit, hoc est,pronomina cognata esse personis. Audiamus ipsum Varronem. Diuiditur,inquit,oratio in quatuor partes; vnam, quæ habet casus;alterã,quæ habet tempora:& tertiam quæ habet neutrum;& quartam,quæ habet vtrunque. Has vocant quidam Appellandi,Dicendi,Adminiculandi, Iungendi. Appellãdi,vt homo, & Nestor. Dicendi,vt scribo,& lego, Iungendi,vt At, quæ. Adminiculandi, vt docte, commode. Attende diligenter, quæ sequuntur. Appellandi partes sunt quatuor,e queis dicta a quibusdam prouocabula,quæ sunt vt Quis,quæ. Vocabula,vt scutum gladius. Nomina,vt Romulus,Remus. Pronomina,vt Hic,hæc. Duo media dicuntur Nomina;prima,& extrema Articuli. Primum genus est in-

est infinitum, secundum ut infinitum, tertium ut finitum, quartum finitū. Hæc quamuis prima specie videātur obscuriora, adhibita tamen explicatione, apertissima fiunt. Expendamus singula. Primum genus est infinitum. Iure optimo prouocabula, ut Quis, Qualis, & quæ sunt generis eiusdem incerta, ac infinita nominat. Cum enim, uerbi causa dicimus, Quis tibi nocuit? nihil certe significamus, siquidem prouocabulū Quis, & ciues, & peregrinos, & hostes, & socios, & seruos, & dominos, & iuuenes, & senes, deniq; animātes, & rationis participes, & expertes potest significare. Secundum, vt infinitū. Quāuis vocabula, siue appellatiua, ut nunc loquitur, ad prouocabulorum naturā proxime accedant, significant enim rerum species, & genera, hoc est, res communes & incertas; vt homo, animal, certius tamen res ipsas significant, ac definiunt, licet in vniuersum, quam prouocabula: quare ea non simpliciter infinita, sed tanquam infinita appellauit. Solet ille quidem aliquot locis simpliciter infinita appellare Vocabula, hic tamen quia comparate loquitur, Vt infinita appellat: quod idem de Nominibus, quę Finita simpliciter interdum appellat, dictum sit. Tertium ut finitum, quartum finitū. Pulchre quid inter proprium nomen, & pronomen intersit, hic ostendit. Tertium genus hoc est, propria nomina non uocat simpliciter finita, sed ut finita. quartum uero, id est, ꝓnomina appellat finita simpliciter, idq; meritissimo, certius enim aliquid significamus, atque definimus pronominib. quam proprijs utentes nominib. Nam si dicam, Hic est meus pater. Ille est meus frater: multo certius, & apertius loquar, quam si dicam, Demea est meus pater. Aeschynus est meus frater: fieri enim potest, ut plures sint Demeę, & plures Aeschyni. Quidam pronomen definiunt, quod loco nominis proprij ponitur: quod & si frequentissime usu ueniat, sunt tamē quædā, q̃ non raro loco appellatiuorū ponuntur. Cic. ad Att. 2. Eūti mihi Antiū uenit obuiā tuus puer, is mihi literas abs te reddidit.

Teren. And. — fuit olim quidam senex,
Mercator, nauem is fregit apud Andrum insulam,
Is obijt mortem.

Cic. 2. Offic. Hāc ego consuetudinē benignitatis, largitioni munerū antepono, hæc est grauiū hominū: illa quasi assentatorū populi. Liu. li. 10. bel. Pu. Melior, tutiorq; est certa pax, quā sperata victoria: hęc in tua, illa in deorū manu est. Pronomen ipse à Græcis, ut Priscianus lib. 12. inquit, ἐπιταγματικὸν dicitur, hoc est, subiunctiuum, vt idem explicat, quod subiungatur alij pronominibus, vt Ego ipse, tu ipse, ille ipse, hic ipse, iste ipse, is ipse. Est enim omniū personarum, sed proprie tertiæ, vt placet eidem Prisciano, quo pacto docet certam personam adsignificare.

Reciproca suo loco explicabuntur, hic enim tantum fuerunt numeranda. Sui, & Suus non sunt proprie relatiua: nam quæ vere relatiua sunt, semper egēt verbo diuerso a præcedenti, & nisi sensus aliquis præcedat, locū non habent.

Reci-

Reciproca vero ſæpenumero uno verbo ſunt contenta, nullo præcedēte ſenſu: vt Pompeius ſe defendit. Cæſar hortatur ſuos milites. Probus, Diomedes, Donatus, Seruius, ut in pronominum declinatione diximus, prouocabula, Quis, quantus, qualis, &c. uocant pronomina infinita, quo ſenſu accipiēdum eſt id, quod eodem loco ſcripſimus, Varronem pronomina in prouocabula, & pronomina diſtribuiſſe.

De Verbo.

VErbum eſt pars orationis, quæ modos, & tempora habet, neque in caſus declinatur.

Verbum duplex eſt. Perſonale, & Imperſonale.

Perſonale eſt, quod omnes perſonas vrriuſque numeri habet, vt Amo, amas, amat. Pl. Amamus, amatis, amant.

Imperſonale eſt, quod prima, & ſecunda perſona vtriuſque numeri, & tertia multitudinis fere priuatur, vnde & nomen traxit. Id duplex eſt, alterum Actiuæ declinationis, vt Pudet, pœnitet: alterum Paſſiuæ, vt Pugnatur, curritur.

Verbum perſonale, diuiditur in quinque genera, Actiuum, Paſſiuum, Neutrum, Commune, Deponens.

Actiuum eſt, quod litera, o, finitum, paſſiuum fit, addita litera r, vt Amo amor.

Paſſiuum eſt, quod ſyllaba, or, finitum, actiuum fit, R. litera abiecta, vt Amor, amo.

Neutrum eſt, quod, m, vel, o, literis finitum, ex ſe paſſiuum perſonale non gignit, vt Sum, Sto, Seruio, neque enim dicitur Stor, aut Seruior.

Commune eſt, quod, or, ſyllaba tantum finitum, actiui ſimul, & paſſiui ſignificationem habet, præcipue participium præteriti temporis, & quæ eius adminiculo ſupplentur, ut Depopulor, Complector.

Deponens eſt, quod, or, ſyllaba tantum finitum, actiui, vel neutri ſignificationem habet, ut Sequor, vtor, morior.

De variis verborum formis.

INchoatiuum, verbum eſt, quod rem quidem inchoatam, ſed ad finem, perfectionemque tendentem ſignificat, vt Caleſco, id eſt, Calidus fio, Frigeſco, Frigidus fio.

Perfectum eſt, quod rem perfectam, abſolutamque ſignificat, vt Caleo, Frigeo.

Meditatiuum verbum eſt, quod aſſiduam alicuius rei meditationem ſignificat, vt Eſurio, cænaturio: qui enim eſurit, ac cœnaturit, nihil aliud quam cibum, cœnamque meditatur.

Frequen-

Frequentatiuum, siue Iteratiuum est, quod rei frequentationem, iterationemque significat, ut Rogito, as, lectito, scriptito.

Diminutiuum, uel potius diminutum est, quod minus, quàm id, à quo ortum est, significat, ut Sorbillo, à Sorbeo.

M. Varro hanc orationis partem modo Verbum temporale appellat li. 2. De Analo. Quod ad uerborum temporalium rationem attinet, cũ partes sint quatuor, temporum, personarum, &c. & lib. 1. Prius enim nomen est, quam uerbum temporale. Modo vocabulum, quod inclinatur in tempora (sic enim ueteres loquuntur declinari in tempora, in casus, non per tempora, per casus) Gell. lib. 1. cap. 16. Quum sint alia pleraque vocabula, quæ in singulos tantũ casus, quędam etiam in nullum inclinentur. Varr. 2. de Anal. Ego declinatus verborum & uolũtarios, & naturales esse puto. Voluntarios, quibus homines vocabula imposuerint reb. quadam, ut à Romulo, Roma: à Tybure, Tyburtes. Naturales, ut ab impositis uocabulis, quæ inclinantur in tempora, aut in casus, ut à Romulo, Romuli, Romulum: & à Dico, dicebam, dixeram. Ibid. Dicunt, quòd uocabula literarum Latinarum non declinentur in casus, non esse analogias. Modo partem orationis, quæ tempora habet, neque casus habet. Modo, quæ tempora adsignificat, neque casus habet.

Quid sit verbum Impersonale, in quot partes diuidatur, & unde dictum, de M. Varronis potissimum sententia.

EA iã vbiq; terrarũ uerba Impersonalia, quãuis nullo suo merito, inuidia flagrãt, ut quotiescũq; eorũ faciẽda sit mẽtio, toties ipsorũ defensio nobis necessario suscipiẽda sit. Sed q̃d nostro patrocinio opus est, cũ M. Varronẽ Romanorũ omniũ eruditissimũ sibi patronũ adoptarint? Etenim li. 3. de Analo. ubi de Articulis, hoc est, prouocabulis, & pronominib. egit, uerbũ ipsum in Personale, & Impersonale hoc modo distribuit. Quæ uerba tẽpora hẽnt, neq; casus, si habẽt p̃sonas, eorũ declinationũ species sunt sex: Vna, q̃ dicitur tẽporalis, ut Legebã, gemebã. Lego, gemo. Altera Personarũ, ut Sero, meto: Seris, metis; Tertia Rogãdi, &c. Idẽ paulo inferius. Itẽ sũt declinationũ species quatuor, q̃ tẽpora habẽt sine p̃sonis. In rogãdo, ut Foditurne, seriturne, & Fodieturne, et sereturne? Respõdẽdi species eadẽ figura fiũt, extremis syllabis demptis. Optãdi species, ut Viuatur, ametur, &c. Verba, q̃ personas habẽt, uocat Varro, q̃ posteri Personalia appellarũt. Quę uero tẽpora habẽt sine p̃sonis, q̃ recẽtiores Impersonalia, sine p̃sonis, idest sine p̃cipuis p̃sonis, prima uidelicet, & secunda q̃ speciẽ p̃sonarũ, siue Personalẽ efficiũt, ut ex eodẽ ipso Varrone modo audisti. Altera personarũ, ut Sero, meto. Seris, metis. Tertia siquidẽ persona

sona cũ sit infinita, vix Personæ nomine digna est, cuius propriũ est definire, vt Sum, es: Sto, stas. At si Est, Stat, pronũcies, q̃s obsecro te intelligat, cũ pos sint hęc uerba infinitis vocabulis accõmodari: Ob quã fortasse cãm Probus Impersonalia appellauit verba declinationis infinitæ. q̃ tertias tãtum perso nas habeant, quas Apollonius, vt supra dictũ est, infinitas uocat. Phocas De fectiua appellat, propterea ꝙ prima, & secũda deficiũt. Et primũ, inquit, cũ de Defectiuis agit, de Impersonalib. quæ aut sunt secundæ coniugationis, aut tertiæ, quãtũ ex tertia ꝑsona contẽplari licet. Donatus itidem Edit. 2. Defecti ua nominat: quem locum explicans Sergius, Hoc ipsum, inquit, verbũ imper- sonale defectiuũ est, sublatis enim duab. personis prima & secũda, tertia vti que superest. Idẽ Quint. li. 1. c. 4. significat, cum inquit, Iã, Itur in antiquã syl- uã, nonne propriæ cuiusdã rationis est? Nã quod initium eius inuenias? Hoc est dicere, Itur, quidẽ tertia persona est, quæ initio caret, prima videlicet Eor, & secunda Iris, vel Ire. Idẽ paulo post, Quid, q̃d multa verba non totũ decli nationis ordinẽ ferunt? Quædã & mutantur, vt Fero in præterito. Quędam tertiæ demum personę figura dicuntur, vt Licet, Piget. Sic Diomedes li. 1. Im personalis verborũ declinatio personæ tertiæ formã habet. Et eodẽ c. ubi mu ta impersonalia posuit, Hæc, inquit, primã, & secundã personam non habẽt, per tertiã tres personæ, addito pronomine significãtur: Figura hic apud Quin tilianũ, & Forma apud Diomedem significant Terminationẽ, siue finem, exi- tumue: quo modo ueteres, præsertim Varro loquũtur li. 1. de Anal. Nẽpe esse oportebat vocis formas ternas, vt in hoc Humanus, a, um: sed habent quæ dam binas, vt Ceruus cerua: quædam singulas, vt Aper, & sic multa. Idem lib. 2. Cum omnis natura sit aut mas, aut fœmina, aut neutrum, de- buisse ex singulis vocibus ternas figuras vocabulorum fieri, vt Albus, a, um: nunc in multis fieri binas, vt Metellus, Metella: Ennius, Ennia: in nonnul lis singulas, ut Tragædia, Comędia. Habent itaque impersonalia personã ter- tiam, qua si destituta essent, qui fieri poßet, vt casum ante se haberent? Ve- rum enimuero cum ante se casum recipiunt, Finita dicenda sunt, tunc enim et numerus, & persona apertissimè definiuntur, vt Vita hæc, quæ viuitur, potius mors, quam vita dicenda est. Item, Curritur campus, mare nauigatur, tertia viuitur ætas, tota mihi dormitur hyems. Cato apud Gellium li. 10. c. 14. Con- tumelia mihi factum itur.

Terẽ. Adel.	*— facite quod vobis lubet.*
Idem, ibi.	*Non te hæc pudent?*
Plau. Stich.	*Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.*
Terẽ. Phor.	*— quare obsecro,*
	Ne plus minusue faxit, quod nos postea pigeat.
Cic. 1. de Of.	*Quo in genere etiam multa in rep. peccantur.*
Ouid.	*— noctes vigilantur amaræ.*

Tacit.

Tacit.lib.17.Nec enim hic,ut cæteris gentibus,quæ regnãtur,certa dominorum domus.Idem de Germanis.Trans Lygios,Gothones regnantur, paulò iam addictius,quam cætera Germanorum gentes.Pli.lib.6.c.20. Ab ijs gẽs Pandæ sola Indorum regnata fœminis.Sunt hæc, & alia eiusdem generis cũ prima, & secunda persona deficiantur, (quæ propriè Personalem speciem efficiunt) Impersonalia quidem sed Finita. Hæc fortassis, inquies, fuiße aliquando integra Plautum dixisse in Casin. Ita nunc pudeo.

Et in Menæh. Adolescens quæso loquere tuum mihi nomen, nisi piges. Etiamne miseris hanc vnam tabulam,quę ex tanto naufragio superest,extorquebis? Iniuriũ est.Cum uero pręcedẽs casus ita desideratur,ut uix subaudiri possit,tunc infinita licebit appellare,quod & numerus,& persona,aut contra communem loquendi consuetudinem, aut difficillimè definiantur. Liu.1. ab Vrb.Siccitate eo anno laboratum est.Ibid. Ad Ianiculum forte ventum erat.Teren.Adelph.Ceßatum usq; adhuc est.Cic.pro Quint. Ad me uentum est.Idem ad Att.lib.10.Hic maneri diutius nõ potest.Ad eundem lib.2.Itẽ ante non esse itum obuiam,cum iri maxime debuit.Vbi enim reperiemus,casus qui hæc,& similia possint antecedere.An labor,ventio,cessatio, mansio, itio Cessatio cessatum est,itio itum est,non patitur Latini sermonis consuetudo.Dicet fortasse aliquis confugiendum esse ad nomina uerborum,hoc est ad uerba infiniti modi,quæ nominum partes agunt,ut Laborare,laboratum est, Venire,uẽtum est:Cessare,cessatum est,&c. eodem modo:quo remedio solęcismum quidem subterfugiemus: sed quis unquam sic est locutus?Si quis vero existimat,Ceßatum est,pugnatum est,& alia id genus nomina esse,nõ uerba,legat P.Nigidium apud Gellium lib.17.c.7.quod supra attulimus,cũ de præterito paßiuo egimus. Legat Varronẽ li.3.de Analo.vbi Amatus eram, amatus sum,amatus ero,docet esse verba perfecta,Amabar,amor,amabor, infecta.Prætera illud Ciceronis 2.de Finib.Primũ Aristippi,Cyrenaicorũq; omnium, quos nõ est veritum in ea voluptate,quæ maxima dulcedine sensum moueret,summũ bonum ponere,quo pacto tuebimur? Planè,Non est veritũ, impersonale est infinitum,potest enim numerũ vtrunq;,personã quãcũq;,genus item masculinũ,femininũ,& neutrũ,admittere more infiniti illius prisci, Rum,syllaba terminati, quod vtriq; numero pſonę ac generi cuiuis accõmodari potest.Quẽ nõ est veritum,quã nõ est veritum,quas non est ueritũ, &c. Ac merito Gel.lib.13.cap.15.Veritum,inquit,sicut Puditũ,& Pigitũ non personaliter per infinitum modum dictum esse,non à vetustioribus tãtũ uidemus sed à M.quoque Tullio in 2.de Finibus.&c. Duo dicit Gellius,Non personaliter, hoc est, Impersonaliter. Per infinitum modum,idest, per eundem modum,ac loquendi rationem,quæ numeris,personis,generibus libera,ac soluta est:neque enim Cicero hic infinito,siue infinitiuo modo usus est. Sed appellauit hunc loquendi modum infinitum, ut lib.1. cap.7.appellat futurũ priscũ,

Rum, syllaba terminatum, Modum indefinitum, qui modus, vt idem ipse eodem capite dicit, neq; numeris, neq; generibus præseruiẽs, liberum vndiq;, et impromiscuum est, & paulo inferius. Qui modus, inquit, neq; in numeros, neque in psonas, neq; in genera, neq; in tempora distrahitur. Nisi forte quis dicat figuratam esse locutionem; Vt enim dicitur. Venit mihi in mentem illius diei, pro Ille dies uenit mihi in mentẽ, est enim hellenismus, vt Prisci. 18. & Budæus in Comment. linguæ Græc. docent, sic Quos non est veritum, pro Qui non sint veriti. Possunt enim impersonalia duobus modis recipere casum nominandi, altero, cum genitiuus mutatur in nominatiuum, vt Non te horum pudet? Teren. Adelph. Non te hæc pudent? Et me quidem huius conditionis nunc non pœnitet. Plaut. Stich.

Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.

Altero, cum accusandi casus in nominandi vertitur. Accius apud Nonium Marc. Si tui veretur te progenitoris, cedo. Pacuuius apud eundẽ, Nihilne te populi veretur, q vociferere in uia? Pro Si vereris tui genitoris, hoc est, tuũ genitorem, (nam prisci, vt hic docet Nonius, Vereor genitiuo adiũgebant) & Nihilne vereris populi, &c. cũ persona anteriore casu definiri non potest, posteriore definiẽda est. Exempli causa. Reclamatũ est, Inseruitũ est, Pugnatum est, additis ablatiuis definiuntur. Cic. pro Domo sua, Ab vniuerso Senatu reclamatum est. Idem Appio lib. 6. Nihil est à me inseruitum temporis causa. Idem lib. 3. de Offi. Cum à consulibus male pugnatum apud Caudium esset. Sed hæc hactenus. Vnde fiant Impersonalia, & quæ ad eorum constructionem spectant, suo loco inuenies.

De verborum generibus.

IN Verbi cõstructione pluros inuenies distributiones, hic quinque partita à Diomede, Donato, alijsque veteribus recepta, fuimus contenti. Varro lib. 3. de Anal. Actiuum verbum appellat speciem faciendi, vt Vro, Vngo. Passiuum speciem patiendi, vt Vror, Vngor. Gellius illud verbum agens, hoc verbum habens patiendi figuram, siue verbum patiendi lib. 18. ca. 12. Id habitum est in oratione facienda elegantiæ genus, vt pro uerbis habentibus patiendi figuram agendi aponerent, ac deinde hac vice inter se mutua verterẽt.

Plaut. Quid est hoc? rugat pallium.

Amictus non sum commodè.

In Asinaria quoq;, Contẽples dicit, pro Contempleris. Varro in libris, quos ad Marcellũ de lingua Latina fecit, In priore verbo graues prosodiæ, quæ fuerunt, manent, reliquæ mutant, inquit elegantissimè, pro mutãtur. Verba autẽ patiendi, pro agentibus in omnibus fermè veterum scriptis reperiũtur, ex quibus sunt pauca ista, quę nunc meminimus. Muneror te, pro munero: & significor, pro significo: & assentior, pro assentio, &c. Quintilianus li. 1. ca. 6. Vocat verba, quæ habent naturam patiendi, vt Proficiscor. Idẽ. 9. c. 3. sic loquitur,

Quæ

Quæ facimus patiēdi modo dicere, vt arbitror, suspicor, & cōtrafaciēdi, quæ patimur, ut uapulo. Nonius Marcellus de contrarijs generibus verborū, Acti uum, & passiuū solet appellare, vt pleriq; grāmatici, Aucupaui, inquit, acti uum positū pro passiuo. Titinnius Veliterna, Id ego aucupaui, plenas aureis affero. Plaut. Trucul. Lapide ecastor aucupaui. Ex his locis intelligimus Quin tilianū, Gellium, & Nonium, quæ Diomedes, & Donatus, & Priscianus, alij que grāmatici vocant Deponentia, appellasse verba patiendi, aut quæ figu ram, siue naturam patiendi habent, aut passiua. Sūt Deponentia, passiua qui dem, sed voce, siue exitu tantum. Communia eodem nomine à Gellio dicun tur lib. 15. c. 13. Vtor, & vereor, & hortor, & consolor, communia verba sunt, ac dici vtroq; versum poßunt. Vereor te, & abs te, idest, tu me vereris: vtor te, & abs te, id est, tu me uteris, hortor te, & hortor abs te, id est, tu me hortaris: consolor te, & consolor abs te, idest, tu me consolaris. Testor quoque, & interpretor significatione reciproca dicuntur. Sunt autem uerba hæc ex altera parte inusitata. & an dicta sint in eam quoque partē quæri solet, &c. Affert nonnulla exempla ex priscis. Paulo post, Testata itidem, & Interpretata eadem ratione dixit M. Tullius in 1. libro de Diuinatione, vt Testor, interpretorq; Verba communia videri debeant. Sallustius quoque eo dem modo. Dilargitis proscriptorum bonis, dicit tanquam verbū Largior sit ex verbis communibus. Idem paulo inferius, Dignor quoque, & Veneror, & Confiteor, & Testor habita sunt in uerbis communibus. &c.

Pauca reperiūtur hodie verba, quę pręsenti tēpore, ac præterito imperfe cto in vtrāque partē dicātur. Senec. epist. 91. Infirmiores à validioribus tue bantur. Illud Liuij lib. 1. Dec. 3. Ipse in insulā Melitā, quæ à Cartaginiēsibus tenebatur, traiecit: vitiose legitur a quodā, Tuebatur. Itē illud Plinij li. 8. c. 50. de capris. Tradunt & noctu non minus cernere, quam interdiu, ideo si ca prinum iecur vescātur, restitui Vespertinā aciē his, quos nyctalopas vocāt, ab eodem corrupte legitur sic, Caprinum iecur si vescatur, restitui vespertinā aciem. Cic. 2. de Inuēt. Obseruātia est, per quam homines aliqua dignitate an tecedētes cultu quodam, & honore dignantur. Tacit. lib. 12. Memmiū Pollio nem Consulem designatum ingentibus promissis inducunt sententiā exprome mere, qua hortaretur Clodius Octauiam despondere Domitio. Scæuola li. 45. Pandect. De uerborum obligationibus, Nam sicut & ipsius, & hæredis ca put, ita & ipsius vis, & hæredis vel sæpius facta complectitur. Cicero apud Priscianum lib. 8. Cupio eum tam inuidiosa fortuna cōplecti. Ibid. Hoc resti terat etiam vt a te fictis aggrederer donis. Ibid. Qui habet, vltro appetitur, qui est pauper, aspernatur. Asinius Pollio, Sed cū ob ea, quæ sperauerā dolebā, cōsolabar ob ea, quæ timui. Verrius. Sæuitiaq; eorū abominaretur ab omnib. Nigidius, Omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen ea natura est, vt curari, & dominari possit. Sueton. 8. Prætorum Fasti dies sunt,

in quib. ius fatur. Varro, Ab amicis hortaretur. Idem utile, vtamur potius, quã ab Rege abutamur. Omitto eorũ exempla, qui Ciceronẽ ætate antecesserunt, quæ qui uolet, apud eundem inueniet: nam adipisci, consequi, amplecti, admirari, polliceantur, affectari, arbitrantur, conspicatur, consectari, calumniatur, demolitur, depeculari, delargitur, frustramur passiue dicta intelliget. Sed nemo fere est, qui audeat uelea, quibus Cicero est usus, usurpare, aut præsenti tempore, aut in perfecto.

Participia præteriti tẽporis, & tẽpora, quæ inde nascũtur, hoc est, Præteritũ perfectum, Plusquam perfectum, Futurũ perfectũ, vsitatiora sunt. Liu. lib. 7. Dec 4. Quantum omnis ora maritima eorũ, quæ in Peloponnesum versa est, depopulata ab Achæis erat. Cicer. 5. verr. Eiectos oratores esse dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos à Verre, populatã, vexatãq; prouinciã. Idem de Senect. Mirari se non modo diligentiam, sed etiã solertiã eius, a quo essent illa dimensa, & descripta. Idẽ. 2. de Natur. deor. Atq; ita demetita signa sunt, ut in tantis descriptionibus diuina solertia appareat. Idem. 4. Verr. Vt res quam maxime clara, atque testata esse posset. Terent. Phorm.

Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.

Plinius lib. 17. cap. 11. Aut si conditio largita non sit. Liu. lib. 5. Dec. 5. Cæterum, tanto facinore in unicum relictum amicum, ab ipso per tot casus expertum, proditumq;, quia nõ proderat, omnium ab se abalienauit animos. Gel. lib. 15. cap. 7. Obseruatum est in multa hominum memoria, expertumque est. Cicer. pro. Rosc. Amer. Quo uno maleficio scelera omnia cõplexa esse videantur. Sallust. 1. Hist. apud Priscian. lib. 8. Igitur venditis proscriptorum bonis, aut dilargitis.

Verg. 2. Aeneid. Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.

Idem 3. — cursusque dabit venerata sacerdos.

Idem 3. Eclog. Nunc oblita mihi tot carmina. Q. Hortensius apud Priscian. Abusis iam omnibus locis. Verrius apud eundem,

Blanditusque labor molli curabitur arte. Cic. 2. Philip. Quem ipse ementitis auspicijs vitiosum fecerat. Idẽ 5. Verr. Rẽ cõfessam, manifestam redimere pecunia. Quintilianus lib. 5. ca. 4. Est & assumptio interim confessa, ut, omnes autem volunt beatam uitam uiuere. Cicero. 2. in Catil. Illud moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Plin. lib. 10. ca. 12. Bubo funebris, & maxime abominatus, publicis præcipue auspicijs, deserta incolit. Citatur Cæsar li. 2. Bel. Ciu. a quedam uitiose, Pecunias, quæ erant in publicum Varroni à ciuibus Romanis pollicitæ, remittit. Sic enim restituendus est, pecunias, quas erant in publicũ Varroni ciues Romani polliciti, remittit: solet hic autor quam plurima loca deprauata afferre, uide ne decipiaris. Inuenies præterea apud Priscianum Exorsus, Adortus, Adulatus, Auxiliatus, Adhortatus, Execratus, Adminiculatus, Machinatus, Consecutus,

Deteſtatos, quorum pleraque exoleuerunt. Sunt & verba Impersonalia neutra, vt Eſt, Intereſt, Refert, Licet, Libet, &c. quæ datiuo gaudent. Actiua, quæ accuſatiuum poſtulant, vt Pudet, Tadet, &c. Paſſiua, vt Pugnatur, Viuitur, &c. eiuſdem generis. Deponentia, ut Miſercor. Cic. 1. de Inuent. Commune eſt, quod omnes vulgo probarunt. Huiuſmodi eſt, ut maioribus natu aſſurgatur, ut ſupplicum miſereatur. Idem pro Ligar. Cauete fratrum, pro fratris ſalute, miſereatur. ſic legit Priſcianus eodem li. nunc Miſereat ſcriptum inuenio. Quadrigarius apud Gellium li. 20. c. 5. C. Mari, ecquando te noſtrum, & Reip. miſerebitur? Vnde ſupereſt Miſertum eſt, ſic Puditum eſt, Pigitum eſt, quæ à Pigetur, Pudetur, putant quidem deducta. Vide Diomedē. Vereor, fuit etiam imperſonale apud priſcos. Turpilius apud Nonium, Si tui veretur te primogenitoris, cedo. Commune imperſonale nullum occurrit.

De verborum formis.

QVandiu res ad finem, perfectionemq́ tendit, perfecta dici nō poteſt: quare non immerito Inchoatiua à Grammaticis dicta ſunt uerba, quæ rem inchoatam, imperfectamq́, ſignificant, licet ad perfectionem, finemq́, tendentem: neq; enim caleſco, incipio calerē dūtaxat ſignificat, carent. n. Latini uerbis, quibus initiū tantum motus ſignificēt, ſed ſignificat cœpiſſe me quidē iā calere, neq; deſiſtere à calefactionē. Quod ſi res nimiū ad finē ꝑperet, tūc ſolēt ad biberi hæ particulæ, Magis, ac Magis. quotidie, in dies, in dies ſingulos. Cice. ad Att. lib. 10. Alter ardet furore, & ſcelere, nec remittit aliquid. ſed in dies ingraueſcit. Idem in Epi. ad Brut. Obdureſcunt magis quotidie boni uiri ad uocē tributi. Idem pro Mil. Quanto ille plura miſcebat, tanto hic magis in dies conualeſcebat. Verbū Incipiendi nō raro cum inchoatiuis iungitur. Pli. lib. 11. cap. 11. Quum mella cœperunt matureſcere, abigunt fucos. Cæſar. 6. bel. Gal. Ipſe cū matureſcere frumēta inciperent, ad bellū Ambiorigis profectus. Idē 3. bel. Ciui. Iamq́, matureſcere frumenta incipiebant. Hæc ferè formantur à verbis neutris abſolutis ſecūdæ declinationis, ut Tepeo, tepes, addita ſyllaba, Co, tepeſco, Floreo, flores, floreſco. Cętera eodem modo à ſecunda perſona fiunt. Vnum, atque alterum ab actiuis deducitur, Augeſco, Integraſco.

Teren. And. B. ah perij, hoc malum integraſcit. Fiunt etiam à nominibus, ut Sylueſco, grandeſco, lapideſco ſterileſco. Plin. lib. 8. c. 50. Capræ pinguedine ſterileſcunt. Sunt omnia tertiæ coniugationis.

Meditatiua ſunt à priore ſupino, m, litera uerſa in Rio ſyllabā, ut Eſum partum, cœnatum, Eſurio, parturio, cœnaturio, hęc ad quartum ordinem ſpectant. Frequentatiua, quę omnia primi ſunt ordinis, uariè formantur; nam uerba primę declinationis, ſyllabam, atum prioris ſupini in, ito, penultima breui mutant, ut Rogatum, imperatū, uolatū: Rogito, imperito, uolito. Cętera modo, um, in, ito, mutant, ut lectum, ſcriptum, factum, actum: Lectito, ſcriptito, factito,

actito:modo,um,in o,vt Pulsum,cursum, raptū:Pulso, curso, rapto.Interdū fiūt à tertia singulari præsētis indicatiui,addita,o,litera,vt Quærit,agit, nat, fundit:Quærito,agito,nato, fundito.Quæ ab his regulis aberrāt, vsu discētur. De frequentatiuis est c.6. apud Gellium li.9. Ab eo quod est Ago,& Egi,verba sunt,quæ appellāt Grāmatici Frequētatiua Actito,& Actitaui,&c.Var. lib.1.de Analog.Frequentatiua appellat uerba,quæ sæpius quid fieri ostēdūt. Diminutiua verba pauca admodū sunt, quæ diminuta malim cū Quintiliano appellare, qui li. 1.c.5. nomē diminutum non autem diminutiuum vocat. Παράγωγα, vt Diomedes ait, vocātur,quæ à primitiui verbi declinatione,& mutationem, & adiectionem literarum capiunt, & nihilominus idē significāt:interdū variantur velut Lacesso,ex eo,quod est lacero, est enim cōcitare.Facesso æque,si discedere significat.Itē accerso,et per,r,scribitur Arcesso,sed inter est,quia accersere,euocare est,arcessere vero,aliquē accusare significat,& ab arceo nascitur, etenim illum accusare, à maleficijs suis arcere est. Paragoga etiam sunt Capesso,Expetesso,significant enim Capere, et expetere. Phocas putat Lacesso frequentatiuum esse.Priscianus li.8.ait quosdam hæc appellasse Frequentatiua, quæ ipse Desideratiua vocat:à doctis tamen non recipitur.

De participio.

¶ Participinm est pars orationis, quæ tum casus,tum tempora habet.

¶ Participia pręsentis temporis in Ans, vel Ens,exeunt,ac ab omni verborum genere nascuntur, exceptis passiuis,vt amans,seruiens, complectens, vrens.

¶ Pręteriti temporis in Tus, sus, xus, desinunt, ac fiunt à verbis passiuis communibus, & deponentibus, vt Amatus, Complexus, Vsus.Vnum in uus, reperitur Mortuus,videlicet à Morior.

Participia futuri tum in Rus, tum iu Dus,exeunt.

¶ In Rus, oriuntur ab omni genere verborum exceptis passiuis, vt Amaturus,Seruiturus,Amplexurus, Vsurus.

¶ In Dus,fiunt à passiuis, & communibus, vt Amādus, Complectendus. Interdum etiam à deponentibus, quæ aliquando fuerunt communia, vt Sequendus à Sequor,Vlciscendus ab Vlciscor.

¶ Participia præsētis temporis fiunt à prima persona præteriti imperfecti,syllaba, bam, vel bar, mutata in ns, vt Amabam, Amans, Complectebar, Complectens.

¶ Participia in Dus fiunt à genitiuis participiorum præsentis temporis,tis,syllaba mutata in dus,da,dum,vt Amans,amantis, Amandus,

dus,a,um: Complectens, complectentis, Complectendus,da,um.

¶ Participio præsentis temporis, gerundijs,& futuro in dus, carent verba, quæ præterito imperfecto deficiunt, vt Odi, Cœpi, Noui, Memini.

¶ Participia præteriti temporis fiunt a posteriore supino addita litera, s, vt Amatu, Amatus; Complexu, Complexus,

¶ Participia futuri in Rus, fiunt a priore supino, m, litera, versa in Rus, vt Amatum, Amaturus: Seruitum, Seruiturus.

¶ Quæ verba supinis carent; carent etiam participiis futuri in Rus, & præteriti temporis, item præteritis perfectis, & plusquam perfectis passiuis omnium modorum, ac futuro passiuo coniunctiui modi: præterea futuro infinito tam agendi, quam patiendi. Quibus omnibus deficiunt Disco, Posco, Medeor, & alia, quę quoniam rudibus solent negotium facessere, his versiculis sumus complexi.

Nulla supina Mico, Strido, seu Strideo gignunt,
Lugeo, cum Sileo, Fulget, cum Luceo, Friget,
Vrgeo, cum Sorbet, Turget, Conniuet, & Alget,
Flaueo, cum Timeo, Paueo, cum Ferueo, Liuet,
Congruo, cum Sapio, Lambo, cum, Respuo, Linquo,
Ingruo, cum Batuo, Posco, Metuoque, Pluoque,
Et Dispesco, Luo, Scando, queis adde, Fatisco,
Hisco, Scabo, Sugo, Nolo, cum Prodigo, Dego,
Annuo cum sociis, Vado, cum Gliscere, Vergo,
Disco, Tremo, Satago, Ferio, Compesco, Refello,
Ambigo, Sterto, Rudo, Psallo, cum Cernere, Sido,
Et Vescor, Liquor, Medeor, Reminiscor, & Ango, *Præcello,*
Et Volo, Malo, Furit, Prę; Ante, Excellere, Ringor, *Antecello,*
Et quod poscit, ui, modo sit neutrale secundæ,
Vt Studeo, Emineo exceptis quę suggeret vsus. *Meditatiua,*
Quęq; fere gignit Meditor, quæq; Inchoo verbum. *Inchoatiua,*

PArticipium est, vt Varro lib. 5. de lingua Latina ait, quod & tempora, & casus habet: vel, vt idem 3. de Analog. inquit, quod cum temporib. ac casibus declinatur. Idem lib. 1. cum egisset de nominibus verbalibus, de participijs deinde agit, quæ verbalibus nominibus differre docet. Quæ inquit, Vocabula dicuntur a verbis, fiunt, vt ascribendo scriptor, a legendo lector, &c. Præterea cum sint ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superio-

rum, quod simul habent casus, & tempora, quæ vocantur participia, &c. Separauit Varro, vt vides, verbalia nomina à participijs, & participij etymō quod ab omnibus veteribus affertur, probauit. Quod superuacaneum alicui videri posset, nisi à quibusdam præciperetur participia verbalia esse nomina; & à verbo tantum partem capere. Eodē loco refert Varro argumenta eorum, qui se quendam esse Analogiā negabāt, quod videlicet a verbis actiuis duo tantum fierent participia, præsentis, & futuri temporis: a passiuis vero vnum tantum, præteriti nimirum, Ab Amo, inquit, & eiusmodi omnibus verbis oriūtur præsens, & futurum, vt amās, amaturus; & ab eis verbis tertium, quod debet fingi, præteriti, in lingua Latina reperiri non potest. Non ergo Analogia. Sic ab Amor, Legor, & eiusmodi verbis vocabulum eius generis præteriti temporis fit, vt Amatus ero, sum, ero, neque præsentis, & futuri ab his fit. Non ergo Analogia. Grammatici etiam Ciceronis æquales, vt vides, Amans præsens, Amaturus futurum, Amatus preteritum vocant, quod quidam hac ætate negant. Quod vero aiunt a passiuis verbis non fieri participia præsentis temporis veteres omnes fatentur. Amandus. n. verbi causa, nemo est veterum grammaticorum, qui præsens esse dicat, at futurum esse quis neget? Negant hi, qui analogiam oppugnabant, a quibus Varro, cum ijsdem lib. 2. respondet, quod ad hoc caput attinet, nō videtur dissentire, nullam enim de eo mentionē facit, facturus sine dubio, si dubiū, controuersumq; esset. Quorū sententiæ quidam accedunt, cū affirmant uoces Dus, Dum, necessitatē, officiū, dignitatemq; adsignificare, non futurum tempus, Cuiusmodi sunt hęc. Cic. 2. cōtra Rul. Hæc qui prospexerint, (maiores nostros dico) Quirites non eos in deorum immortalium numero venerandos à nobis, & colendos putatis? Idem de Arusp. Neq o vlla de opere publico, de monumēto, de templo, tot Senatus extare consulta, quot de mea domo: quā Senatus vnā post hanc vrbē constitutā ex ęrario ędificandam, a pontificibus liberādam, a magistratibus defendendā, a iudicibus puniendā putaret. Idē Cornificio lib. 12. Quo tua maior dignitas, eo, quę tibi acciderunt, minus ferēda. Neq; enim, quæ tu propter magnitudinē animi tui, & ingenij moderate fers, a te nō vlciscenda sunt, etiā si nō sint dolēda. Hęc. n. & similia, sunt qui putent, esse nomina, vt putarunt grāmatici illi, quibus cū Varro certabat. At ablatiuū, inquies, post se habēt. Quid mirū? habēt & quę sine cōtrouersia nomina sunt. Idē ad eundē eodem lib. Cæteris omnibus rebus habeas eos a me cōmēdatissimos. Participia igitur in Dus, funditus peribunt? Nō fert Probus, nō Phocas, nō Diomedes, nō Donatus, clari, ac nobiles grāmatici, non patientur viri doctissimi, atque de lingua Latina optime meriti, nō sinet Fabius Quintilianus uir singulari doctrina, quippe qui lib. 9. cap. 3. luculentissime docet esse participia hæc in lingua Latina: Vtimur, inquit, & verbo pro participio, ut — magnū dat ferre talentū, tāquā ferendū. Ibidē, Illud plane figura est, qua diuersa sermonis forma cōiungitur — socij arma capessant,

Edico, & dira bellum cum gente gerendum.

Quamuis enim pars Bellũ posterior participio insistat, vtrique tamen cõuenit illud Edico. Hæc ille. Quod si voces in, Dus, è participiorum numero excludendæ sunt, quod necessitatem officium adsignificent, sæpe etiã verba futuri temporis futura esse desinent. An nõ hæc, & sexcenta alia officiũ adsignificant? Defendam meos ciues, etiam si certo sciam me occisum iri. Defendẽtur vbiq; terrarũ à me ciues mei, quandiu vixero. Nõne cum Cicero Philip. 2. dixit, Defendi Remp. adolescens, nõ deseram senex: contẽpsi Catilinæ gladios, nõ pertimescam tuos. & paulo post, Etenim si abhinc annos prope viginti hoc ipso in tẽplo negaui posse mortẽ immaturã esse Consulari: quanto verius nunc negabo seni? Deseram, Pertimescam, Negabo, officiũ adsignificant, Eadẽ ratione ne participia quidẽ in Rus, in participijs numerentur. quid? Sum defensurus meos ciues, etiam si certo sciam me occisum iri: Defendi Remp. adolescens, nõ sum deserturus senex, Defensurus, Deserturus quid aliud quã partes, officiũq; clamant? Quid igitur causę esse putem, cur Defendendi sint a me ciues mei? Nõ deserenda est a me Respublica, quid inquã causæ esse putem, cur Defendendi, Deserẽda, potius nomina, quã participia sint? maxime cum more verborũ sextum casum admittant. Sed hæc vt multa alia, viderint Palæmones.

Vapulans vapulaturus, & alia huius generis fiũt à uerbis passiuis significatione tantũ; quod vero diximus de passiuis nõ solũ significatione, sed etiã voce accipiendũ est. Nonnulla participia præteriti tẽporis, & futuri, & in Dus reperiuntur a verbis neutris orta, ut obitus, a, um, obeundus, uigilatus, uigilandus, euigilatus, euigilandus, properatus, properandus, erratus, regnatus, pugnatus, laboratus, redundatus, cessatus, successus; quorum aliquot etiam apud oratores. Cic. pro Sest. Nec uero illorum quisquam, quos a maioribus nostris morte obita positos in illo loco, atque in Rostris collocatos uidetis. Quint. lib. 11. c. 3. Et uigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda: Cic. ad Att. lib. 6. At quam honesta, at quam expedita tua consilia? quam euigilata tuis cogitationib. quà itineris, quà nauigationis, &c. Quintilianus lib. 10. ca. 3. stylum properatum dixit, idem proœ. lib. 6. maturitatem festinatam. Plin. in Paneg. festinatos honores. Cic. ad Tyronem lib. 16. Nam, quum omnia mea causa uelles mihi successa, tum etiam tua, socium enim te meorum commodorum semper esse uolui. Reliqua, & his plura inuenies apud poetas. Verisimile est uerba, unde hęc fiũt, apud priscos fuisse passiua, quorũ nõnulla etiam hodie extant. Tacit. de morib. German. Nec uirgines festinantur. Idem lib. 17. Neque. n. hic ut in cæteris gentibus, quà regnãtur, certa dominorũ domus. Plin. in Paneg. Hinc porticus, hinc delubra occulta celeritate properantur. Multa sunt hodie deponẽtia, quę apud Priscos fuerũt cõmunia, ut consequor, adipiscor, utor, cõfector, admiror, demolior, calũnior, arbitror, aggredior, execror, detestor, abominor, auxilior, machinor, & multa alia: Vide Prisc. li. 8.

Sunt nonnulla, quæ quamuis habeant præteritum imperfectum, tamē par ticipio præsentis, & futuri temporis in Dus, ac gerundijs destituuntur, vt fio, reor: medeor non caret præsenti, vt Phocas putauit, nam Ouidius li. 15. Metam. Artes medentum dixit, & Stat. 2. syl. 1.

Cum iam egomet cantus, & verba medentia sæuus
Confero.

Iisdem participijs, & gerundijs caret verbum substantiuum. et quæ ex eo componuntur præter Absum, & præsum, quæ præsens, & absens babent: nā Potens nomen est. Itē Volo, Nolo, Malo, exceptis, Volo, Nolo, quæ volēs, Nolens tantum habent. Præterea verba impersonalia, præter Pœnitet, quod habet participium pœnitens. Sueton. in Vitel. c. 15. Non multo post pœnitēs facti. Libēs, pudēs, & siqua alia sunt, nomina potius, q̄ participia cēsenda sunt. Pœnitet, pudet, piget gerūdia habent, & participia, siue participialia in Dus, quæ potius à verbis pœniteo, siue pœniteor, pudeor, pigeor deducuntur, quæ priscis fuerunt vsitata, & participium Pœnitēs a Pœniteo, siue Pœniteor deductum fuisse arbitror vt enim Græci dicunt μεταμέλει καὶ μεταμέλομαι ita prisci Pœnitet, & Pœniteor dicebant, & Pœnitet me facti, & Pœniteor facti, siue de facto, vtraq; enim constructio in participio apparet. Idem in Clau. Cæsar. c. 43. Sub exitu vitæ signa quędā nec obscura Pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, deque Neronis adoptione dederat. Fruor putauit Phocas carere participiis, Fruens nondū legi, Fruendus frequens est apud Ciceron. Fruiturus dixit Idē Tusc. 3. Fruitus, dixit Vlpianus. Fructus aiunt Ciceronem dixisse in Hortensio, sed apud Priscianum li. 10. Perfructus est, non Fructus, De quibus in præteritis verborum deponentium copiosius.

Participia futuri in rus ne deducāt tyrones à supinis primæ cōiugationis, quæ in, itum, aut, ctum, exeunt, non enim soniturus, verbi causa, secturus, fricturus à sonitum, sectū, frictum, dicimus, sed sonaturus, secaturus, fricaturus, tāquā à supinis sonatum, secatum, fricatum. Virgilius Domiturus dixit: sed de his in præteritis, & supinis primi ordinis. Reor caret hoc participio, itē Faris, vel fare. Orior, morior, oriturus, moriturus hēnt, nascor nasciturus apud Portiū Latronē. Vide hæc suo loco Apartū, erutum, pastum, mansum a mādo, is, solitū, satum, scitium, saltum non facile hoc participium inuenies: pariturus vsitatū est à paritū. Sitituru snō tam mihi videtur durum, quam Statuturus, quo Cicero est vsus li. 4. ad Att. Tum Lucullus de omnium collegarū sententia respōdit, religionis iudices Pōtifices fuisse, legis Senatū: se, & collegas suos de religione statuisse, in Senatu de lege statuturos. Idem Restituturū 2. Verr. dixit, Ostendit se Tribunitiā potestatē restituturum. Fluxurus negat Phocas esse in vsu, quo tamē Columella lib. 3. cap. 2. bis vsus est. Carēt & verba impersonalia, præter Licet, quod Liciturum habet, quo vsus idem ad eundem li. 2. Quod nihilo magis ei liciturum esset plebeio Remp. perdere, quā similib. eius me Con

sule

ſule patriciis eſſet licitum,& Pudet pudíturum, Plin.lib. 36 c. 15. Cum pude ret uiuos,tanquam puditurum eſſet extinctos. Saluſtius etiam pœniturum di- xit,ut notat Quin.li.9.c.3.

Luctũ à Lugeo non eſt in vſu,neq; ſorbitũ,aut ſorptum à ſorbeo, poſterius ſupinũ a ſorbo,is,tertiæ cõiugationis eſt. Sapitũ,uel ſapitum media lõga nuſ- quã eſt. Cõpoſita ex uerbis Mico,uado.ſcando,linquo,cerno ſupina nõ habẽt, quib.arceo adiungi poteſt,nam arcitum difficilè inuenies, Aeſtuo,inceſſo,nin- go, etiam ſupinis deficiunt. Inchoatiua, & Meditatiua verba iiſdem carẽt. Terẽ Heaut. nos eſuriturós ſatis, dixit, Sed de his omnib. ſuo loco fuſius. Quoniã Cõmunium,et deponẽtium uerborum declinatio maximè Infiniti mo di ſolet tyronib. negotium exhibere, unũ, atq; alterũ exemplum ponemus.

Declinatio verbi Communi.

Infiniti modi.

Præſens,& imperf.commune,Complecti.
Perfectum,& pluſq.commune,complexum,am,um,eſſe,vel fuiſſe.
Futurum actiuum,complexurum,am,um, eſſe.
Futurum paſſiuum,Complexum iri,vel complectendum eſſe.

Gerundia.

Complectendi,complectendo,complectendum.
Supina. Complexum,complexu.

Participium actiuum præſentis temporis.

Complectens. Futuri,Complexurus.

Participium præteriti commune.

Complexus,a,um. Futuri paſſiuum. Complectendus,a,um.

Declinatio uerbi Deponentis.

Infiniti modi.

Præſens,& imperfe.Proficiſci.Perf.& pluſq.Profectum,am,um,eſſe, uel fuiſſe.

Futu.	Profecturum,am um,eſſe.
Gerundia.	Proficiſcendi,proficiſcendo, proficiſcẽdum.
Supinum.	Profectum.
Participium præſentis	Proficiſcens. Futuri.Profecturus,a,um.
Præteriti,	Profectus, a,um.

De præpoſitione.

PRæpoſitio eſt pars orationis, quæ cœteris partibus aut ſeparata, aut coniuncta ferè præponitnr, Separata, vt Non ſum apud me.

præ

præ iracundia. Coniuncta, vt Præstat millies mori, quam Deum, vel leuissime offendere.

Accusatiuo seruiunt.

Ad, apud, ante, aduersus, vel aduersum, cis, citra, circiter, circa, circum, contra, erga, extra, intra, inter, infra, iuxta, ob, penes, per, pone, post, præter, prope, propter, secundum, secus, supra, trans, versus, vltra, vsque.

Ablatiuo gaudent.

A, ab, abs, absq;, cum, coram, clam, de, e, ex, præ, pro, procul, palam, sine, tenus, quarum vltima fere genitiuum amat, cum vocabulo multitudinis adhæret, vt Cumarum tenus, Vmbrorum tenus: alioquin ablatiuum, vt pectore tenus, ore tenus.

Acusatiuum, vel ablatiuum pro varia significatione postulant. In, sub, super.

SVBTER.

Apud oratores accusatiuũ habet, apud poetas etiam ablatiuum.

Præpositiones quæ tantum coniunctæ præponuntur, sunt.

Am, con, di, dis, re, se, vt ambigo, confero, dinumero, disputo, repeto, seiungo.

Præpositiones fere præponũtur, vnde & nomẽ traxerunt; Tenus, & Versus postponũtur. Cũ illis Mecũ, Tecum, Secum, Nobiscũ, vobiscũ, cur posteriore loco ponatur, docet Cicero in Oratore. Sunt & aliç, quç interim post ponuntur, vt Inter. Cicer. de Amicit. Quæ, si quos inter societas, aut est, aut fuit &c. Quædã aliquãdo interponũtur vt, I N: Idẽ ibidẽ. Quibus in ipsis inest causa cur diligantur: quarũ vsum optimis autorib. legẽdis notabis. Veteres præpositiones coniũctas Loquelares, ꝙ loquelis videlicet adhçreant, solent appellare, quæ vero casibus seruiũt causales; illas etiã quidã per cõpositionẽ, has p appositionẽ vocant. Am prçpositio loquelaris per, m, literam scribenda est. Festus, Amnis proprie dicitur a circũnando, quoniã ex Græca præpositione sumptum, quæ est ἀμφί significat circum, & nare fluere. Idẽ, Am. prçpositio loquelaris significat circum. Priscianus lib. 1. Anceps, inquit, pro amceps, Am enim præpositio f, vel q, sequẽtibus in, n, mutat, m, ut anfractus, ancisus, anquiro; uocali uero sequẽte intercipit, b, ut ambitus, ambesus, ambustus, ambages: Hçc ille. Eodẽ modo Diomedes, et Donatus Am p, m, scripserũt, vt ex subiecto exemplo constat, nimirũ Amplector. Apud Priscos fuit etiã casualis, seruiebatq; accusatiuo, vt apud Grçcos ἀμφί, Vnde sublata posteriore syllaba dicta est, cum circum significat. Cato in Originibus oratorum, Am terminum. vide Macrobium lib. 1. Sat. capit. 14. Varro lib. 5. de lingua Latina, vbi de verbis primigenijs, & declinatis, hoc est, quæ ab alijs oriuntur, agit, prçpositiones vocat Præuerbia. Principia, inquit, erant pauca, quæ inde na-

ta sunt innumerabilia: à quibus eiusdem principijs antepositis praeuerbijs paucis, immanis verborum accedit numerus, quod praeuerbijs additis, atque commutatis aliud, atque aliud fit, ut enim cessit, atque Recessit, sic Accessit, & Abscessit: item incessit, & Excessit, sic Successit, & Decessit, & Concessit, & Processit. Quod si haec decem solum praeuerbia essent, &c. Cicero in Topicis Praepositiones vocat, Praepositio, inquit, IN priuat uerbum ea ui, quam haberet, si IN praepositum non fuisset, ut dignitas, indignitas, &c. Cętera, quae hic desiderantur, inuenies in Constructione.

De Aduerbio.

Aduerbium est pars orationis, quae vocibus addita, earum significationem explanat, ac definit: vt Raro loquitur, bene Peritus, vehementer iratus, parum diligenter.

Aduerbiorum uaria sunt genera, & significationes.

Optandi, ut utinam, o si.
Vocandi, ut ò, heus, eho.
Interrogandi, ut cur, quare, quid, ita, quamobrem.
Respondendi affirmate, ut etiam, ita, maxime, quidni?
Confirmandi, ut profecto, sane, certe.
Negandi, ut non, nequaquam, minime, haud, haudquaquam.
Dubitandi, ut forsan, forsitan, fortassis, fortassę.
Hortandi, ut eia, age, agedum, agite.
Prohibendi, ut Ne.
Demostrandi, ut en, ecce.
Eligendi, ut potius, imo.
Comparandi, ut magis, minus, fortius.
Congregandi, ut simul, una, pariter.
Separandi, ut seorsum, separatim.
Intendendi, ut acriter, studiose, uehementer.
Remittendi, ut segniter, remisse, oscitanter.
Temporis, ut hodie, cras, perendie, heri, nudius tertius.
Loci, ut hic, huc, hac, horsum.
Numeri, ut semel, bis, ter, saepe, centies, millies.
Ordinis, ut primum, deinde, postremo.
Euentus, ut forte, fortuito.
Similitudinis, ut forte, fortuito.
Similitudinis, vt sicut, sicuti, ut, uti.
Diuersitatis, ut aliter, secus.

Qua

Qualitatis, vt prudenter, perite, eleganter
Quantitatis, vt parum, multum, satis, nimium,

Aduerbia non solum uerbis sed etiam participijs, nominibus, sibi ipsis adminiculantur: quia tamen uerbis potissimum adhærent, Aduerbia a Grammaticis dicta sunt. Quidam, vt Varro. 1. de Analog. docet. Aduerbium, partem orationis adminiculandi appellarunt. Iurandi aduerbia hercle, mehercle, hercule, mehercule, hercules, mehercules, medius fidius, ecastor, mecastor, pol, ædepol, & siqua sunt generis eiusdem, quibus homini Christiano non licet uti, consulte prætermisimus, ne pueri, antequam Latine sciant, per Herculem, pollucem, aliaque deorum portenta iurare assuescant. Diomedes æstimandi aduerbia addidit, ut uili, caro. Addunt alij alia, Excludendi, ut solum, tantum. Explanandi, ut nimirum. Rei non plane peractæ, vt fere, ferme.

De interiectione.

Interiectio est pars orationis, quæ varios animi affectus indicat.

Interiectionum variæ sunt formæ; & significationes.
Laudantis, & aliquando exultantis, ut euge.
Exultantis, & interdum insultantis, ut uah.
Lætantis, ut euax.
Dolentis, & ingemiscentis, ut ah, heu, hei.
Suspirantis, vt ahah.
Lugentis, ut hoi, hei.
Eiulantis, ut oh oh oh oh.
Admirantis, ut papæ, ò, vah.
Admirantis, & interdum ironiæ, vt hui.
Irridentis. ut o, O præclarum custodem ouium, ut aiunt, lupum.
Exclamantis, ut pro, ò.
Silentium indicentis, ut st.
Timentis, ut hei.
Deprehendentis aliquid ex improuiso, ut at at.
Præsagientis malum, miserantis, uel minantis, ut Væ.
Reijcientis cum fastidio, ut apage, apagesis.
Stomachantis, siue indignantis, ut malum.
Execrantis, ut nefas, infandum.

Multæ sunt interiectiones, quæ varios exprimunt affectus, ut, ò, hei, ah, hui, euge, quarũ significationes optimus magister usus, assiduaq; lectio te docebit, Malum, nefas, infandum, quamuis nomina sint, interdũ tamen interiectionis par-

partes agunt. Probus hanc orationis partem ad hũc modum definit. Interiectiones sunt, quæ affectum animi uario motu designant. Interdum enim gaudium, interdum dolorem mentis ostendunt. Diomedes, Interiectio est pars orationis affectum mentis significans uoce incondita. Eodem modo Donatus in priore libello de Octo part. Prisci. lib. 14. ait interriectiones abscondita uoce, id est (ut idem explicat) non planè expressa pronuntiari. Idem Donatus in posteriore Edit. Interiectio, inquit, est pars orationis interiecta alijs partibus orationis ad exprimendos animi affectus. Particulam, uoce incondita, putat quidam à recentioribus fuisse excogitatam, cum ea ueteres, ut modo ostendimus usi fuerint: neq;, Vox rudis, inconditaq; accipienda est, quæ scribitur, sed quæ pronuntiatur: lugentis enim, aut exultantis, aut exclamantis uoces confusæ, & perturbatæ sunt: scriptæ uero apertæ, & planæ. quę etiam, cũ ab ijs pronuntiantur, qui affectibus, perturbationibusq; uacui sunt, apertæ uidentur. Interiectionis meminit Quintil. lib. 1. cap. 4.

De Coniunctione.

Coniunctio est pars orationis annectens, ordinansq; sententiam.

¶ Coniunctionum species, siue significationes uariæ sunt.

Copulatiuæ, vt, ac, atque, &, quæ, &c.

Disiunctiuæ, vt uel, ue, siue, seu, aut, ne.

Aduersatiuæ, ut etsi, tametsi, quanquam, quamuis, &c.

Collectiuæ, siue, illatiuæ, siue rationales, ut ergo, igitur, quare, quocirca, quapropter, itaque, &c.

Causales, ut namque, siquidem, quia, quoniam, enim, etenim, quod, propterea quòd &c.

Expletiuæ, ut quidem, equidem, &c.

¶ Coniunctiones partim sunt præpositiuæ, partim subiunctiuæ, partim mediæ.

PRæpositiuæ, siue principes sunt, quæ in oratione præeunt, ut aut, ac, atque, at, ast, uel, nec, neque, nisi, seu, siue, &c.

¶ Subiunctiuæ, siue subditæ, quæ subeunt, ut quæ, ue, ne, quidẽ, quoq;, autem, uero, enim.

¶ Communes, siue mediæ, quæ & præeunt, & subeunt, ut ergo, igitur, itaque, equidem. &c.

Mirum est quantũ Grãmatici in Coniunctione inter se dissentiant: siquidẽ Diomedes, & Donatus aiũt quinque esse Coniũctionũ species, quas alij significationes vocãt, Copulatiuas, Disiunctiuas, Expletiuas, causales, Rationales, Priscianus li. 15. sexdecim, Causales enim in quinque formas, Apolloniũ imitatus

tatus distribuit Continuatiuas, subcontinuatiuas &c. addidit etiã Approbatiuas, præsumptiuas, & alias eiusdem generis, quas, ne tibi sim fastidio libenter prætermitto. Recẽtiores etiã Discretiuas, & Suspẽsiuas excogitarũt. Præterea eędem, à uarijs, diuersis formis adscribuntur, alij enim Nec, Neq; copulatiuas, alij disiunctiuas vocant. Quanquam, quamuis, tametsi, quidam Aduersatiuas appellant, quas Plinius, ut ait Diomedes, Illatiuas uocat: ipse uero Diomedes Quanquam, Quãuis, Rationales, siue Ratiocinatiuas nominat; Etsi, tametsi, Causales. Potius, imò, quæ supra aduerbia eligendi appellauimus, docet idẽ Relatiuas ad aliquid, siue cõparatiuas à Plinio dici. Itaq; alij aduerbiũ nominant, alij inter coniunctiones numerant, nõ diuersa sed eadẽ significatione: nam eadem vox diuersa significatione, & aduerbium, & coniũctio esse potest, vt Quare, Quamobrem, quæ aduerbia sunt interrogandi, cũ interrogationi, coniunctiones uero, cum conclusioni seruiunt. Quæ cum ita sint, ne de formis, siue vocabulis Coniunctionũ sint soliciti, qui tyrones docẽt, quando ipsi etiã Coryphęi de ipsis tãtopere inter se dissidẽt. Satis enim est Coniunctionem communi vocabulo nominare, interdum etiam Particulam. Doceantur potius pueri, quæ præeant, quæ subeant, nam transmutatione committitur solœcismus, autore Quintiliano lib. 3. cap. 5. vt, Quoque ego, Enim hoc uoluit, Autem non habuit: Definitio Coniunctionis, qua vsi sumus, Palæmonis est, ut refert Diomedes. Copulatiuam appellat Gellius lib. 10. ca. 29. Connexiuam, Atque inquit, particula à Grammaticis quidem coniunctio esse dicitur connexiua, & plerunque sane coniungit uerba, & connectit. Sed interdũ alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in ueterũ literarũ tractatione, atq; cura exercitis. Nam & pro aduerbio ualet, cũ dicimus, Aliter ego feci, atque tu: significat enim aliter, quam tu &c. Quidam malunt copulãtes appellare, nos non admodum reformidamus hæc vocabula, cum eis Probus, alijq; veteres vtantur. Disiunctiuæ quamuis sensum disiungant, uerba tamen coniungunt, qua ratione coniunctionis nomen non amittunt. Nonnulli Ciceronis ætate Coniunctionem appellarunt partem orationis Iungendi. vide Varronem lib. 1. de Analo. Cicero in Oratore Coniunctionem vocat. Quod ad ordinem attinet. Principes, Subditas, quę & præeunt, & subeũt appellauimus, quas Diomedes Principales, Subsequentes, Medias vocat; sic enim Nigidius apud Gellium lib. 19. cap. 14. vocales distribuit. Sed hæc hactenus.

De Accidentibus, siue Attributis partium orationis.

SVnt quædam, quæ partes orationis comitantur, vt Numerus, Casus, Genus, Declinatio, Modus, Tempus, Persona, Figura, Species; quæ Accidentia, siue Attributa Partium vocantur.

¶ Numeri nominum, pronominũ, verborũ, & participiorum sunt

duo

duo, singularis, vt Musa, Ego, Amo, Amans. Plur. vt Musę, Nos, Amamus, Amantes.

Casus Nominum, Participiorum, & nonnullorum Pronominum sunt. sex Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Nomẽ, Pronomen, Participium tria habent genera pręcipua, Masculinum, siue Virile, cui præponirur pronomẽ Hic, vt hic dominus, meus, doctus: Fœmininum, siue Muliebre, cui præponitur pronomẽ Hæc, vt hæc ancilla, mea, docta: Neutrum, cui præponitur pronomẽ Hoc, vt hoc mancipium, meum, doctum.

Ex his tribus generibus nascuntur duo alia, Commune duorum, & Commune trium. Commune duorum est, cui præponuntur pronomina Hic, & Hæc, vt hic, & hæc parens. Commune trium, siue Omne, cui præponuntur pronomina Hic, Hæc, Hoc, vt hic, & hæc, & hoc prudens, nostras, amans.

Declinationes, siue Formæ nominum sunt quinque.

Prima, cuius genitiuus terminatur æ, diphthōgo, vt Musa Musæ.
Secunda, cuius genitiuus terminatur litera i, vt dominus, domini.
Tertia, cuius genitiuus terminatur syllaba is, vt sermo, sermonis.
Quarta, cuius genitiuus terminat̃ syllaba us, vt sensus sensus.
Quinta, cuius genitiuus terminatur literis e, & i, separatis, ut dies, diei.

Pronomina meus, tuus, suus, noster, vester, ad primam, & secũdam nominum declinationem spectant: Nostras, vestras ad tertiam: cætera peculiares habent formas.

Participia, quæ in Ans, & Ens exeunt, ad tertiam declinationem pertinent, vt Amans, docens, &c. Reliqua ad primam, & secundam, ut Amaturus, a, um: amandus, amanda, amandum, &c.

Declinationes, siue Coniugationes verborum sunt quatuor.

Prima, cuius secunda persona præsentis Indicatiui exit in As, vt Amo, amas, amare. Secunda in Es, longum, vt Doceo, doces, docere.
Tertia in Is, breue & infinitum in Ere, ut Lego, legis, legere.
Quarta in Is, longum, & infinitum in Ire, vt Audio, audis, audire.

Modi verborum triti, ac communes sunt quinque, Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus, Infinitus.

Tempora verborum sunt quinque præsens, siue Instans. Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Pręteritum plusquam perfectum Futurum.

Personæ pronominum sunt tres, prima Ego, secunda Tu: reliqua

K pro-

pronomina tertiæ sunt personæ, præter Ipse, ipsa, ipsum, quod cuiuscuis est personæ: item prouocabulum Qui, quæ, quod.

Personę verborum sunt tres, prima vt Amo, secunda, vt amas, tertia vt amat.

Nomina, & participia (exceptis vocatiuis) incertæ sunt personæ, sicut & verba infinita; eam enim induunt personam, cuius est verbi, cui adhærent: vt Ego M. Tullius defendi Rempublicam adolescens, non deseram senex. Cupio te audire.

Vocandi casus, quoniam secundis personis tantum adhærent, solum sunt secundæ personæ.

Figuræ Nominum, Pronominum, Verborum, Participiorum, Pręposītionum, Aduerbiorum, Coniunctionum duæ sunt.

Simplex, vt prudens, is, amo, amans, abs, prudenter, enim.

Composita, vt imprudens, idem, adamo, adamans, absque, imprudenter, etenim.

Species Nominum, Pronominum, Verborum, Aduerbiorũ, sunt duę. Primitiua, vt pater, tu, caleo, clam. Deriuatiua, vt Paternus, tuus, a, um, calesco, clanculum.

Partium orationis accidẽtia, siue attributa, siue affectus, siue affectiones, siue, vt Diomedes vocat, Obseruationes, in hunc locũ reiecimus, ne in singulis partibus eadem non sine causa repeterẽtur. Quid enim attinet eandem crambem, Quot accidunt Nomini, Pronomini, Verbo, &c. toties repetere? Quem obsecro fructum percipiẽt tyrones, si in numerato habeant, quæ attributa quibus partibus accidant? Nonne multo satius esset id temporis in nominib. verbisq; declinandis consumere?

Numerus.

Quint. li. 1 c. 4. numerũ solet appellare singularẽ, & pluralẽ: idẽ aduerbijs Singulariter, & Pluratelir vtitur li. 8. c. 6. Gellius non solũ pluralẽ, sed etiam pluratiuũ numerum dicit li. 2. c. 16. & li. 5. c. 21. A Cæsare in libris de Analogia dicitur Appellatio multitudinis, itẽ, significatio multitudinis. vide Gell. li. 19. c. 8. vbi etiã inuenies numerũ multitudinis, figurã multitudinis, in eadẽ re. Eodem capite appellat Gellius numerũ singulum, singularẽ. Varro solet dicere verba, Vocabula singularia multitudinis. 2. de Analo. Reprehẽdũt Analogias, ꝙ alia vocabula singularia sint solũ, ut cicer: alia multitudinis solũ, vt scalæ. Ibidẽ, Iniuria postulãt si qua sunt singularia, oportere habere multitudines. Ibi. Omnes enim numeri à duob. sursum uersus multitudinis sunt. Sic Nigidius loqui consueuit apud Gellium li. 13. c. 14. casu multitudinis recto.

Casus.

Nominatiui, genitiui, datiui, accusatiui, vocatiui, ablatiui vocabulis vtitur

tur Quintilianus,& eius æquales,quē Grāmatici sequuntur:lege eundē lib.1. ca.4.5.6.7.& lib.6.ca.10.Nominatiuum Cicero in Orat.Varro in libris de Analog.Nigidius apud Gellium li.13.c.14.Rectum casum vocant.Varro ēt casum nominandi 2.de Analo.Ambiguum,inquit,verbum nominandi,an patrij esset casus,vt ouis,& auis.Genitiuum patrium casum idem appellat:Datiuum,dandi,Accusatiuum,accusandi,Vocatiuum,uocandi.Ablatiuum,sextum casum,idē 3.A sexto casu,qui est proprius Latinis.P. Nigidius, casum interrogandi appellat genitiuum apud Gellium lib.13.c.24.vbi Gellius sic interpretatur,Casum interrogandi eum dicit,quem nūc nos genitiuum dicimus. Apollinaris Sulpitius apud eundem li.20.c.5.Mei,inquit, casus interrogādi est,quem genitiuum Grammatici vocant. Quidam recentiores genitiuum casum gignendi,ablatiuum auferendi solent dicere,quas appellationes nondum apud Classicos legi.Donatus 2.Edit.ait quosdam septimum casum addere,similē ablatiuo,sed sine præpositione A,vel Ab.Prisciano li.5.non placet hæc opinio:eodem,inquit ille,pacto possimus accusatiuos in duos casus distribuere, alterum cum præpositione,alterum qui eadem careat.Quintilianus lib.1.c.4. putat ablatiuum,quem nunc instrumenti vocant,septimum esse casum.Sunt qui octauum casum addant,vt It clamor cœlo,pro in cœlum. Sed hæc nimis multa. Illud nobis pene exciderat,Nominatiuum ipsum a Quintiliano Positionem,& primam positionem dici,reliquos vero casus obliquos.lege c. 6.li.1. Varro sæpenumero casus in rectos,& obliquos diuidit.Idem 1.de Analo.Docet cur a casu recto declinati sint obliqui; vt nimirum is, qui de altero diceret,distinguere posset,cum vocaret,cum daret,cum accusaret, &c.

Genus.

Quintilianus li.1.ca.6.genus masculiuum,ac fœmininum uocat, & Plin. lib.10.ca.68.Neque est ijs genus masculinum,fœmininumue,&c.Varro Virile,Muliebre 1.de Analo.Vtrum virile,muliebre,an neutrum sit,ut Doctus, a,um.Neutrum vocant omnes,nonnulli etiam Neutrale.Quinti.li.1.c.4.Commune duobus uocat,quod Phocas,Diomedes, Donatus sæpe Commune dicūt simpliciter.Ibidem,Fabius Commune omnibus,quod ijdem Grammatici,Omne,frequenter nominant.Itaque dicitur nomen commune duobus, siue duorū, siue duum generum,siue communis generis.Et commune trium , aut omnium generum,aut omnis generis. Nomen masculinum definit Diomedes, cui præponitur prænomen Hic:Fœmininum Hęc:Neutrum Hoc:quam definiendi rationem a M.Varrone lib.2.de Analo.mutuans est.Ea,inquit,Virilia dicimus, non quæ uirum significant,sed quibus præponimus Hic,aut Hi: & sic Muliebria,in quibus dicere possumus Hęc,aut Hæ.Præter hæc sunt & alia genera, quæ Epicœna,siue Promiscua uocantur,in quib. ut inquit Fabius li. 1. cap.4. sexus uterq; per alterum apparet: uno enim genere, articuloq; utrūq; sexum

comprehendũt. Epicœni meminit Gellius li. 13. c. 7. Varro li. 2. docet cur hoc genus sit inuentum. Sunt etiam nomina generis Ambigui, siue incerti generis, vt Phocas, Diomedes, & Donatus vocant. De vtroq; genere suo loco copiosius. Priscianus li. 12. etiã pronominibus quinq; attribuit genera, ait enim Nostras, Vestras generis esse communis. Ego, & Tu omnis generis. Diomedes quatuor, Masculinum, ut Hic: Fœmininum vt hæc: Neutrum: ut hoc: Commune vt Ego, & Tu, cui libenter accedo. Priscianus conatur docere hæc esse omnis generis: quia quamuis, inquit, sermo inter mares, & fœminas exerceatur, sunt tamen propria quædam neutra, vt Glycerium. Nescio quid hic illi venerit in mentem: cum multis locis fateatur Glycerium, & alia id genus, sicuti sunt, generis esse fœminini. Verum demus Terentium lapsum fuisse, qui in Andria dixerit,

Mea Glycerium suos parentes reperit.

Largiamur hoc Prisciano: illud tamẽ ex eo, atq; alijs, qui hæc pronomina affirmant esse omnis generis, velim scire: si Glycerium ita loquatur, Me miserũ, me infelix, loqueturne bene Latine? Si eandẽ quis alloquatur sic, Te Pamphilus uxorẽ duxit: loqueturne cõgruẽter Grãmatices præceptis? Nõ puto; vtrobiq;. n. solœcismus erit, si sunt audiẽdi Grammatici. Quid ita? Quia neutra nomina, & pronomina tres casus habẽt similes nominãdi, accusandi, & vocandi: Quare dicet Glycerium, Ego miserum, Ego infelix: eandem sic alloquemur, Tu Pãphilus vxorẽ duxit: nẽpe vt Ego, & Tu sint accusandi casus generis neutri. Et si cœlo audiendi sensum des, dices. Tu cœlũ testor: non te. Quæ cum ita sint, Ego, & Tu pronomina sunt substantiua, & generis communis: adiunguntur autem neutris, quemadmodum Testis, Autor, & alia id genus, de quib. in Generib. nominum. Hora. 4. Carm. Testis Metaurum flumen. Virg. 10. Italiam petijt fatis autorib. esto: sic ab Ouidio aratrũ, ruricola, a Plinio indigena vinum dicitur. Nostras, & vestras esse generis omnis, ut Arpinas, Capenas, Priuernas, nemo est opinor, qui dubitet. Cic. ad Cæl. 2. Famil. Nostratia verba, idem ad Att. Iter Arpinas dixit. Liuius, Capenas, Priuernas. bellum. vide scholium in pronominum declinationem.

Declinatio.

Varro, & Quintilianus etiam cum de uerbis agunt, quæ in tẽpora inclinãtur, Declinationis vocabulum usurpant. Quin. li. 1. c. 4. Quid, quod multa uerba non totum declinationis ordinem ferunt? Quædam etiam mutãtur, vt Fero in præterito. Prima etiam persona casus rectus 2. de Anal. a Varrone appellatur. Fit, inquit, vt rectus casus nonnunquam sit ambiguus, vt in hoc verbo Volo, quod duo significat, vnum a voluntate, alterum a uolando. Itaque a Volo intelligimus & volare, & velle. Appellatur & prima positio, reliquæ vero personæ etiam casus obliqui, Quintil. li. 1. c. 6. Prima quoque aliquando positio ex obliquis inuenitur, &c. perlege locum si uacat.

Modus,

Modus, Tempus.

De Modis, & Temporibus uerborum, uariisq́, eorum nominibus satis in cõiugationibus dictum est. Præsens etiam Instans à Quintiliano lib. 5. c. 10. dicitur, & à Gellio, vel à Nigidio lib. 17. c. 7. Varro præteritum, futurumq́, infectum solet appellare, quod imperfectum dicimus. Quintilianus præteritum plusquam perfectum uocat. Vlterius li. 1. c. 6. ubi de nominibus anomalis agit, Quædam, inquit, à primis statim positionibus tota mutantur, ut Iupiter: quod uerbis etiam accidit, ut Fero, Tuli: cuius præteritum perfectum, & Vlterius non inuenitur.

Persona.

Varro primam personam solet appellare personam eius, qui loquitur: secũdam, ad quã loquimur: tertiã, de qua loquimur 2. de Anal. Nã ut illic (nimirum in nominib.) extremum caput est rectus casus sic hic (in uerbis) est persona eius, qui loquitur, & tempus præsens, ut scribo, lego. Idem li. 1. Cum itẽ personarum natura triplex esset, eius qui loqueretur, de quo ad quem. Nomina, & participia (exceptis uocatiuis) item nomina uerborum, hoc est, uerba infinita, incertæ, & infinitæ sunt personæ: siquidem personam uerbi, cui adhęrẽt, sequũtur, siue sint ꝓpria, siue appellatiua. Cic. ad Att. Ego uiuo miserrimus. Idem pro Cornel. Audiui hoc de patre meo puer. Idẽ 2. Phili. Defendi Remp. adolescens, non deserã Senex. Liuius 2. ab Vrb. Iupiter Feretri, hæc tibi uictor Romulus Rex, regia arma offero. Idem li. 10. dec. 3. Annibal peto pacem, qui neque peterem, nisi utilem crederem. lege Priscianum li. 13.

Figura, Species.

Figura in compositione cernitur, de qua Quintil. lib. 1. ca. 5. penè extremo Species in declinatione, siue deriuatione uersatur: de qua multa Varro lib. 5. de lingua Latina, ubi Primigenia uerba sic definit. Primigenia dicuntur uerba, ut Lego, scribo, sto, sedeo, & cætera, quæ nõ sunt ab aliquo uerbo, sed suas habent radices. Cõtra uerba Declinata sunt, quæ ab aliquo oriũtur, ut à Lego, legis, legit, legam, & sic itidẽ hinc permulta. Idẽ eodem libro uerba composita Declinata appellat, simplicia uerò Primigenia. Idẽ 1. de Analo. quæ uocãt Grammatici primitiuæ speciei, appellat ille Vocabula imposita, propagines, stirpes, fontes: Deriuatiuę speciei, Vocabula declinata, seu riuos. Priscianus putat Figuram non cadere, nisi in certa quędam participia: eandem negat Donatus 2. Edit. in Præpositione locum habere, putat enim Absque, & similia inter inæqualia siue anomala esse numeranda. Sed hæc hactenus.

PRAECEPTA ALIQVOT

De constructione tyronibus ediscenda.

Præceptum primum.

SVbstantiuum nomen concordat cum adiectiuo in genere, numero, & casu: vt Puer ingeniosus, memoria infirma, ingenium tardum.

Præceptum II.

Relatiuum, Qui, Quæ, Quod, cohæret cum antecedenti in genere, & numero: vt, Non est dicendus puer ingenuus, qui verecundiā non amet. Accepi tuas literas, quæ mihi iucundissimę fuerunt. Legi tuam epistolam, quæ mihi mirandum in modum placuit.

Præceptum III.

Verbum personale finiti modi postulat ante se nominatiuum eiusdem numeri, & personæ: vt, Ego lugeo. Tu rides. Præceptor docet. Nos legimus. Vos scribitis. Aleatores vapulant.

Præceptum IIII.

Verbum infiniti modi ante se accusatiuum habet: vt Gaudeo te bene valere. Doleo parentes tuos ægrotare. Lætor fratrem tuum saluum, & incolumem venisse.

Præceptum V.

Verbum substantiuum non solum ante, sed etiam post se nominatiuum petit: vt, Parsimonia est magnum vectigal. Auus tuus fuit vir doctus. Verecundia est maximum ornamentum pueritiæ.

Præceptum VI.

Omne verbum personale finiti modi, potest vtrinque habere nominatiuum pertinentem ad eandem rem: vt, Hic vocatur Paulus, ille viuit miserrimus. Boni moriuntur læti.

Præceptum VII.

Quotiescunque duo nomina substantiua, ad res diuersas pertinētia, in oratione ponuntur sine coniunctione, alterum erit genitiui casus: vt, Libertus Pompei, Epistola Ciceronis, carmen Virgilii.

Præ-

Pręceptum VIII.

Verbum actiuum post se accusandi casum postulat: ut Pueri ingenui amant literas. Frater tuus legit Ciceronem diligenter.

Præceptum IX.

Verbum passiuum post se ablatiuum desiderat, cum præpositione a, vel ab: vt Literæ amantur a pueris ingenuis. Cicero legitur a fratre tuo diligenter.

Præceptum X.

Quoduis verbum admittit præpositionem cum suo casu: vt, Fui in templo. Eo in gymnasium. Sedeo in scamno.

Præceptum XI.

Omne verbum, & multa nomina datiuum habere possunt eius rei, cui damnum aliquod, vel cōmodum datur: vt Laboras aliis, mihi soli es ociosus. Catilina fuit perniciosus reipublicæ. Senes non sibi, sed filiis, aut nepotibus arbores serunt.

Præceptum XII.

Temporis continuatio in accusatiuo, vel ablatiuo ponitur, frequētius tamen in accusatiuo: vt, Pater tuus vixit quinquaginta annos, vel quinquaginta annis. Dedi operam Diomedi tres annos, vel tribus annis. Scripsi duas horas, vel duabus horis.

Præceptum XIII.

Cuicunq; verbo potest addi ablatiuus significās PRETIVM: vt, Emi librum decem denariis. Vendidisti atramentarium tribus sestertiis. Vel INSTRVMENTVM: vt, Scribo calamo. Percutior ferula. Vel CAVSAM: vt, Seruus tuus interiit fame, Tabesco dolore.

Præceptum XIIII.

Gerundia, Supina, & participia postulant post se casus verborum, a quibus oriuntur: vt, Scribo literas. Tempus est scribēdi literas, Eo scriptum literas, sum scripturus literas.

DE GENERIBUS NOMINUM, quæ ex significatione cognoscuntur.

Vt uir, Cato, leo. Quę maribus solum tribuuntur mascula sunto.
Mascula censentur specie depicta virili:
Vt Mars, Boreas. Et quibus appositum tantùm tribuisse virile
Credibile est veteres, latro ceu, præsul, & hospes.



OMINVM genus partim ex significatione, partim ex positione, partim ex assidua, & diligenti autorum lectione cognoscitur: sunt enim quædam, quorum genere varie pro suo arbitratu vtuntur scriptores, quæ veteres incerti generis appellant. Ciceronis ætate genus masculinum Virile, fœmininũ vero mulicbre dicebatur. Quintilianus, & qui post eum scripserunt, fere masculinum, & fœmininum appellant. quã de re, & cæterorũ generum appellationibus supra dictum est. Primo versiculo continentur quam plurima nomina, de quibus nonnulli Grammatici disperse, ac multis locis egerunt, cuiusmodi sunt scriba, lanista, scurra, rabula, lixa, cacula, nauta, bibliopola, prædo, comedo, consul, tubicen, vas vadis, verres, aries, ędilis, pręs, Arabs, Thrax, Phryx, Rex, Cilix. omnia denique tum propria, tum appellatiua, quæ marem siue rationis participem, siue expertem significant. Angelorum, dæmonum, deorum, ventorum nomina generis sunt masculini, non quod mares sint, sed quod specie quadam, & similitudine mares imitentur, vt Raphael, Asmodæus, Pluto, Iapyx. Tertio versiculo complexi sumus ea, quæ plerique existimant esse communia duorum generum: verum cum adiectiuum masculinum duntaxat admittant, potius masculina censenda sunt: qualia sunt homo, fur, latro, pugil, uigil, id est, nocturnus custos, præsul, cocles, eques, exul, & cetera id genus. Quis enim Latinis literis, vel leuissime tinctus, hominem bonam, aut doctam ausit dicere? Quis duas latrones fuisse in carcerem coniectas? At inquiet aliquis hominem etiam fœminam significare, vt apertissime docet M. Tullius pro Cluent. Cuius ea stultitia est, ut eam nemo hominem, ea uis, ut nemo fœminam, ea crudelitas, vt nemo matrem appellare possit: & Sulpitius libro quarto ad Ciceronem de Tullia loquens, Quæ si hoc tempore, ait, non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Qui hoc argumento vtuntur, facile nobis, credo, persuaserint Animal generis esse communis. Cur enim non dicem, idque bene Latine, Cuius ea stultitia est, ut eam nemo Animal rationis particeps, ea vis, ut nemo fœminam appellare possit? &, Ei moriendum

dum

dum fuit, quoniam animal mortale nata fuerat? Eadem ratione, uel potius captione, Mancipium, & sexcenta alia docebunt esse communia duobus. Si enim ancillam alloquar, Seruiendum tibi est, quoniam mancipium nata es: num male Latine loquar? non puto. Locus ille Plauti vulgatissimus Cistel.

intus paueo, & formido foris, ita metus
Nunc utrobique me agitat, illos hominis miseræ misereri,

Controuersiã hanc dirimeret, nisi esset corruptus. sic enim habẽt libri correcti,

Nam & intus paueo & foris formido. ita nunc
vtrobique me metus agitat, illo sunt homines misere
Miseri.

Quid ergo Homo generis erit masculini? Ita Phocas nobilis in primis grãmaticus sentit, eiusdemq; generis docet esse latro, fur, præsul, hospes. Audes à Diomedis, Donati, Prisciani sententia discedere? Si non placet Homo, & quæ sunt generis eiusdem masculina appellare, appelles licet communia, sed significatione tantũ, quo pacto verisimile est eos intellexisse. At Homo marẽ & fœminam significat. Non eo inficias, sed cum fœminam significat, appositum fœmininum non admittit, quod proprium eorum est, quæ vere communia duorum generum sunt; ea namque non solum significatione, verum etiam constructione sunt communia: consentiunt enim cum adiectiuis tum masculini, tum fœminini generis, vt recta constructio exigit. Sed de vtrisque paulo post copiosius. Hoc eodem tertio uersiculo ijs satis facies, qui forte obijcient lepus, mus, turtur, & alia eiusdem generis promiscua marẽ, & fœminã significare.

Fęmineum dices, quod fęmina sola reposcit. *Vt mulier, Musa, equa.*
Iungito fęmineis muliebri prædita forma. *Vt Iris, Syrnix, Alecto.*
Quæq; adiectiuũ tantũ muliebre requirunt. *Vt operæ, custodiæ.*
Quę neutro apposito gaudẽt, neutralia sunto. *Vt animal.*

Deæ, Nymphæ, Furiæ tum à poetis, tum à pictoribus muliebri forma depinguntur, ob quam causam generis sunt fœminini. Operæ, custodiæ, uigiliæ, excubiæ, etiam cum homines ipsos significant, adiectiuum fœmininum postulant, quare generis sunt fœminini. Cicero ad Atticum libro primo: Operæ Clodianæ pontes occuparant. Idem ad Quintum Fratrem libro primo: Operas autem suas Clodius confirmat. Traianus ad Plinium libro decimo: Nihil opus est mi Secunde charissime ad continendas custodias plures commilitones conuerti. Bestia, bellua, pecus pecudis, auis, & quæ sunt generis eiusdem fœminina sunt, quamuis mares etiã significent: bestia enim nõ minus lupum, equum, leonem, quam lupam, equã, leænam significat. Idem de Epicœnis quæ

sunt

sunt generis fœminini, dictum sit, ut vulpes, aquila, noctua, hæc enim adiectiuum fœmininum postulant, quamuis utrunque sexum significent. Sed de epicœnis suo loco.

Est commune duum, sexum quod claudit vtrunque
Articulo gemino, veluti, bos, fortis, & hostis.

Nomen commune duorum generum est, quod marē, & feminam ita significat, ut adiectiuo masculino adiungatur cum marem significat, ut ciuis Romanus, affinis meus dicitur cum uiros: ciuis Romana, affinis mea, cum fœminas significamus. Cic. pro Cornel. Sacerdotem illam ciuem Romanam factam non esse. Idem post red. in Senatu. Tu affinem tuam, filiā meam superbissimis, & crudelissimis uerbis a genibus tuis repulisti. Veteres aliquando abutuntur hoc nomine, quæ sunt incerti generis, communia duorū generum appellātes Probus li. 1. ait nomina quintæ declinationis esse fœminini generis, Excepto, inquit, uno communi duorum generum masculini, & fœminini hic, & hæc dies huius diei. Prisc. lib. 6. Exceptis, inquit, grus, & sus, quæ sola in monosyllabis communia inueniuntur: & paulo inferius hic, & hæc sus, suis, grus, gruis. Quæ uere communia sunt duorum generum, non ita multa sunt, nam præter hæc, quæ subijciam, pauca, nisi fallor, reperientur apud autores imitatione dignos, qui nunc extant. Fortassis Probus, Diomedes, Priscianus, alijque ueteres plura inuenerunt apud scriptores, qui etiam tum extabant.

Antistes, iuuenis, vates, patruelis, & infans,
Affinis, miles, cum ciue, cliente, sacerdos,
Et comes, atque canis, sus, dux autorq;, parensque,
Municipi, coniux, adolescens, augur adhærent.

Qui plura inuenerit his adiungenda curet, non enim negamus posse nonnulla præter ea a diligentibus indagatoribus reperiri. Quin. lib. 1. cap. 2. Studiorum perniciosissima hostis. Catul. Nuptial. Carm.

Cernitis innuptæ iuuenes?

Pers. Saty. 6. — age si mihi nulla
Iam reliqua ex amitis patruelis, nulla proneptis,
Nulla manet patrui.

Quint. lib. 6. de peroratione. Tū ille alioqui vir facundus inopinatæ rei causa obmutuit, & infantē suam frigidissime reportauit. Cic. post red. in Senat. Tu affinem tuam, &c. Ouid. ep. 11. Et rudis ad partus, & noua miles eram. Quod fortasse non leges alibi cum adiectiuo fœminino iunctum.

Horat.2.Carm.Ode 18. Nec Laconicas mihi.
Trahunt honestæ purpuras clientes.
Valer.Max.li.5.c.1. Liberalitati quas aptiores comites quã humanitatẽ, & clemẽtiam dederim? Portius Latro in Declam.in Catil. Imbuti flagitiis, ac cõsuetudine scelerum, sempiterna comite, & genitrice pessimarum cupiditatũ. Cic 2.Acad. Ego vero ipse, & magnus quidem sum opinator, non enim sum sapiens, & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruam Cynosuram,
Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto, Vt ait Aratus.
Ouid.4.Fast. Optima tu proprij nominis autor eris.
Idem 8.Met. Quo fugis, exclamat, meritorum autore relicta?
Plin.lib.35 cap.11 municipem suam dixit. Terent.And.act.3.sc.2.
Cumque huic veritus est optumæ adolescenti facere iniuriam.
Augur tam rarum est, quam Miles. Stat.9.Theb.
— simque augur cassa futuri.
Cæterorum exempla, quoniam facile inueniuntur, non putauimus adhibenda. Lucan.lib.10. Iudex genere muliebri vsus est de Cleopatra loquens,
Et sumus, vt fatear, tam sæua iudice sontes.

Vigil cum nocturnum custodem significat, substantiuum plane est, & virile, iungitur enim cum adiectiuis masculinis tantum, cum vero vigilantem significat, more adiectiuorum in, Is, syllabam exeuntium cum substantiuis tam masculini, quam fœminini generis iungitur: hinc animus vigil, custos vigil, custodia vigil, flamma, auris, febris, apud poetas. Peruigil ex eo compositum etiam iungitur vtrique generi; vnde ignis, custodia peruigil apud eosdem poetas. Itaque instar adiectiuorum cõmunia sunt duorum generum. A, litera terminata, quæ a verbis oriuntur, vt auriga, homicida, parricida, transfuga, aduena, conuiua, agricola, & id genus alia docent Grammatici esse generis communis, quæ quidem nondum, quod meminerim, cum fœminino adiectiuo iuncta inueni, præter vnum. apud Pomponium autorem vetustissimum, qui a Prisciano libr. 5. citatur, Conueni, inquit, omnes conuiuas meas. Nemo, genere fœminino reperitur apud Plaut. Mercat.
De lanificio neminem metuo, vna ætate quæ sit:
Titinius apud Priscian.lib.6. neminem bonam dixit,
Quod rogas neminem decet bonam. Quid si prisci illi Latini eodem modo Hominẽ bonã dixerũt? Si vera sunt quę diximus, homo, latro, fur, exul, præsul, pugil, cocles, eques, hæres, hospes, testis, iuuenis, infans, princeps, generis sunt masculini: quod si quis ea apud probatos scriptores cũ fœminino adiectiuo copulata legerit, fieri enim potest, vt aliqua reperiãtur, superioribus adiũgat: Interim dicam duas fęminas fures in vincula fuisse coniectas. & cætera eodem modo: non enim significatio sola, aut nomen substantiuum substantiuo additum genus cõmune indicat. Nec enim ex illo Terẽtiano loco Eunuchi.

Si

Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt.

Colligi potest pugil esse generis communis: siquidem potuisset etiam dicere gladiatorem esse aiunt, aut lanistam, aut centurionem. Neque hæc, quæ subijciam docent, hæres, fur, princeps, hospes, vindex, iudex, communia esse duorum generum. Cic. 3. Ver. Testamento fecit hæredem filiam. Plaut. Pœ. Fures estis ambæ. Potuisset enim eodem modo dicere Mancipia estis ambæ. Pli. li. 8. cap. 32. Quasdam nos principes fœminas scimus omnibus diebus carnem eam degustare solitas, & longo æuo caruisse febribus. Lucam. lib. 5.

— secretaque rerum
Hospes in externis audiuit Curia tectis.

Cic. 2. Off. Orationis indicem vocem habemus. Pli. lib. 8. c. 16. Leonum animi index cauda. Cic. 3. de Legibus. Habeat sanè populus tabellam, quasi vindicem libertatis. Princeps interdum est adiectiuum omnis generis, sed hic de substantiuis agimus. Quæ cum ita sint, fallax, & captiosum est illud argumentandi genus, homo marem & fœminam significat, est igitur generis communis: addendum namque fuit, & iungitur cum adiectiuo masculino, cum marem: & cum fœminino, cum fœminam significat. Nam si id concedamus; necessario concedendum erit, omnia Epicœna esse communis generis, cum utrũque sexum significent. Adiectiua quæ in Is, syllabam exeunt, si substantiua masculini, & fœminini generis admittant, vt fortis, grauis: item compar&tiua in Or, inter communia duorum generum numerantur. Varro in libris de Analog. genera nominum articulis solet definire, ne mireris commune duorũ à nobis appellatum, cui articuli hic & hæc præponuntur. Scio quosdã hoc genus definitionis fastidire. De genere Epicœno siue Promiscuo postremo loco dicendum est, cuius rei causam ibidem exponemus.

Vt prudens, felix. Est commune trium, generi quod conuenit omni.

Huic tãtum spectant nomina adiectiua, quæ vna positione contẽta sunt, vt fælix, velox, amans, docens, nequam, frugi, nihili, præsto, quorum quatuor postrema non inclinãtur in casus, sicuti numeralia à quatuor vsque ad cẽtũ, hęc enim omni generi conueniunt, vnde à veteribus grãmaticis hoc genus, Omne, dicitur, & proximum, de quo modo egimus Cõmune: quare frequẽtissimè loquuntur sic, felix est omnis generis: Ciuis est generis cõmunis. Probus lib. 2. siue de catholicis nominũ (sic enim veteres præcepta vniuersalia, siue perpetualia, ut in Latinũ conuertit Quintilianus li. 2. c. 13. appellabant) ait Verna, & aduena esse omnis generis: dicimus enim, inquit ille, verna puer, verna puella, verna mãcipiũ: quo argumẽto scurra, lixa, nauta, & alia quàm plurima eiusdẽ erunt generis: nã substantiua nomina generis masculini, ex quibus fœminina non oriũtur, omnibus generibus hoc modo adiũgi possunt. Cur enim nõ dicam vidisse me puerum scurram, puellam scurram, & mãcipiũ scurrã?

At si masculinũ ex se facit fœmininũ, aliter loquar, dicã enim puerũ pedisequũ, puellã vero pedisequã: nã pedisequus ex se facit pedisequã, vt Rex Reginã, magister magistrã. Iudex, comes, ruricola, alienigena, indigena, testis, autor, quamuis cũ neutris iuncta reperiantur, nõ ideo tamẽ adiectiua omnis generis censenda sunt, cum plane sint substantiua, figurateque neutris adiungantur.
Lucanus lib. 1. Credidimus fatis, vtendum est iudice bello.
Idem 5. Si fortuna feret, rerum nos summa sequetur;
Imperiumque comes.
Ouid. 4. Trist. Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.
Gel. lib. 1. c. 24. Neque vino alienigena, sed patrio vsuros. Plin. lib. 14. c. 6. Dixisse hospiti de indigena vino. Hora. 4. Carm. ode 4.
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal.
Verg. 10. Italiam petijt fatis autoribus, esto.
Sunt quędã omnis generis, quę nominandi, accusandi, atque vocandi casibus neutris numeri pluralis carent, qualia sunt diues, pauper, locuples, vber, memor. superstes, sospes, ales, teres, (nam Teretia, quo Gellius est vsus, parũ vsitatum est) ex quinque primis fiunt comparatiua diuitior, pauperior: è nonnullis etiam superlatiua pauperimus, locupletissimus, vberrimus, id quod plane docet adiectiua esse. Dis etiã adiectiuũ est, vnde ditia regna, & comparatiuum ditior, & superlatiuum ditissimus. Valer. lib. 2. Diues, & præpotens naturæ regnum scrutatus, &c. Ouid. 2. Trist.
Diuitis ingenij est ingentia Cæsaris acta Scribere.
Horatius. 2. Episto. Sub paupere tecto. Ver. 9.
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.
Idem 4. Aen. — tum si quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iustumque, memorque precatur.
Ouid. Post mea mansurum fata superstes opus. Iuuenal satyr. 13.
Depositum tibi sospes erit:
Huc pertinet composita ex nomine Color. Plin. lib. 10. capit. 52. Intus omne opum uolucrum bicolor. Idem lib. 19. c. 1. litora uersicoloria dixit. Et nomina patria in As, vt Arpinas, Capenas, Priuernas. Liu. 5. ab urb. Cornelijs Faliscum bellum, Valerio ac Seruilio Capenas sorte euenit. Idem li. 8. Eodem anno Priuernas bellum initum est. Composita ex Decus, & Corpus non ausi sumus addere, cum incerta sit eorum positio, potiusq́ uideantur in, I S, & E, quam in or, syllabam exire. Nonius Marcellus, Indecoris, inquit, pro indecora: Accius Athamante,
Cuius sit uita indecoris, mortem fugere turpe haud conuenit.
Neq; ut arbitror, facile inuenies bicorpor, tricorpor, indecor: unde itaq; fiãt obliqui bicorporis, tricorporis. & indecores numero multitudinis, quo Vergilius utitur, incertum est. Priscianus, libro 5. ait hęc, or, syllaba terminari, &

Pro-

Probus in Institutis artium, Quasi, inquit, constant pyrrichie, vt Tullius,
Nam quasi bos sibi dedecor ingenuere parentes:
qui versus cũ ignoremus vnde sumptus sit, hęc in incerto relicta sunt. Adiecti ua, quæ diuersas habent formas, ad diuersas præceptiones spectant, vt Bonus, a, um: breuis, & breue.

Vt October, Tagus Pro maribus pugnant menses, fluuiiq; minaces.

Veteres Istrum, Rhenum, Metaurum; Rhodanum, Iberum, nominandi casu pro Ister, Rhenus, Metaurus, Rhodanus, Iberus dicebant, dummodo seque retur nomen, Flumen unde est illud Horatij 4. Carm. Ode 4.
Testis Metaurum flumen, & Asdrubal.
& in Arte poetica. Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.
Vide Priscianum li. 5. Iader neutrum est, quod suo loco inuenies. Sunt non nulla etiam fœminina, de quibus post.

Vt Cyprus, Aegyptus, Carthago, Pistris, Aeneis, Insula fęminea, Vrbs, Regio, cum Naue, Poesis,

Quędam, ut duos habent exitus, ita modo fœminini, modo neutri generis reperiuntur, cuiusmodi sunt Saguntus, Saguntum, Ilios, Ilion, siue Ilium. Lesbos, Lesbon. Abydos Abydon. Silius li. 2. — & totam soliti spectare Saguntum. Idẽ li. 17. Quid uos, queis claro deletum est Marte Saguntũ, Exhorter? Ouid. 14. Met. — postquam alta cremata est.
Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flammas.
Virg. 3. Aen. — ceciditq; superbum Ilium.
Valer. Flac. Argon. 1. — dirimiq; procul non æquore visa,
Cœperat a gemina discedere Sestos Abydo.
Virg. 1. Georg. Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Ouid. 10. Met. Et Mytilenei potiuntur littore Lesbi.
Zeugma, Reate, Sutul, Argos, Tibur, Nepete, Præneste, Cœre neutra sunt. de quibus suo loco. Nomina fabularum, si quãdo reperiuntur generis masculini, tũc non fabulæ, sed personæ habetur ratio. Suet. in Octauio. ca. 85. Quærentibusq; amicis quid nam Aiax ageret, respondit, Aiacem suum in spongiam incubuisse. Iuuen. Sat. 1. Scriptus & in tergo nec dum finitus Orestes.

Vt pinus, cupressus. Fęminea est arbor. Foliis oleaster amarus
Mas est. Hoc acer, atque siler, cum subere, robur.

Arborũ nomina generis sunt fœminini, vt pinaster. Plin. lib. 16. cap. 10. Pinaster nihil aliud est, quã pinus syluestris mira altitudine, & a medio ramosa, sicut pinus in vertice: copiosiorẽ dat hæc resinã, de quo dicemus modo. Suber

neutrum

neutrum est tantum: Idem lib. 17. cap. 24. Excepto subere, quod sic etiam inuatur. Idem lib. 16. cap. 25. Serotino autem germine malus tardissimo suber, dixit, non tardissimus suber, vt quidam legerunt: ex quo loco docebant suber esse masculini generis. Itaque ex hoc loco non intelligitur cuius sit generis, cum Tardissimo cum nomine Germine congruat. Spinus putat Seruius generis esse masculini, sed nullius id testimonio confirmat. Platanon locus est platanis consitus, non ipsa platanus; itaque non est huius loci. Thus puto, & arborem ipsam, & lacrymam posse appellari. Plinius arborem thuris solet vocare ea figura, qua Cicero arborem fici, ficum ipsam appellauit. Sed cum lib. 12. c. 17. ita scripserit, Cibos Sabæi coquunt ligno thuris, alij myrrhæ. & eodem lib. cap. 14. Virgis etiam thuris ad nos commeantibus, quibus credi potest, matrem quoque terentem enodi frutificare trunco; etiam arborem ipsam videtur thus appellasse. de cuius genere nihil ad huc legi. Libanus arbor thuris apud Grecos masculinum est λίβανος apud Pindarum, & Euripidem etiam fœmininum inuenitur, uide Fauorinum. Non videtur hoc nomen fuisse in vsu apud veteres Latinos. Pinus, cupressus, platanus, & alia quædam etiam masculina fuerunt priscis temporibus. Dumus non huc spectat, humilior est enim, quam, vt inter arbores numerandus sit.

Vm neutris iunges. Hominum si propria demas.

Hæc præceptio quamuis proprie ad positionẽ spectet, hic tamen apponẽdã fuit, vt nonnulla exciperemus, quæ superioribus præceptis aduersabantur: nã mãcipium, iumentum, & alia eiusdem generis marem, & fœminã significant, quæ tamen neutra sunt. Item nomina vrbium, vt Dyrrhachiũ, Saguntũ: arborũ, vt Laburnum, ligustrum, buxum: Cic. pro Plan. Dyrrhachiũ, quod erat in fide mea, petere cõtendi. Liu. li. 1. Dec. 3. Hannibal Sagunto capto, Carthaginẽ noua in hyberna cõcesserat. Ibid. Iã Sagũtum summa vi oppugnabatur. Plin. li. 16. c. 18. Ligustra tesseris vtilissima. Ouid. in descriptione cuiusdam fontis,

Nec desunt folijs buxum, fragilesque myricæ,
Nec tenues Cytisi, cultaque pinus abest.

Vbi buxum apertissime arborem non lignum, materiamque significat, vt vult Priscianus lib. 5. Omnia denique, Vm, syllaba finita neutra sunt, præter propria virorum, vt Dinatium, Pægnium: & fœminarum vt Glycerium, Phanium. Si quis institerit Animal, et Pecus pecoris, significare marem, & fœminam, & tamen nulla præceptione fuisse excepta, ne tempus in re futili conteras, hoc versiculo te poteris defendere,

Quæ neutro apposit u guadent, neutralia sunto.

Hæc enim, & similia cũ appositum neutrũ tantũ admittãt, neutra necessario sunt, quãuis vtrũque sexum amplectãtur. Dicet fortasse aliquis, Ergo Lupus, Humor erũt neutra. gaudẽt enim appositis neutris. Virg. Triste lupus stabulis.

idem

idem Dulce satis humor. Responde, hæc, & quæ sunt generis eiusdem ad figuratã constructionem spectare, de qua suo loco, est enim hellenismus: siquidẽ Græci neutra adiectiua etiam cum masculinis, & femininis substantiuis iungunt. Vide Budæum in Commen. linguæ Græcæ.

Vt Bactra, fusa. A, plurale genus neutrum sibi poscit vbique:
Vt Puteoli, liberi. Nomen in I, maribus, si sit plurale reserua.

Nomina multitudinis A, litera terminata cuiuscunq; sint significationis, neutra sunt, ut Ecbatana, arma, Bucolica. I, verò finita masculina sunt, ut liberi, quod utrũque sexũ significat: item vrbiũ nomina, vt Philippi. Ouid. 13. Met.

Emathijq; iterum maduerunt cæde Philippi.

Cic. 7. Verr. Adsunt Puteoli toti. Proximi tres versiculi superiores non solum exceptionis, sed etiam præceptionis partes agunt, omnia enim quæ in V, M, I, A, exeunt, dummodo I, A, litera finita pluralia sint, cuiusque modi sint, huc spectant.

Trade notas neutri: & vocem pro nomine sumptam:
Et verbum quoduis nuda pro voce repostum.

Elementorum nomina ferè neutra sunt, interdum etiam fœminina, Quit. lib. 1. ca. 7. Immunis, illud, N, quod veritas exigit sequentis syllabæ sono iunctũ, M, gemina commutatur. Verba, & cæteræ orationis partes positæ loco nominis, neutri generis sunt. Cice. ad Att. 13. Quam turpis est assentatio, cum viuere ipsum turpe sit nobis. Martialis lib. 5. in Posthumum.

Cras te victurum, cras dicis Posthume semper.
Dic mihi cras istud Posthume quando venit?

Cum excluso omni sensu dictiones pro semetipsis ponuntur, sunt generis neutri, vt Lux est monosyllabum, Dies est dissyllabum. Sæpe tamen autores rationem habent significationis. Quint. lib. 1. cap. 5. Ne miremur quod ab antiquorum plerisque Aenea, & Anchisa sit dictus.

De generibus nominum, quæ ex positione cognoscuntur.

Fœmineum. A, primæ est, veluti panthera, sagitta.

Positionem solet Quintilianus appellare, quam Grammatici terminationẽ vocant, lib. 1 cap. 5. Inde Castorem media syllaba producta pronunciarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in

easdem

easdem quas Castor literas exit. Idem in eodem c.4. Nec statim diligentē pu tabo, qui promiscua, quæ & Epicæna dicuntur ostenderit, in quib. sexus vterque per alterum apparet, aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant, qualia sunt Murena, Glycerium. Cœlius Ciceroni li.8. de pantheris agens. Quas, inquit, ipsas Curio mihi, & alias Africanas decem donauit. Ouid.3. Met. Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.

Quarum mares, vt Plin. docet lib.8.c.17. pardi appellantur. Pātheras, inquit, nunc Varias, & pardos, qui mares sunt appellant.

Adria mas esto, cui iunge cometa, planeta.
Hic mamona petit. Pascha hoc, cui iungito manna.

Adria virile est, cum mare Venetum, vt nunc loquimur, significat: cum vero vrbem, muliebre. Mamona, pascha, manna cum peregrina sint, & à Latina lingua aliena, non expectabis à nobis ueterum Romanorum exempla, Mā, & phase, vel pesach, vt modo Hebræi pronuntiant, Hebræa, sunt, vnde Chaldæi manna, & pascha fecerunt. vtrumque apud vtrosque masculinum est, nō neutrum: neque enim fieri potest, cum vtraque lingua neutrum genus ignoret. Ex ca.12. & 16. Exodi, & 8. Deuter. intelliges apud Hebræos, & Chaldæos rem ita se habere. Apud Græcos tamen, & Latinos utrunque neutrū est, quod in ijsdem locis inuenies. Manna tamen dum micas thuris concussu elisas significat, muliebre est. Plin. lib. 12. ca. 14. Micas concussu elisas mannam vocamus. Si esset neutrum manna dixisset, cum neutrum tres casus habeat similes. Idem lib.29.ca.6. addito fœniculi succo ad Cyathum unum, & thuris manna vna. Dioscor. li.1.c. 84. μάννα λιβάνου δόκιμός ἐστιν ἡ λευκὴ, καὶ καθαρά. ubi λιβάνου non Libanum montem, sed thus significat, vide Matthiolum in eundem Dioscoridem. Hoc nomine & genere quidam rorem Syriacum etiam appellant: Mamon, & Mamona Græce μαμωνᾶς vnico, m, (sic enim in correctis libris Chaldaicis, & Græcis est) masculini generis est; priorem vocem inuenies Gen. 37. Exodi 18. & 21. & 35 posteriorem apud Diuum Matthæum cap.6. & Lucam cap. 16. Penultima longa est apud Syros, & Græcos, vide Suidam; quo nomine diuitiæ appellantur, & ut placet quibusdam, dicitur etiam dæmon, cuius partes sunt miseros mortalium animos auaritiæ facibus inflammare. Tertullianus mamonas Græcorum more recto casu solet dicere contra Martionem libro 4. Et creator enim dominus, quia Deus: & utique magis dominus, quam mamonas. Ibidem sæpe mamonam accusandi casu vsurpat. Si ergo hæc non cadunt in creatorem, sed in Mamonam, &c. & irridebant denique Pharisæi pecuniæ cupidi, quod intellexissent scilicet, mamona de nummo dictum. Ibidē Duos enim dominos nominauit, Deum, & mamonam; creatorem, & nummū.

D. Ambrosus in D. Lucam, Pulchre autem iniquum mamonam dixit, quia variis diuitiarum illecebris nostræ auaritiæ tentabat affectus, vt vellemus seruire diuitiis. Si neutrum esset, mamona casu accusandi dixissent. Pascha quidam à verbo Græco πάσχω quod pati significat deduxerunt, vnde ad tertiam declinationẽ spectare more Græcorum in, A, exeuntium crediderunt: cũ non passionẽ, sed transitum significet à verbo Hebræo, pasach, quod transire significat. Vide D. Hyeronimum tomo 4. de celebratione paschæ.

Nomen in, A, ternæ neutrum est, ceu stigma, toreuma,
E, Latiale petit neutrum, uelut acre, monile.
Fęmineum est aloe, Rhodopeque, & cætera Græca.

E, litera finita, si sint Latina, neutra sunt, & tertiæ declinationis: sin Græca, primæ sunt declinationis, & generis fęminini Cete, Tempe, & mele, quod rarius est, neutra sunt, & pluralis numeri, à Græcis κήτεα, τέμπεα μέλεα unde κήτη, τέμπη μέλη, facta sunt, duabus vocalibus in vnam contractis. Mille substantiuum neutrum est, quod pluraliter declinatur millia, milliũ. &c. Mille adiectiuum est omnis generis, neq; declinatur.

Vt sinapi, ut pugio, I, neutris tribue, O, maribus finita dabuntur.
Vt lectio oratio. Est, Io, fęmineum, fuerit si corporis expers:
Cui caro iungatur, cœnatio, portio quodque
Vt dulcedo, imago. Definit in Do, Go, Neutris adscribito, pondo
Harpago, cudo, ordo, mas, udo, cardo, ligoque.

Sinapi, gummi neutra sunt: at sinapis gummis fœminina. Columel. lib. 10. Seque lacessenti fletum factura sinapis. Idem lib. 12. ca. 50. Existimarũt que satius esse noua dolia liquida gummi perluere. Frugi, & Nihil, ait Probus esse omnis generis. Priscianus addit Nauci, Mancipi, quæ aptota à grammaticis appellantur, hoc est, sine casibus: alij putant casus esse obliquos, figurateque iungi cum omnibus casibus, & generibus. vide Prisci. lib. 5. & 6. Io literis finita, quæ rem incorpoream significant, item verbalia, fœminina sunt, vt quæstio, reprehensio; quæ vero corpoream significant masculina sunt, vt pugio, vnio, hoc est margarita: nam vnio, idest, concordia non est cur doceantur pueri fœmininũ esse, cum apud veteres minime reperiatur. Pondo non declinatus, significat libram: aliquando pondus, vnde Liuius 4. ab vrbe scribit coronam auream libræ põdo Ioui dicatam fuisse. Cardo apud priscos etiam fœmininum fuit. ἅρπαξ ἅρπαγος mediam corripit, vide 2. lib. Epigram. εἰς ἅρπαγας vnde verbum harpago, hoc est, rapio, & nomen harpago penultimam corripiunt, quantum hac coniectura assequi possum, quantumq; ex Plautina licentia potui colligere: nã uerbo harpagedi,

&

& in Aularia, & in Pseudolo utitur. Quod si quid melius alicui occurrerit, libentissimo animo amplectemur.

V, c, d, da neutris, velut Id, cum lacte, geluque.

Alec neutrum est, ut docet Nonius Marcel. his testimonijs Plaut. Aulul.

Qui mihi olera cruda ponunt, alec danunt,

Horat. 2. Serm. saty. 4. — ego fecem primus, & alec inueni.

Locus Plinij corruptus lib. 31. cap. 8. in causa fuit, ut quidam existimarent esse generis fœminini, ubi non Alec, sed Alex sic legendũ est, Sed uitium huius alex imperfecta, nec colata fex. Neque illud Martialis lib. 11. ad rem facit.

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra

Alecem, sed quam protinus ipsa uoret: nam Alecem à nominatiuo Alex dixit. Plin. lib. 32. c. 10. ubi de medicina piscium agit, Alex, inquit, deferuefacta unguium scabritiam tollit: apud quem Alex, ut ex hoc, & superiore loco intelligimus, tum piscem, tum uitium muriæ significat.

L, T, sit neutrum. Hic mugil, sal, solq; reposcunt. *Vt tribunal, caput.*

Huius loci sunt frit, git, occiput, sinciput. Sal neutro genere, Verrio Flacco etiam placuit, ut Carisius lib. 6. docet.

An, In, On, mas. Hæc sindon, & suauis aedon. *ut pæã, delphin, agõ.*
Quis adde alcyonem. Neutris da cuncta secundæ. *Vt Ilion, Pelion.*

Python, draco, quem dicitur Apollo sagittis confixisse, tantum est generis masculini, neque ex versu Tibulli lib. 2.

Delos, vbi nunc Phœbe tua est, ubi Delphica Pytho? doceri potest esse generis fœminini: cum Pytho, non Python scribatur, quod nomen est urbis ubi ipse draco interfectus est. Quod si in aliquo libro Python per literam, n, scribatur, nihil te moueat: nam urbs ipsa & Pytho, & Python dicta est, ut Eustathius autor est in Iliad. quæ postea Delphis appellata est, & gens Delphi; idem in 11. Odyss. rursus ait utroq; modo fuisse dictam. Pytho in carmine Tibulli urbem non draconem significare, non solum ex ipsa elegia, sed etiam ex eodem ipso uersu apertissime intelligitur. Aedon, hoc est, Luscinia, tam apud Græcos, quam apud nostros fœmininum est. Arist. de hist. animal. lib. 5. cap. 9. & lib. 9. cap. 49. Seneca in Octauia.

Quis mea dignè deflere potest
Mala? quæ lacrymis nostris questus
Reddet aedon?

Alcyon, Latine Alcedo apud utrosque fœmininum est. Arist. de hist. anim. lib. 5. cap. 8. & lib. 9. cap. 14. Virg. 1. Georg.

Non tepidum ad solem pennas in littore pandunt
Dilectæ Thetidi alcyones,

Propertius lib. 1. Non ego desertas alloquar alcyonas.
Mares alcyonum, ait Eusthatius in 9. Illiad. τοὺς κηΰκας à Pausania voca ri, qui cū senuerint à fœminis gestantur. Ibidem docet alcyon sine aspiratione scribendum. Seruius putat esse commune duobus: quod tamen non probat. Item Alcyone mulierem significare, cum etiam auem significet. Stat. lib. 9.
Alcyone deserta gemit, cum pignora sæuus
Auster, & algentes rapuit Thetis inuida nidos.

Icon iconis femininum est, quod apud Latinos uix inuenies. Quæ in, On syllabam exeunt secundæ declinationis, neutra sunt, ut barbiton, quod semper hac positione neutrum est. uide Athenæum lib. 3. & Pollucem lib. 4. c. 9. Barbitos in suum locum differatur.

carmen, lumen. En dabitur neutris. Sed hymen, ren, mascula sunto,
Et splen, atq; lien, atagen cum pectine, lichen.

Multi grāmatici rien addunt, quod tamē nondum apud bonos scriptores legi. Attagen nō poterat carmen ingredi nisi altero, t, amisso, & prima correpta.

Postulat, Ar, neutrum, ceu par, cum nectare bacchar.

Par substantiuum neutrum est, adiectiuum omnis generis. Bacchar herba neutrius generis est. Plin lib. 21. cap. 6. Eorū quoque error corrigēdus est, qui Bacchar, rusticum nardum appellauerunt. Idem in eodē cap. 19. Bacchar in medicinæ vsu est. aliqui ex nostris perpensam uocant. Vtrobiq; baccharem dixisset, si esset muliebre. Eadem herba etiam baccharis vocatur. Idem lib. 12. cap. 12. Baccharis uocatur nardum rusticum, de quo dicemus inter flores. Lucar auis nusquam apud antiquos, quod sciam, inuenitur.

mber, uer. Et maribus dona. Lauer hoc cum tubere poscit,
Vber, iter, spinther, laser, cicer, atque papauer.
Ver, siser, atque piper, cum verbere, necte cadauer.

Lauer interdū fœmininū est. Plin. lib. 26. c. 8. Lauer quoq; nascens in riuis, cōdita, & cocta torminibus medetur. Tuber neutrū est, cū terræ callum, aut tumorem, cum uero arborem significat, fœmininum. Plin. lib. 16. cap. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca, dein tuberes, & præcoces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domitiano Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset, &c. Mart. lib. 13.
Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et tuberes uernæ. quid tibi cum Lybicis?
Vbi Vernæ substantium nomen est à uerna uernæ, non à uernus, a, um, ut qui

dam

dam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Martialis ea dicendi forma, qua libro 1. vernas apros: & 3. verna liber.

Debet enim Gallum vincere verna liber.

& 5. Præter libellos vernulas nihil misi. Et 10. lupos vernas. Non itaque dissentire à Suetonio, sed vernas tuberes appellauit in Italia natos, non ex Africa allatos, vnde ipsa arbor à Sexto Papinio in Italiam translata fuerat. Lege Pli. lib. 15. c. 14. Vber hic substantiuum est: nam adiectiuum omnis generis est. Pli. lib. 20. c. 5. de sisere loquens in eadem periodo masculino, & fęminino vsus est, Hicesius inquit, ideo stomacho vtile videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret: esse tamen vtile conualescentibus ad vinum transeuntibus. Verber casu nominandi inusitatum est: sexto casu, verbere vsitatissimum est, & interim genitiuo: numero multitudinis integrum est. Cancer tertiæ declinationis iam exoleuit. Ruder non probatur doctis, sed rudus. Cucumer, pro cucumis insolitum videtur. Nondum zingiber, siue zinziber, quod hic à quibusdam ponitur, apud veteres Latinos legi, sed zimpiberi, siue Singiberi. Plin. lib. 12. cap. 7. Non est huius arboris radix, vt aliqui existimauere, quod vocant zimpiberi, alij vero singiberi: apud Dioscorid. lib. 2. σιγγίβερις dicitur, quod in nonnullis libris. ca. 149. ζιγγίβερις legitur: hoc est singiberis, siue zingiberis.

Or, maribus seruit. Muliebris demitur arbor. *Vt dolor, honor.*
Accedunt neutris, cor, ador, cumq; æquore, marmor.
Exigit, Vr, neutrum. Hic furfur, cum vulture, turtur. *Vt fulgur, sulphur.*

Ir syllaba finita significatione genus suum indicant, vt vir, leuir, treuir. Abadir, & Ir, quorum illud masculinum, hoc neutrum esse aiunt, sine vlla iactura possunt prætermitti: cum nihil aliud, quam aliorum locum occupent, neque vlli sint vsui. Priscianus neutrum putat declinari: posterius declinauit Carisius. Satur, satura, saturum cum ternas habeat formas, totidem habebit genera. Furfur etiam numerò singulari in vsu est maximè apud Pli. li. 18. c. 9. Verum plus retinet in furfure. & lib. 26. c. 2. de mentagra loquens. Descēdentem & in colla, pectusque, ac manus, fœdo cutis furfure.

Fęmineum, As. Neutrum vas vasis, fasq; nefasq;. *Vt tempestas, lāpas.*
Mascula sunt elephas, adamas, as, atque tiaras,
Cum reliquis cunctis, flectit quæ prima Pelasgum. *Vt pharias, mamonas.*

Ceras, Ceradis neutrum, vt aiunt, prætermisi propterea quod sit inusitatum, Tiaras, & reliqua primæ masculini sint. Virg. 7. — sceptrumque, sacerq; tiaras. Tiara, æ, fęmininum est. Iuue. saty. 6. — & Phrygia, vestitur bucca tiara.

Vt compes, moles. Esto nomen in, Es, muliebre. Sed esto virile
Limes, pes, fomes, termes, cum palmite, trames.
Et gurges, merges, poples, cum cespire, vepres,
Et paries, stipesque, meri nomenque diei,
Vt aromatites, lebes His græcum primæ, vel tertiæ iungito nomen,
Hippomanes neutris, panaces, cacoethes adhærent.

Tudes, & ames masculina sunt, vt quibusdam placet, sed nullis teslibus id confirmant: Meridies in duas partes sectum est, quia aliter carmen ingredi non poterat. Vepres etiam numero singulari reperitur. Columel. libro 11. cap. 3. Hūc veprem manifestum est interim non posse. Græca prima, vt Bootes, aromatites, myrtites, absinthites, hyssopites, & multa alia generis eiusdem masculina sunt. Plin. lib. 14. cap. 16. Aromatitem quoque inuenio factitatum. Idem in eodem, Sic fiet & sycites à syco, quem alij palmiprimum, alij cathorchitem vocant. Ibidem, Sed è punicis quòd fit, rhoitem vocant: quæ si neutra essent, vt quidam putauit, accusatiuus similis esset nominatiuo. Neque si vinum aromatites, absinthites, hyssopites dicatur, continuo hæc neutra erunt: quemadmodum neque Tagus, Rhodanus, cum flumen Tagus, flumen Rhodanus dicitur. Sunt & Græca tertiæ declinationis, quibus vtuntur Latini masculina, vt magnes, lebes, tapes, præter hippomanes, & panaces, & cacoethes, quæ neutra sunt. Plin. lib. 5. cap. 4. Panaces ipso nomine omnium malorum remedia promittit, numerosum, & Dijs inuentoribus ascriptum. Solæ chophanes his tribus addi potest.

Vt nauis, clauis Is dato fœmineis. Maribus da piscis, aqualis,
Anguis, tum fustis, tum callis, follis, & ensis,
Mensis, cum vecti, torris, glis, postis, & orbis,
Et sanguis, cenchris, collis, cum vomere, cassis,
Mugilis, atque lapis, vermis, cum fasce, canalis,
Vnguis, tum cucumis, tum caulis, puluis, & axis,
Vt vigessis, cētussis, IS, quoque finitum, ceu panis, & asse creata.

Amnis, canalis, cinis apud priscos etiam fœminina fuerunt, quorum postremum Cæsar, & Catullus, vt refert Nonius Marcel. conati sunt reuocare, sed parum feliciter eorum conatus cessit. Anguis raro admodum reperitur fœmininum. Vale. Max. libro 4. Subito ab vna parte aræ prolapsam anguem prospexit. In eodem masculino vsus est. Angues duo ex occulto prolapsi; sic enim habent correcti libri. Cenchris serpens masculini generis est. Lucan. libro 9.

Et semper recto lapsurus limite cenchris.

Cen-

Cenchris, idis, auis fœm. vide Plin. lib. 3. c. vltimo. Cassis, hoc est rete, vsitatius est numero multitudinis, Verg. 4. Georg. — aut inuisa Mineruæ

In foribus laxos suspendit aranea casses: Seneca Agam. etiā singulari est vsus. At ille vt hispidus syluis aper,

Cum casse vinctus tentat egressus tamen.

Sentis ferè numero plurali reperitur. Colu. li. 6. c. 3. Liberantur arua sentibus, qui æstiuo tempore per Caniculæ ortum recisi, &c. Idem lib. 11. c. 3. singulari vsus est, Nos sentem canis appellamus. Pollis Phocas masculinum, Carisius fœm. esse existimat: Cęsar, & Probus, quib. potius accedēdum est, pollen, pollinis, neutro genere declinant. Vide Prisc. lib. 6. Delphis etiam à quibusdam additur, sed Delphin, & delphinus fere à Latinis vsurpantur. Alcyonis, alij commune duorum, generum, alij incerti generis tradunt esse, auemq; alcyonē, siue alcedinem significare. verum alcyonides numero multitudinis nō alcyones sunt, sed dies quib. ipsæ alcyones nidos faciunt, oua pariunt, pullosq́; educant Arist. libr. 5. c. 8. de hist. anim. ἀλκυονείους ἡμέρας, καὶ ἀλκυονίδας vocat, vnde mutuatus est Plinius, quæ lib. 10. c. 33. de alcyonibus scripsit. Fętificant, inquit, bruma, qui dies alcyonides vocantur: faciunt septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariūt. Hos dies M. Varro, lib. 5. de lingua Latin. ait alcyonios appellari. Suidas ait Alcyonidem fuisse matrem Alcyonis ἀλκυονὶς καὶ ἀλκυονίτις, τῆς ἀλκυόνος μήτηρ. Magnum Etym. & Phauor. aiunt esse diminutiuum. Quæ cū ita sint fœminini erit tantum. Acinaces per, c, scribendum puto, cum Gręce vbique ἀκινάκης scribatur. Sotularis non est apud D. Hieronimum, sed Soccus lib. 1. contra Iouinianum fere in extremo libro. Et hic Soccus, inquit, quē cernitis videtur vobis nouus, & elegans, sed nemo scit præter me, vbi me premat. Othrys mōs apud Græcos fœm. est Strab. 9. τῆς Ὄθρυος ἱερᾶς. A poetis Latinis masculino genere vsurpatur. Luc. lib. 6.

Solstitiale caput ne morosus summouet Othrys. Stat. 1. Achil.

Iam tristis Pholoe, iam nubilus ingemit Othrys.

Mascula in, Os sunto. Dos, cos, muliebris & arbos. *Vt ros, flos,*
Da chaos, atque molos neutris, os, Argos, eposq́ue.
Nomen in, Vs, mas est, seu quartæ, siue secundæ. *Vt sensus, rogus.*

Pampinus, intubus, seu intybus non video cur generis sint incerti, cum fœminina nusquam apud classicos reperiantur. Colū lib. 3. cap. 18. Ex quibus pampini pullulant vel steriles, vel minus feraces, quos rustici vocant racemarios. Pli. proœm. li. 23. Pampini triti, & impositi tumorem omnem siccant, & c. 1. eiusdem lib. Pampinos quoq; eis edendos censent, imponendosq;. Idē li. 19. c. 8. Intubi caule non minus grati: Et lib. 20. c. 8 iisdem locis inuenies erraticū

intubum, quod in Aegypto cichorium vocant, genere neutro. Arcus etiam cælestis tantum est masculini generis: neque est, cur in rebus nullius momenti tempus frustra conteramus.

Porticus, atque tribus, muliebris acusque, manusque,
Aluus, humus, vannus, colus, Idus, carbasus addes,
Et domus, & ficus pomum: mas morbus habetur.

Acus, i, piscis nomen virile est: cum vero tertiæ declinationis est, purgamentũ tritici significat, & neutrum est. Varro lib. 3. de Re rust. Acus substernendũ gallinis parturientibus. idem etiam aliquando significat quartę declinationis, sed est generis fœminini. Festus, Paleæ etiã quædam de frumẽto acus dicũtur. Colum. lib. 2. cap. 10. Durissimæ quidẽ acus resectæ separatæ erũt. colus apud Catullum, & Propertium etiam genere virili inuenitur. Carbasus fœm. est numero singulari. Propert. lib. 4.

Exhibuit viuos carbasus alba focos.

Valer. Max. lib. 1. de Aemylia virgine Vestali, Quum carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuißet, subito ignis emicuit. Sic n. habent correcti libri, non Quẽ, vt quidam legunt: numero multitudinis neutrum est. Ficus morbus semper est generis masculini. Pomum semper fœminini, siue secundæ, siue quartę declinationis sit. Corn. Cels. lib. 5. c. 12. Ficus arida decocta. Eodẽ libro c. 18. Ficus aridæ quam pinguissimę. Plin. lib. 15. c. 18. frequentissime, & lib. 23. c. 7. vicies, vt minimum genere fęminino vtitur. Fici maturæ vrinã cient. Siccæ fici stomachum lædũt. Cum ruta coctæ terminibus prosunt. Sic Colum. Varro, & quicũque Latine locuti sunt: Macrob. lib. 3. ca. 20. Diuersas ficus diligentiæ suæ more dinumerat. Ibidem Grossi appellantur fici, quę non maturescunt: non, Qui, vt nonnulli legerunt. Plin. lib. 16. cap. 25. In ficis mirabiles sunt & aborsus, qui nunquam maturescunt. Quidam hic legerunt, Fici mirabiles sunt, & abortiui, qui nunquam maturescunt: sed vitiose.

Plurima in Os Græca, Ausonii fecere Latina:
Quæ maribus partim, vt prologus, paradisus, adhærent,
Partim fęmineis, veluti diphthongus, heremus.

Quidã existimant quæcunque ex his ad nos transeunt pro nostro arbitratu, vel masculina, vel fęminina, esse: longe aliter tamen se res habet, nã seruato se re genere græco his Latini vtũtur, sic diphthongus, periodus, arctos, heremus, papyrus, & alia huius generis, vt apud Græcos, ita apud nostros fœminina sunt. Prologus vero, dialogus, stylus, scyphus, Isthmos, & alia quam plurima masculina sunt. Pli. lib. 4. c. 11. Alius nãque ibi isthmos angustia simili est eodẽ no-

nomine, & pari latitudine. Barbitos apud Græcos fœm. est. Strab. li. 10. καὶ ὁ βάρβιτος, &c. unde Ouid. Nec facit ad lacrymas barbitos ulla meas. Hor. libro 1. Carm. Ode. 32. masculino vsus est. — age dic Latinum

Barbite carmen, Lesbio primum modulate ciui.

Costos apud eosdem masc. est. Dioscо. li. 1. c. 15. κόστου διαφέρει ὁ ἀραβικός. Lucan. fœminino genere dixit li. 9.

Et tamarix non lęta comis, Eoaque costus. Apud Catullum in Argonaut. legunt quidam, Regia suauis expirans costus odores, Cum hoc modo legendum sit — Conspexit lumine virgo

Regia, quam suauis expirans castus odores

Lectulus in molli complexu matris alebat.

Pharos etiam apud illos est mascu. Strabo li. 17. ὁ φάρος πύργος, &c. apud nostros fœm. Stat. 3. sylua. trepidis vbi dulcia nautis

Lumine noctiuagę tollit Pharus æmula lunæ.

Sueto. in Claud. Cęs. 2. Superposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrinę phari. sic enim habentur libri correcti, quam lectionem Beroaldus probat. Smaragdus apud utrosque uirile est, Strab. 16. λέγεται καὶ διὸ τινὸς σμάραγδος, βήρυλλος, &c. Plinius libr. 37. cap. 5. frequentissime masculino vtitur. Idem eodem libr. capit. 1. Indicato, inquit, in Cypro sex aureis denarijs smaragdo, in qua fuerat sculpta Amymone; Vbi, in Quo legendum est. Αλάβαστρος masculinum est. Aristoph. in Acharn. εἰς τὸν ἀλάβαστρον, &c. à Cicerone alabaster dicitur 2. Academ. quęst. Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putescere videtur. Crystallus, nardus, diametros, fœminina sunt. Plin. lib. 36. cap. 9. Coeunt in translucidam crystallum. Ibidem, crystallum erutam. Oui. Nec coma uos fallat liquida nitidissima nardo. Columella, Vitruuius, Macrobius utuntur uoce diametros. Columel. libr. 5. capit. 2. Esto area rotunda, cuius diametros habeat pedes septuaginta. Vitr. libr. 10. capit. 14. Sint latæ per mediam diametron pedum quaternum, & sextantis. Hæc etiam apud Græcos sunt fœminina. Vide lib. 4. Epigra. εἰς λίθους, & Dioscoridem lib. 1. cap. 6. & 7. διάμετρος fœm. est, lege Archimedem, & Euclidem. cui nomini pleraq; lexica perperam articulum masculinum præfigunt. Horum nonnulla in vm syllabam exeunt neutro genere, vt crystallum, alabastrum, nardum, costum, exempla passim occurrunt. λήκυθος lecythus fœm. est apud Homerum. 6. Odiss. & Aristophanem frequentissime, maxime in Ranis, & apud Ciceronem ad Atticum libr. 1. Nostiillas ληκύθους. Nondum hoc vocabulum Latina declinatione inueni apud veteres, quo fortasse etiam masculino genere usi sunt. Paradisus solum genere uirili tum Græci, tum nostri utuntur. Xenoph. in Oeconomico vbi de Cyri hortis agit καὶ τὸν παρὰ δεῖ τὸν παράδεισον ἐπιδείκνυσθαι αὐτόν. Philon priore libr. allegor. ταῦτα ἐστι τοῦ παραδείσου τὰ φυτά. Gel. lib. 2. cap. 20. vivaria autem, quæ

nunc vulgus dicit, sunt, quos παραδείσους Græci appellat. Lactantius lib. 2. de Opificio Dei, Ipsumq; paradipsum igni circumuallauit. Abyssus, synodus, diphthongus, heremus apud Latinos semper sunt substatiua, & fœminini generis; apud Græcos etiam sunt adiectiua, & communis generis more Attico, vnde eis articulus tum masculinus, tum fœmininus præponitur: sed cum substantiuorum naturam induunt, etiam apud eos generis sunt fœminini. Quidam cum in lexicis his vocibus vidissent articulum tum masculini, tum fœminini generis præpositum, arbitrati sunt esse generis communis.

In neutris numera virus, pelagusque profundum.

Illud valerij Flac. li. 1. — pelagum quantos aperimus in usus: aut priscum est, aut pelagus, quod verisimilius est, à poeta scriptum fuit. Sexus, i, secundæ declinationis neutro genere dixit Sall. 2. lib. hist. At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria concurrentium vndique, virile, & muliebre sexus per vias & tecta omnium visebantur. Sisenna li. 4. hist. Tum in muro virile, ac muliebre sexus populi multitudine omni colloca. Varro li. 2. de Analog. Sexus vtrum virile, an muliebre, an neutrum sit, vide Non Marcel. & Pris. li. 5.

pecus, pecoris. Postulat, Vs, neutrum quoties id tertia flectit.
chytropus, tri- Hic lepus, & mus: pus Græcum, compostaq; iunges.
Sit tibi fœmineum Lagopus herba, volucris,
Est muliebre palus, subscus pulcherrima virtus,
fruitus, iuuen- Atque salus, pecudisque pecus, quibus additur incus.
senectus. Quæque sibi seruus, iuuenisque, senexque iugarunt.

Ποῦς ποδός hoc est, pes, virile est, & quæ ex eo nascuntur, vt chytropus secunda vocali per o, literam, tripus, apus, hoc postremum inquiunt quidam esse generis fœminini, quod confirmat Plinij autoritate li. 10. ca. 39. Plurimum volant, quæ apodes, quia carent vsu pedum ab alijs cypselli appellantur, hirundinum specie. Sed Plinius relatiuum, Quæ, ad Volucres, siue Aues retulit. Sic idem de psittacis loquens eodem lib. c. 42. Super omnia humanas voces reddunt psittaci quidem, & sermocinantes. India hanc mittit. Imperatores salutat, quæ accipit, verba pronuntiat, in vino præcipue lasciua: generis esse, masculini Apus docet Arist. li. 9. de hist. Anim. οἱ δὲ ἄποδες οὐκ ἐπωάζουσι τοῖς ποσὶν ἄλλους, &c. Lagopus, nomen herbæ, siue auis, fœmininum est, quãuis ex ποῦς componatur. Mart. li. 7.

Simeus aurita gaudet Lagopode Flaccus.

Plin. lib. 10. c. 48. Lagopode aue, Non extra terram eam nasci facile, quando nec

do nec uina mansuescit: & corpus occisæ statim madescit. Idem li. 26. c. 8. de Logopode herba, Lagopus sistit aluum, è vino pota.

Aes, tibi sit neutrum Laus, fraus muliebria sunto.
S, dato fœmineis, si consona ponitur ante. *Vt mens, sors.*
Esto virile rudens, fons, pons, seps, iethifer auguis,
Mons, dens, atque chalybs, assis, quibus addito parte. *Vt quadrans, trien*
Et polysyllaba, ps, Forceps dematur adunca. *Vt hydrops, merop*

Composita ex nomine Dens etiam sunt masculina, ut tridens, item bidens, cũ rusticum instrumentum significat. Forceps fæm. est. 2. Meta.

— quod forcipe curua Cum faber, eduxit.
Pers. satyr. 4. — labefactent forcipe adunca.
Frons apud uetestissimos masculinum fuit. Rudens fœmininum.

X, dato, fœmineis. Sed Eryx, grex, mascula sunto.
Et spadix, bombyx vermis, cum fornice phenix, *Vt sandix, celox.*
Atque calix coccyx, & oryx, variq;, calyxq;,
Præterea voluox, quicunx, septunxq;, deunxq;.
Ax, Ex, finitum polysylabon, esto virile. *Vt thorax pellex.*

Victrix, & vltrix numero multitudinis non solum victrices, vltrices genere muliebri, sed neutro etiam victricia, & ultricia pariunt.

Res Agamemnonias, victriciaq; arma secutus.
Sil. li. 2. Ipsa pyram super ingentem stans saucia Dido
Mandabat Tyriis ultricia bella futuris.

Mastix mastigis media producta, (vt docet Eustathius, & multa carmina Homeri) syrinx hoc est fistula, thominx, meninx, lynx, planè sunt Græca, & generis fœminini. Pollux li. 3 c. 8. αἱ δὲ μάστιγες. & c. Suidas μάστιξ δίνης, ἴσως ἐν πλήττομεν composito utuntur Latini masculino genere, Homeromastix, Ciceromastix, hoc est, Homeri, Ciceronis flagellum, & obtrectator. Pli. in præmio Natural. hist. Vt obiter caueam istos Homeromastigas. Pausan. in Phoc. ἀνὴρ φρύγτης συνάγει τὴν Ὄκνου θῶμιγγα. idest, homo hic contorquet Ocni funiculum. Hinc arbitror thomix, siue thomex, vt plerique scribunt, natum, quo uocabulo utitur Vitruuius lib. 7. cap. 3. tomice sexto casu, & Plin. lib. 17. cap. 10. Sic & spinas sepis causa ferunt, tomice moris spinarum circumlita. & Columel. lib. 12. ca. 32. Deinde fasciculos facito, et tomice palmea, aut iuncea ligato. Pallad. lib. 1. cap. 13. Tunc eos catenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupresso factis ad contignationem suspendemus, & binas inter eos perticas dirigemus tomicibus alligatas. Hinc apertissimè intelligitur non esse nomen τομικὴ tomice, ut quædam

dam lexica ex loco Vitruuij docent; nam apud Vitruuium ablatiuus tomice est à tomex, vel potius thomice à thomex. Pharinx etiam planè Græcum fre quentius fœmi. est, quam masculi. Spelinx, larinx masculi. Hæc omnia, & his similia Græcis sunt relinquenda. Bombyx cum materiam significat, vnde vestes bombycinæ fiunt, fœm. est. Pli. li. 11. c. 23. Assyria tamen bombyce fœminis cedimus. Quod si aliquando pro bombycina ueste reperiatur masculinũ, non tam materiæ quã uermiculi habita est ratio. Phœnix hic auem significat: nam cum est gentile significatione metiẽdũ est, Coccys coccygis auis est, quæ Latinè cuculus dicitur. Pli. li. 10. c. 9. Ipseque modico tẽpore æstatis uisus non cernitur postea: lib. 9. de hist. ani. ὁ δὲ κόκκυξ. &c. Calyx per y, apud Græcos fœmininum est, & priorem syllabam habet breuem, ut sæpe in li. 7. Epigram. inuenies, & ἰλιάδ. 6. apud nostros masculinum est. Plin. li. 15. cap. 23. Armatum his echinato calyce nullum est: eodem lib. c. 22. Puluinati primum calycis. Voluocis meminit, idem lib. 17. ca. ult. Alii uoluocẽ appellant animal prę rodens pubescentes uuas: nõ est itaq; barbarũ, ut quidã putat. Sandyx, quod ferè omnes grãmatici, & lexica masculinũ esse docent, fęm. est tam apud Græcos, quã apud nostros. Galen. extremo lib. de simplicium medicamentorũ facultatibus καιόμενον δὲ ψιμμύθιον εἰς τὴν καλουμένην σάνδυκα μεταβάλλει, Adducta Cerussa in sandicem quam uocant, transit. Plin. lib. 15. c. 6. Pingẽtes sandyce sublita mox ouo inducentes purpurissimum fulgorem minij faciunt. Sandycẽ uulgus pharmacopolarum minium propter coloris cognationem vocat. Hesychius ait significare etiam fruticem, cuius flos colorem habeat similẽ cocco. Scandix scandicis herbæ nomen, etiam est muliebre. Pli. li. 21. c. 15. Scandix, quæ ab alijs tragopogon vocatur. Styrax, vt Cyrillus, & Ammonius putant fœmininum est, cum thymiama, odoremq́; significat, sed apud Aristotelem li. 4. de hist. anim cap. 8. masculinum est μάλιστα δὲ φεύγουσι θυμιωμένου τοῦ στύρακος. Item Discorid. lib. 1. 80. Pli. lib. 24. cap. 6. de styrace loquens, Placet, inquit, præter, illa quæ diximus maximè pinguis purus. Quidã storacis nomen tanquã barbarũ officinis relinquũt, cum tamen idem Pli. li. 26. c. 8. eo utatur, Furfures cutis, inquit, & manantia vlcera sale addito sanat: tussim uetcrem cum storace sumptum. Solin. cap. 46. de thuris arbore loquens, Arabes, inquit, sarmentis eius ignes fouent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati storacis occurrant plerumque insanabiles morbos contrahunt. Et Terentianus Seruulus, Storax dicitur, quem Donatus ait ab odore appellatum fuisse. Obex quod apud priscos etiam recto casu inuenitur, quõdam fœm. fuit, quo genere Plinius vsus est in Panegy. Nullæ obices, nulli contumeliarũ gradus. Latex, culex, ramex masculina sunt. Culex apud Plau. Latex apud Accium fœminina reperiuntur. Natrix apud Lucanum masculinum est li. 9. Et natrix violator aquæ, Quod Priscianus lib. 5. putat figurate dictum.

Fœmineum thomex,alex,cum ſmilace,fornax,
Et forfex,vibex,carex, adiunge ſupellex.

Thomex, Vt in proximo ſcholio diximus, à θώμιγξ factum eſt,ob quam cauſam priorem produximus. Forfex nondum legi apud veteres. Vibex etiã Priſcianus lib.5.numerat inter ea,quæ, Ex, ſyllaba terminantur, huius nominis poſitionem nondum legi apud autores antiquos. Quid ſi fuit vibix cum penultima genitiui ſit longa? Atriplex neutrum eſt. Plin. lib. 20. cap. 20. Atriplex, & ſylueſtre eſt,& ſatiuum.

Mobile fit fixum,ſi fixum mente ſubaudis:
Vnde genus capit,vt ſonipes,Orienſq;,Tonanſq;.
Mobile fit neutrum,ni fixum mente ſubaudis:

Diſtuli hos, & conſequentes verſiculos in hunc locum, quod pueri in eos veluti in quoſdam ſcopulos impingerent,vix è portu egredientes. Sępe poſitis adiectiuis ſubſtãtiua omittũtur,propterea qđ facilè intelligãtur:ſic Natalis, Molaris,Sextilis, Quintilis, Oriens, Occidens,torrẽs,profluens, confluens, cornipes,continens,bipennis,conſonans, vocalis, præſens, & his ſimilia eiuſdem ſunt generis,cuius eſt ſubſtantiuum,quod ſubauditur:Natalis maſc.eſt generis,quia auditur dies: Molaris,quia lapis: Oriens, Occidens,quia ſol:continens ſœm.quia terra ſubauditur:bidens,ouis:bipennis,ſecuris:biremis, triremis,nauis:conſonans,uocalis,litera: preſens, neutrum, quia auditur tempus. Quod ſi adiectiuum per ſe ponatur in oratione, neque aliquod ſubſtantiuum nomen ſubaudiatur,erit neutrius generis,ut Continens apud rhetores pro firmamento, decens, accidens, conſequens, conueniens, quæ prudens magiſter rhetoricis, ac dialecticis profeſſoribus relinquet intacta:ne,dum in grammaticæ rudimentis,ut aliquando uſu uenit, ridiculè, rethorem, aut dialecticum agit,officij ſui obliuiſcatur. Quare tertium verſiculum tanquam infeſtam grãmaticæ Charybdim remis, veliſq́, fugiet. Quod ſi duo proximi obſcuriores videbuntur,per me uel deleantur omnino,licet,non modo intacti prætermittantur,id quod de conſequentibus dictum ſit.

Reſpicimus fines,non ſignificata frequenter,
Zeugma,Reate ideo petit hoc cum Tybure,Cære,
Hoc Præneſte,Hiſpal.Sulmo hic vberrimus vndis.
Martius hic Narbo braccatæ gloria gentis,
Hæc damnata diu Romanis Allia faſtis.

Hæc nomina quamuis propria ſint oppidorũ,tamẽ ſunt neutra,quia habetur potius ratio poſitionis,quam ſignificationis:ſi quidẽ nomina tertiæ declinationis

nis A, E, Literis finita neutra sunt, quibus adde Nepete (sic enim appellat Liuius multis locis non Nepeta) Suthul. Sallust. bello Iugurth. Denique Aulum spe pactionis pepulit, uti relicto Suthule, in abditas regiones sese ueluti cedentem insequeretur. Priscia. li. 5. Putauit Suthul, & Mutul propria esse oppidorum, & quamuis cum nomine Oppido iungerentur, ut Suthul oppidum, non esse generis neutri, maximè cum sint hæc nomina Punica, Pœnorumque lingua, quæ Hebrææ, atque Chaldææ similis est, neutro genere careat. Sed Sallustij locus apertissimè docet neutrum esse. Idem paulò ante, Magnisq; itineribus hyeme aspera peruenit ad oppidum Suthul, Si esset fœm. dixisset oppidum Suthulem, ut oppidum Nolam, Sulmonem. Muthul flumen est Numidiæ. Sallust. ibidem. Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in diuisione possederat, flumen à Meridie nomine Muthul, à quo mons aberat, &c. ex quo loco sitne neutri generis colligi non potest. Probus in Cathol. nominum docet utrunque esse neutrum. Gadir putat Prisci. eodem lib. esse neutrum. Vnum, inquit, proprium ciuitatis inuenitur Gadir, quod quidam fœm. esse putauerunt, sed Sallustius neutrum esse ostendit in 2. historiarum, accusatiuum similem nominatiuo ponens. Vt alij tradiderunt Tartessum Hispaniæ ciuitatē, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent. Nam si esset fœm. Gadirem dixisset: Hæc ille: li. 6. idem sentit: at septimo ait esse fœmininum. Plin. lib. 5. cap. 22. Nostri Tartassum appellant, Pœni Gadir, ita Punica lingua sepem significante. Probus ibidem, Dir, syllaba terminatum unum reperi tertiæ declinationis, ris, faciens genitiuum hoc Gadir, huius Gadiris, nomen oppidi. Auienus, ut mox dicemus, fœminino usus est. Quod si quis dixerit Sallustiũ, & Plinium etiam fœminino usos fuisse, neq; Gadirem dixisse, quòd uox sit punica, quæ in casus non inclinetur, cuiusmodi sunt Chaldææ, & Hebrææ uoces, respondebimus Sallustium Suthule dixisse, cum tamen Suthul uox sit Punica, Præterea Græcos τὰ γάδειρα numero multitudinis genere neutro dicere. uide Strabonem, Suid. Phauorin. Hispal. Sil. li. 3.

Et celebre Oceano alternis fluctibus Hispal.

Sulmo Ouidii patria mascul. est, Sil. li. 8.

— Coniungitur acer
Pelignus, gelidoque rapit Sulmone cohortes.

Narbo fuit amplissimum emporium Galliæ braccatæ. Cic. pro Fonteio. Est in eadem prouincia Narbo Martius, &c. Ausonius in urbium catalogo,

Nec tu Martie Narbo silebere, &c. Allia nomen fluuii est; & generis fœminini more nominum primæ declinationis, carmen est Lucani libro septimo excepto primo uerbo. Albula eadem ratione fœmininum est apud Ouidium 4. Fastorum.

— & tanto est Albula pota deo.

Quod etiam mascul. reperitur apud Martialem.

Re-

Respicit interdum nomen generale poeta,
Vnde sibi merito genus inferiora capessunt,
Sic volucrem sequitur bubo, sic flumen Iader.

Nomen commune, siue generale hic vocamus, quod multa eiusdem generis cõprehendit, ut auis, vrbs, aqua flumen, mons. Poetę aliquando genus nominis generalis, & superioris tribuunt inferiori. Verg. 4. Aen.

Solaque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri.

Vbi bubo fœmininũ est, quia nomẽ generale nimirũ auis, siue volucris est fęm. cum apud Plin. et poetas omnes, quos quidem viderim mascul. sit. Lucan. li. 4.

Et tepidum in molles zephiros excurrit Iader. Iader, neutrum est, quia flumen nomen commune neutri generis est. Auienus in descript. orbis. Gadir prima fretum solida supereminet arce,

Attollitque caput geminis inserta columnis.

Gadir hic fęm. est, quia nomen superius, nempe vrbs, fœm. est.

Verg. 3. Aeneid. Arduus inde Acragas ostentat maxima longe Mœnia. Vbi Acragas mascul. est cum sit nomen oppidi Sicilię, vt docet Strabo, Ptolem. Stephan. & Plin. quod Latine Agrigentum dicitur, apud quos nullus est mons eiusdem nominis. At quod nam erit superius? fortaße populus: sed hęc grammaticorum sunt inuenta, est enim virile, vt adamas, elephas, quæ eiusdẽ sunt positionis. Oetas, Ossa, Othrys: masculina sunt, quia Mons generale nomen Virile est. Seneca, Hercul. Furent. Iam cęruleis euectus equis,

Titan summum prospicit Oetan.

Ouid. in Ibin. Vtque dedit saltus è summo Thessalus ossa.

Quæ duo frequentißime leges fœminina. Tertium inuenies supra inter ea, quę in is, syllabã exeũt. Ida, Aetna nõdum, quod meminerim, legi masculina: illud Ouid. in Ibin. Plurima qua flammas Sicanus Aetna vomit, sic in correctis libris legitur. Plurima qua flammas Sicanis Aetna vomit.

Probus, Phocas existimarunt Turia nomen fluminis esse neutrum. Sic enim inquit Probus, in Catholicis nominum, vbi agit de prima declinatione, Lectũ est, & vnum hac declinatione nomen generis neutri apud Salust. Et dextrũ flumen Turia. Ex quo loco nullum genus prorsus colligitur, cum loco nominis Turia poßit & Tagus, & alia, & quoduis aliud poni. Priscianus lib. 5. affert locum integrum, docetque non esse neutrum. Quod autem Turia, inquit, & similium fluminum nomina masculina sint, ostendit etiam Sallustius in, am, terminans eius accusatiuum in 2. historiarum. Inter læua montium, & dextrum flumen Turiam: nam si esset neutrum similis esset accusatiuus nominatiuo. Hæc ille. Plinius lib. 37. cap. 10. quam plurima nomina gemmarum in as, & es, syllabas primę Græcorum genere fœminino vsurpat, habita ratione nominis communis Gemmæ.

De nominibus incerti generis.

Hæc modo fœmineis, maribus modo iuncta videbis,
Grossus, adeps, atomus, limax, cum torque, phaselus,
Scrobs, serpens, finis, cum corbe, diesque, rubusque.
Postulat hic, aut hoc merito Nar, vulgus, & Anxur.

NOmina incerti generis vocant veteres grammatici, quę modo hoc, modo illo genere apud probatos scriptores reperiuntur. Hęc à cõmunibus duorum generum vehementer differunt: si quidem communia masculini, & fœmini generis sunt non temere, & fortuito, sed masculini cum marem, fęminini vero cum fęminam significãt: neq; enim bos, cum vaccam significat, masculinum adiectiuum admittit, aut fęmininum, cum bouem marem significat. Illa vero sine vllo discrimine modo masculina, modo fœminina sunt, aut neutra pro autorum arbitratu: modo itidem adiectiuum masculinum, modo fęmininũ, aut neutrum, si ita grauibus autoribus visum sit, recipiunt. Grossi significant ficos nondum maturas cuiuscunque generis sint. Columel. lib. 5. cap. 10. Si voles ficum quãuis non natura, seram facere, tũ grossulos, priorem q; fructum decutito, iterum alterum edet, quem in hyemem differet. Plin. lib. 23. cap. 7. vbi egit de maturarum ficorum remedijs, ad großos, ideſt, immaturas se contulit, vbi etiam de grosis caprifici agit. Grosi, inquit, caprifici inflammationes discutiunt suffitu. Hęc ad significationem spectant, nunc ad genus redeamus. Celsus lib. 5. cap. 12. grosi aqua decocti: hinc grossulus, Columel. lib. de arboribus cap. 21. Cum grossuli, minuti erunt, fructum decutito, iterum alterum edet fructum, & in hyemem seram differet maturitatem: Apud Plin. frequenter fœmininum est, lib. 13. c. 7. Crudæ grosi verrucas nitro, farinaq; additis tollunt. Ibidem, Grosi illitæ strumas emolliũt, & discutiunt. Adeps Plin. lib. 28. ca. 9. sæpenumero masculino vtitur, Adipis suilli, &c. Celsus fęminino lib. 4. cap. 24. Adipis Suillæ tantũdem, & lib. 5. cap. 18. Anserinæ adipis. Columel lib. 7. cap. 12. Suillæ adipi. Atomus apud Ciceronem semper est muliebre. 1. de Finib. ille atomos, quas appellat ibidem. Nunquam foret vt atomus altera alteram posset attingere; Ibidem quam sæpisſime. Senec. lib. 7. Natur. quęst. masculino vsus est, Nam si illi, inquit, credimus, summa cœli ora solidissima est in modum tecti durata, & alti, crasſiq; corporis, quod atomi congesti, coaceruatiq; fecerunt. Lact. li. de Ira Dei. cap. 10. Deniq; Lucretius quasi oblitus atomorum, quos asserebat. Columel, lib. 10. cap. 31. Implicitus conchę limax. Plin. lib. 29. cap. 6. Limacis inter duas orbitas inuentæ osiculum. Cicero. 1. de Finib. Torquem illum. Idem. 3. Offic. Torque detracta.

Stat. 3. Syl.	*Quaq; secuturam religent post terga phaselon.*
Idem Syl. lib. 5.	*Inuasitque vias in eodem angusta phaselus Aequore.*
Ouid. 1. de Pont.	*Vos estis fracta tellus non dura phaselo.*

Mart.

Mart.lib.11. Pictam phaselon. Catullus masculino genere dixit,
Phaselus ille quem videtis hospites.
& Ausonius in Mosella — & picti rostra phaseli. Cic. ad Att. lib 4. Phaselũ epicopum conscendens. Colum. lib. 4. cap. 1. Profundos scrobes. Ibid. Contenti bipedania scrobe. & cap. 14. Ex alto scrobe. Plin. lib. 9. cap. 51. Scrobe effossa. Serpens multò frequentius est fœmininum, quam masculinũ apud Oratores. Cic. 2. de Nat. Deo. Serpentes quędam ortæ extra aquam, simul ac niti possunt, aquã persequuntur. Plin. lib. 8. c. 14. Expugnata serpens centum viginti pedum. Ibid. Nec pedibus tantum cauendas esse serpentes. Idem lib. 11. cap. 47. Visæ iam etiam serpentes anserinis pedibus lib. 28. cap. 2. Serpentes ipsas incantari. sic Liuius, Columella, &c. Apud poetas frequenter masculinum est: inuenitur & apud Plin. non raro, lib. 6. c. 27. Infestatur a serpentibus, quos flumina deportãt, lib. 29. c. 4. Basilisci, quem etiam serpentes ipsi fugiunt. lib. 8. c. 23. Quod ad serpentes attinet, vulgatum est, colorem plerosque terræ habere, quæ occultentur. Finis sæpius est masculinum, neque eget cõfirmatione; fœmininum rarius. Cic. 2. de Leg. Quæ finis funestæ familiæ. Virg. 2. Aen. Hæc finis Priami. Corbis frequentius est fęmin. Cic. pro Sest. Messoria se corbe contexit. Colum. lib. 6. cap. 3. Frondis aridæ corbis pabulatoriæ modiorum viginti sufficit. Hirtius lib. 6. virili genere dixit, Lapidibus corbes plenos dimisit. Dies etiam cum tempus significat, apud poetas modò masculini, modò fęminini generis reperitur.
Mart. lib. 9. Quid non longa dies, quid non consumitis anni?
Stat. 1. Theb. Fortunate animi, longumq; in secula digne Promeriture diem.
Luc. 3. — te vindice tuta relicta
Libertas? non vsque adeo permiscuit imis
Longus summa dies, vt non si voce Metelli
Seruentur leges, malint a Cæsare tolli.
Frequentius est tamen fęmin. cum tempus significat. Cum vero diem ipsũ significat, etiã apud Oratores sæpenumero fœmin. est. Cic. ad Att. 2. eò si ante eam diem non veneris, Romæ te videbo. Idem ad eundem. lib. 12. vel vna dies mihi erit vtilis. Idem 4. Verr. Id ei postera die venit in mentem. Numero multitudinis apud eundem fœm. reperitur, pro Planc. O reliquas omnes dies, noctesq; eas, quibus, &c. id quod non facile alibi inuenies. Rubus etiam fœm. est. Colum. lib. 11. cap. 3. Alternis rubos in hortis consitas habere. Gell. li. 19. c. 12. Videt forte uicinũ rubos late atque alte obortas excidẽtẽ. Nar, apud Cic. neutrũ est, ad Att. li. 4. Lacus. Velinus in Nar defluit, apud Virg. Mascul. 7.
Sulphurea Nar albus aqua.
Vulgus freqũẽter reperitur mascul. apud bonos autores, Cæs. lib. 6. de bel. Gal. Id mihi duabus de causis instituisse vidẽtur, quod neque in vulgum disciplinã efferri velint, neque eos, qui discunt literis confisos minus memoriæ studere.

Salluſt.in Iugur. Alii uulgum effuſum oppido cædere, alij ad portas feſtinare. Legitur & apud Liu. Pli. alioſq; ſcriptores. Anxur ſæpe apud Poetas eſt maſcu. Mar.li.10. — æquoreis ſplendidus Anxur aquis.
Hiſtorici neutro genere utuntur Liu.lib.4.dec.1.ab illis quoque exercitib. captum Anxur dictitans eſſe. Ibidem, Ad Anxur oppugnãdum, ſine vlla populatione acceſſit.

Nomina Maſculina apud Oratores, quibus Poetæ interdum etiam genere muliebri vtuntur.

Maſcula bubo, ſpecus, cortex, cum pumice, puluis
Et calx pars pedis, atque ſilex, cum margo, palumbes,
Proferet hæc caute iuuenis muliebria vates.

Cum autoritas teſte Quin.li.1.c.6.ab oratoribus, vel hiſtoricis petenda ſit, putaui me operæ pretium facturum, ſi ea, quibus ijdem frequentius utuntur, ab iis ſepararem, quæ fere apud Poetas reperiũtur. Fit enim neſcio quo pacto, vt pueri minus vſitata libentius amplectantur. Bubo, vt ſupra diximus Virgilius fœminino genere dixit: cæteri Poetæ maſculino, Ouid. 5. Met. Ignauus Bubo. Pli.lib.10.c.12. Bubo funebris, & maxime abominatus. Specus quartę declinationis, nam ſecundæ nondum inueni. Liuius 1. ab Vrb. ex infimo ſpecu. Ibid. Ex opaco ſpecu. Sil.lib.6.

Tabificam ſpirat ſaniem ſpecus ultima.

Gel.li.6. Specum quandam nactus remotam. Specus tertiæ declinationis neutrum eſt, Virg.li.7. Hic ſpecus horrendũ. Sil.li.3. Inuiſum cœlo ſpecus. Vir. 6. Eclog. Cortex dixit genere fœminino, quod tam rarum eſt, quam quod rariſſimum eſt. Tum Phaetontiadas muſco circundat amaræ Corticis. apud Catul. arida pumex legitur, apud Propert. puluis Hetruſa, & arida puluis: quos puer non imitabitur. Calx cum partem poſteriorem plantę, percuſſioneſque pedum, ac finem ſignificat, Maſcu.eſt. Cic.1.Tuſc. Video calcem, ad quẽ cum ſit decurſum, nil ſit prętere a extimeſcendum. ſic enim habent correcti codices, non, Quam. Perſius Sat.6.

In portas rigidos calces extendit. Virg.li.11. fœminino genere dixit,
Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. Item Sil.li.3.
Et iam ferrata rapiebat calce uolantem, Taurea cornipedem, & 17.
— ferrata calce cruentat Cornipedem. Virg. Silex genere fœm. dixit li.8.
Stabat acuta ſilex præciſis undiq; ſaxis.

Item li.6. & Eclog.1. Cęteri genere uirili utuntur. Plin.13.cap.4. Margine in Mucronem emiſſo, foris effuſo. Idem lib.9.cap.10. Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti. & lib.12.ca.20. Extremo in margine imperij.

Ouid.

Ouid. 1. Met. longo margine dixit. Iuue. li. 1. genere fœm. eſt vſus

— plena iam margine libri. quod rariſſimum eſt. Quin. lib. 1. c. 6. Significat palumbes Maſculinum eſſe, quamuis Virg. ſuo iure fœmin. ſit vſus. Autoritas, inquit, ab Oratoribus, vel Hiſtoricis peti ſolet. Nam Poetas Metri neceſſitas excuſat, niſi ſi quando nihil impediente in vtroque modulatione pedũ, alterum malũt, qualia ſunt — Imo de ſtirpe reciſum — Aeriæ quo congeſſere palumbes, & — Silice in nuda. ſimilia. Plin. li. 10. c. 25. Viuere palumbes ad trigeſimum annum, aliquos ad quadrageſimum habemus autores. Caute, adiecimus, quia pumex, Puluis non quiuis poeta genere virili dicet.

Nomina fere fœminina apud Oratores, & interim maſculina præcipue apud Poetas.

Eſt muliebre animans, volucris cum ſtirpe Cupido,
Sardonychem comitatur onyx, grus, Clunis, & Ales
Cum Talpa linter, cum dama, linxq́;, penuſq́;
Hæc Maribus tribues, cinget cum tempora laurus.

Animãs ferè fœm. eſt. Cic. 1. de Legib. nam cum cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit. Hor. 2. Serm. Virili genere eſt vſus,

— ſed hic ſtylus haud petet vltro Quenquam animantem. Item Cic. de Vniuerſ. à quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes. Animantia numero plurali genere neutro ſæpe apud Pli. inuenies li. 2. c. 63. Peſtifera enim animantia, & c. lib. 7. proœ. Denique cætera animantia in ſuo genere probe degunt. Cic. 2. de Diuin. Volucres teneros dixit in carmine,

Hunc vbi tam teneros volucres, matremq́, peremit.

Cum uolucris ſubſtantiuum vbique ſit generis fœminini. Stirps cum de plãtis dicitur fœmininum eſt. Plin. li. 17. c. 14. Fiſſa ſtirpe, Columel. lib. 2. c. 2. Præfractas ſtirpes. Ibid. ca. 9. Virg. lib. 12. virili genere dixit.

Quum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Stirps cum de hominib. dicitur ſemper eſt fœmi. Cupido hic ſignificat cupiditatem. Hor. 1. Ser. ſat. 1.

At bona pars hominum decepta cupidine falſo.

Idem 2. Carm. Ode 16. Sordidus cupido & 24. paruus cupido. Senec. Hipp. Auri cæcus cupido. Onyx, & ſardonyx ſæpe apud Pli. reperiũtur fœm. li. 37. c. 6. Sotacus & Arabicam Onychem tradit. Ibid. Aliter quã in ſardonyche Indica. Quæ Poetæ crebro genere virili vſurpant. Mar. li. 10. Paruus Onyx, & Horat. 4. Carm. Ode 12. Iuuen. Sat. 6.

In manibus denſi radiant teſtudine tota Sardonyches.

Grus fœm. est. vide Pli. lib. 10. ca. 23. Cic. de Nat. Poetæ etiam ferè vtūtur genere muliebri. Virg. 2. Georg. Strymoniæ dant signa grues. Sic Stat. & Ouid. Horatius tamen 2. Serm. Satyr. 8. virili genere dixit.

— discerpta ferentes

Membra gruis sparsi sale multo. Clunis fœm. est Celsus li. 7. c. 29. Clunes iterum retro repellendæ sunt. Pli. li. 8. c. 8. In clunes extremas. Sic Hor. Iuuenalis tamen genere masc. fuit vsus, quod rarissimum est. Ales cum auem significat apud Ciceronem, Plinium, cæterosque ferè fœm. est. Plin. lib. 18. cap. 26. mascul. genere dixit. Per imitationem alitis temporarij, quem cuculum vocant. Poetæ sæpenumero etiam masculino vtuntur. Ales, idest velox, adiectiuum est omnis generis. Talpa, dama, linter, linx, penus fœ. sunt apud oratores. Cæs. 7. belli. Gal. Conquirit etiam lintres, has magno sonitu remorum incitatas in eandem partem mittit. Liu. li. j. 3. dec. Lintrium paratarum. Tibullus lib. 2. genere virili dixit, quod rarissimum est,

— ire solebat Exiguus pulla per uada linter aqua.

Oculis capti talpæ, & timidi damę dicūtur à Vergilio, sed subest ratio, inquit Quintilia. lib. 9. c. 3. quia sexus uterq; altero significatur; eadē ratione Hor. lib. 2. Car. Ode 3. dixit timidos agitare lynces, Pli. li. 28. c. 8. Peregrinæ sunt & lynces, q̄ clarissimè omnium quadrupedū cernunt. Penus quartæ, nec dum enim secundæ legi. li. 33. Pād. ti. de Penu legata Vlpian. Quintus Mutius scribit li. secundo iuris penu legata contineri, quæ potui, esuiq́, sunt. Sic eodē tit. Paulus, & Scęuola. Apud ueteres etiam masculinū fuit. Plaut. in Persa,

Nam nisi penus annuus hodie conuenerit, &c.

Penus penoris neutrū est. Idem Vlpian. in eodē, Ligna, & carbones, &c. per quæ penus cōficeretur, an penore legato cōtineātur, quęritur. Hora. li. 1. Epist.

Annonæ prosit, portat frumenta, penusq́. Dicitur & hoc penū, Terent. Eunuc. Patris ad te penum omne congerebam clanculum.

Hunc iubarem, hunc frontem, hunc pinum, nimiumq; vetusta.
Pacuuji proauis, atauisq́ vtenda relinque.

Quę nimiū sunt uetusta priscis illis, quos appellat Cascos Ennius, relinquenda sunt. Quid. n. attinet Frōtē, pinū, aluū, cupressum, aliaq; id genus p̄petua obliuione obruēda, pueros docere generis esse ambigui? Si q̄s tamē vetustissimæ antiquitatis tā ambitiosè studiosus est, ut his, cæterisq́, eiusdē generis carere nō possit, Priscia. adeat li. 5. Noniumq́, Marcel. De indiscretis generib. ordine literarum: apud quos plura fortaße inueniet, quam uolet.

De genere Epicœno.

Vt hic lepus, hęc vulpes.

Articulo, sexum quæ complectuntur vtrunque
Vno, Epicœna vocant Graij; Promiscua nostri.

Genus

Genus Epicœnum, siue promiscuum in postremum locum reiecimus, Quintiliani consilio usi, lib. enim 1. c. 4. Nec statim, inquit, diligentem putabo, qui promiscua, quæ & epicœna dicuntur ostenderit, in quibus sexus uterque per alterũ apparet. Quod uerũ esse re ipsa experiuntur quotidie præceptores: infirmis enim puerorũ ingenijs maximas tenebras offundunt. Nam cum responderint nomẽ aliquod esse generis epicœni, nihil præterea existimant superesse, sitne masculini, an fœminini generis, penitus ignorent: & quod multò est deterius, arbitrantur nomen generis promiscui masculinum, uel fœmininum esse, prout cuiq; collibitum fuerit, atq; ita promiscua, cum dubijs confundũt, permiscentq;. Qui igitur auditorum utilitati uolet consulere, cursim de re parum uili mentionem faciet. Modò enim puer sciat aquilam, uerbi causa, noctuam, murænam, uulpem generis esse fœminini: turturem uerò, uulturem, leporem, cuniculum, masculini, parui refert, si ignoret esse epicœna. Itaque cum rogatus tyro cuius generis sit lepus, aut mus, responderit esse generis uirilis, sit magister hac responsione contẽtus, neq; ullã faciat mentionem promiscui, aut epicœni generis, satis enim superq; erit semel eum docuisse nomina epicœni generis esse, quæ uno genere, aut articulo utrunq; sexum comprehenderunt, ut lepus genere masculino, etiam leporem fœminam comprehendit. Vulpes genere fœminino etiam Vulpem marem comprehendit. Quæ cum ita sint, hi duo uersiculi tantùm docent, quid sit nomẽ Epicœnũ, aut Promiscuum, non uerò cuius generis sit, id enim præceptiones iam traditæ docent. Aquila nãq; exempli causa, fœmininum est, quia litera a terminatur: miluus verò masculinum, quia us, syllaba finitur, atq; de cæteris eodem modo. Epicœna à communibus plurimũ differunt, hæc enim masculini simul & fœminini generis sunt: illa masculini tantum, aut fœminini: hæc masculinum adiectiuum admittunt cum marem significant, ut ciuis Romanus, fœmininum cum fœmina, ut ciuis Romana: illa uno adiectiuo cõtenta sunt, uulpes enim appellamus callidas, lepores timidos, siue mares, siue feminas significemus: hæc duobus articulis egẽt, hic & hæc ciuis: illa uno contenta sunt hic lepus, hæc uulpes. Itaq; quãuis epicœna marẽ & fœminam significent, non ideo tamen appellantur κοινὰ hoc est communia, sed ἐπίκοινα Epicœna, hoc est subcommunia, quia licet marem & fœminam significent, uno tamen genere, articuloq; id faciunt, ob eamq; causam nõ sunt planè cõmunia. Diomedes. li. 1. ἐπίκοινον idest, epicœnum sub cõmune interpretatur, ubi præpositio Græca ἐπὶ quæ interdum, Sub, significat, uidetur significationem imminuere, ut apud nos Sub, unde subtristis, subfrigidus subimpudens, & alia id genus multa. Est etiã discrimẽ inter epicœna, & ea quæ dubij generis appellãtur, hæc enim tũ masculinum, tũ fœmininũ adiectiuũ recipiũt, manente eadem prorsus significatione, ut dies hodiernus & hodierna, torquis aureus & aurea: illa unũ tãtũ: his duo articuli disiuncti præponũtur, hic, uel hæc dies, torquis: illis unus tantum, hic lepus, hæc uulpes. Nõnulla promiscua etiã

sunt generis incerti inter masculinum & fœmininũ, cuiusmodi sunt dama, talpa, grus, linx, & pauca alia; hæc enim cum modò sint generis fœminini, modo masculini, manente eadem significatione, incerti sunt generis; sunt etiam promiscua, quia vno genere, atq; articulo, vtrũq; sexum cõplectuntur. Genus epicœnũ ex hominum ignoratione ortum est: cum enim multarũ animãtium mares à fœminis secernere, & internoscere nescirent, vel quia res suapte natura difficilis erat, vel quia animãtes in vsu domestico nõ erant, altero genere vtrũque sexũ significabant: siquidẽ coruum, turdum, tantum dicebant non coruã, turdam: nesciebant enim marem à fœmina internoscere: gallum a gallina proprijs nominibus discernebant, quia in domestico vsu erant, sic equũ ab equa, arietẽ ab oue. Initio etiã marẽ columbam appellabãt, sed postquam fuerunt columbaria, cœperunt marem columbum dicere, fœminam verò columbam. Quædã, etiam si progrediente tẽpore facilè discernerentur, nihilominus nomina a principio imposita retinuerunt, cuiusmodi sunt lepus, cunniculus, vulpes, perdix, elephas, tigris, & alia propè innumera. Quo pacto igitur, dicet aliquis, mares a fœminis, aut contra fœminæ à maribus discernentur? Addito vocabulo Maris, vel Fœminæ, hoc modo, elephas mas, elephas fœmina, tigris mas, tigris fœmina, lepus mas, lepus fœmina; ad eundem modum mus, piscis, rana, polypus, cancer, coruus, testudo, bestia, anguis, & cætera animalia huius generis. Dices itaq; si ita res tulerit, te leporem fœminam sagittis confixisse. Quæret fortasse quispiam dicendumne sit, hic lepus nondum peperit, an hæc? solus lepus superfœtat, an sola? Vidi elephantum grauidam, an grauidum. De hac re subijciemus, quæ apud Plinium lib. 10. legimus cap. 12. Corui pariunt cum plurimum quinos, ore eos parere vulgus arbitratur. Eos dixit non eas. Idem cap. 65. Supra cuncta est murium fœtus, ex vna genitos centum viginti tradiderunt, apud Persas vero prægnantes, & in vtero parẽtis repertas: ex vna dixit, & prægnantes repertas, cap. 51. Mus marinus in terra scrobe effosa parit oua, & rursus obruit terra: hic mus Marinus de fœmina dicitur. Ibidem Polypi pariunt vere oua tortili vibrata pampino, tanta fœcunditate, vt multitudinẽ ouorum occisi non recipiant cauo capitis, quo prægnãtes tulere. Occisi dixit cum de fœminis ageret. Idem lib. 8. c. 55. Lepus omnium prædæ nascẽs solus superfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud implume, aliud in choatum gerens pariter. Idem lib. 9. cap. 3. Quæ pilo uestiũtur animal pariunt, vt pistris, balena, uitulus, hic parit in terra pecudis more, educat mãmis. Hic parit, dixit. Anates masculas dixit lib. 30. c. 7. Sistit (aluũ) & anatum masculorum sanguis. Idem li. 10. c. 35. Viuere palumbes ad trigesimum annum, alios ad quadragesimum habemus autores. paulò inferius, Nigidius putat, cum oua incubat, sub tecto nominatã palumbẽ relinquere nidos. Vides Palumbum primò genere masculino dixisse, deinde cum de fœmina ageret, Nominatã genere muliebri dixisse? Plautus in Stich. grauidã elephãtũ dixit,

Audiui

Audiui sæpe hoc vulgo dicier,
Solere elephantum grauidam perpetuos decem Esse annos.
Ex his locis, & alijs, quæ uoluendis autoribus notabis, dispicies, quemadmodum adiectiua nomina cum Epicœnis sint copulanda.

De nominum declinatione.

Nomina composita ferè instar simplicium declinantur.

In compositis rectus tantum casus declinatur, vt Tribunus plebis, tribuni plebis, tribuno plebis, tribunum plebis, &c. Huc spectant Senatusconsultum, Iurisperitus, Paterfamilias, atque alia eiusdem generis.

Si nomen ex duobus rectis copuletur, vterque declinabitur, vt Respublica, Iusiurandum, Reipublicę, rempublicam, &c.

Excipitur.

Alteruter, cuius posterior tantum pars declinatur, excepto genitiuo singulari, qui utroque modo declinatur, alterutrius, & alterius vtrius.

Nomina neutra tres casus habent similes, nominādi, accusandi, & vocandi: qui numero multitudinis, A, litera terminantur, præter Ambo, & Duo.

Vocatiuus singularis quartæ, & quintę declinationis similis est nominatiuo, sensus, ò sensus, dies, ò dies.

Nominatiuus, & vocatiuus multitudinis similes sunt, Musæ, ò Musæ: virtutes, ò virtutes.

Datiuus, & ablatiuus numeri pluralis similes sunt, Musis, à Musis: virtutibus, à virtutibus.

De voluntaria, & Naturali declinatione.

Declinare apud Varronē in libris de Analogia, non solū nomina in casus, aut verba in tēpora inclinare significat, sed etiam deducere, atq; deriuare: vnde Declinationis nomē inde profectū, utriusq; significationis particeps est. Declinatio, quæ à priore significatione oritur, Naturalis dicitur ab eodē Varrone: quæ à posteriore Volūtaria. Romulo enim, exēpli causa, in manu fuit, à se Vrbem, uel Romā, vel Romū, uel Romulā appellare: nō tamē in eius fuit potestate imposito nomini nouā dare declinationem: Romā namq; necessario vt cætera primi ordinis declinabitur. Quod si Romulum, ut Tarentum, aut Dyrrhachium dicta fuisset Roma, ad secundā formā necessario spectaret. Itaque integrum fuit Romulo à se nouum nomen declinare, atq; deducere suo arbitratu:

non tamen ei liberum fuit in casus ad arbitrium suum inclinare. Audiamus ipsum Varronem lib. 3. Prima diuisio in oratione est, quod alia verba nusquam declinantur, vt hęc, Vix, Mox: alia declinantur, vt à limo, limabo: à fero, ferebam, &c. Secunda diuisio est de ijs verbis, quæ declinari possunt, quod alia sunt à voluntate, alia à natura. Voluntatem appello, cum vnusquisq; à nomine alio nomen imponit, vt Romulus, Romæ. Naturam dico, cum vniuersi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non requirimus quemadmodũ id velit declinari, sed ipsi declinamus, vt huius Romæ, hanc Romam. De his duabus partibus, Voluntaria declinatio refertur ad consuetudinem: Naturalis ad orationem. Idem in eodem, Analogia fundamẽta habet, aut à voluntate hominum, aut à natura verborum, aut à re vtraque. Voluntatem dico impositionem vocabulorum: Naturam, declinationem vocabulorum, quo decurritur sine doctrina. Idem paulò inferius. Impositio est in nostro dominatu, nos in naturæ. Quemadmodũ enim quisq; vult, imponit nomen: at declinat, quemadmodum vult natura. Multa Varro de vtraque declinatione: Nos nunc de naturali solum agimus, nec omnia persequemur, quæ ad eam spectant, cum pleraque vsu potius, quã præceptis discẽda sint. Quòd ad locutiones attinet, veteres Declinare in casus, Inclinare in casus dicebãt. Varro ferè declinare in casus usurpat. 2. de Analo. Si eadem vox nomen & verbum significabit, vt & in casus, & in tempora dispariliter declinetur, &c. Idem inclinare in casus dicit, sed rarius. eodem lib. Ego declinatus uerborum, & voluntarios, & naturales esse puto. Volũtarios, quibus homines vocabula imposuerint rebus quædam, vt à Romulo Roma, à Tiburte Tiburtes. Naturales, vt ab impositis vocabulis, quæ inclinatur in tẽpora, aut in casus, ut à Romulus, Romuli, Romulo, Romulũ: & à Dico, dicebã, dixerã. Itaq; in uoluntarijs declinationibus inconstantia est, in naturalibus constantia. Gellius ferme inclinare in casus solet dicere, lege lib. 1. cap. 6. & lib. 10. cap. 13. Apud Varronem Declinatus, us, & Declinatio in eadem re dicuntur. Quintilianus, & Probus, quemadmodum, dicunt, Fero facit præterito tuli, ita Sermo facit genitiuo sermonis. Quintil. lib. 1. cap. 6. Nam quid progenies genitiuo singulari, qui spes plurali faciet? Probus in Catholicis nominum sic tertio quoque uerbo loquitur. Quintilianus eodem cap. sic loquitur. Pater facit patris, aper facit apri. Ibidem, & apud Probum inuenies alia, quo pacto doctè cogitationes tuas explices, cum de hac grammatices parte tibi agendum erit.

De nominũ cõpositione, & quot modis componantur agit Quintili. lib. 1. cap. 5. & Donatus 2. Edit. Exãguis, & uulpes à simplicibus recesserunt, illud enim genitiuũ habet similẽ nominatiuo: hoc uero, e, literam tantum mutauit in i, quamuis uulpes, quasi uolpes, quod uolet pedibus, dicta sit, autore Aelio apud Varronẽ lib. 4. de lingua Latina. Apes, ut placet Probo in Cathol. nominum à pes dicitur. Ouidius tamen Metamor. 13. apis nominandi casu dixit.

Non

Non apis inde tulit collectos sedula flores.

Columel.lib.9.cap.3. Nam quanto grandior apis, atque rotundior, tanto peior. Sunt & alia loca, quæ, ne sim longus, prætereo. Quare sunt, qui credunt, Apis per i, non e, scribendum esse, neque à Pes ortum esse. Cum Cicero multis locis Requietis uocabulo utatur, nihil est causæ, cur excipiatur. 1. de Finibus: Multa habere interualla requietis. Idem ad Att. 1. Ita sum ab hominibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum, &c. Idem in Senect. & 5. de Finib. Requietem accusandi casu dixit. Pubes cum nomẽ est substantiuum, & generis fœminini pubis facit genitiuo: unde Virgilius impubes impubis deduxit 5. Aen. — impubis Iuli. & Plin. lib. 22. cap. 25. & 21. Cum uerò pubis, ut Cæsar declinat, adiectiuum est, uel pubes ut Probus, uel puber, ut alij, facit genitiuo puberis similiter ex eo compositum impubis, siue impubes, siue impuber impuberis. Cice. pro Rab. perduel. reo. pubes dixit recto singulari, Cæsar, ut Priscianus lib. 6. tradit, pubis per i, ait scribendum esse. Puber, aut impuber nondum legi, nisi apud Grammaticos; nam has tres positiones numerat Priscianus lib. 6. quarum prima laudat autorem Cæsarem, secundæ Probum, tertiæ neminem. Obliquis puberem filium, & puberes filij utitur Cic. 2. de Orat. & 1. Off. Cæs. 5. Bel. Gall. Liu. 1. ab Vrb. nam pubem, aut pubes pro ijsdem nondum legi. Impubes recto singulari dixit Ouidius 2. Fast.

Nam puer impubes, & adhuc inutilis armis. Impubis per i, Plin. li. 29. c. 7. Cic. in Catil. Filiumq́; eius impuberem, dixit, & Liu. 2. ab Vrb. impuberes, ubi quidã etiã impubes legunt. Itaq; pubes, siue pubis, impubes, siue impubis usitatiùs, & tutiùs faciunt genitiuo puberis, & impuberis, quàm pubis, aut impubis. Vnimanus, centimanus, &c. ex Manus composita, sunt secundæ declinationis. Lucret. lib. 5. Anguimanos belli docuerunt uulnera Pœni. Anguimanos appellat elephantos, quòd proboscidẽ, qua pro manibus vtuntur, & à Plinio sæpe etiam manus dicitur, anguium more in omnem partem flectãt. Prisc. lib. 6. ait, ex Manus composita quarti esse ordinis, sed nullo ueterum testimonio id confirmat. Ex Portu fit angiportum, ut Plinius Secũdus 1. artis grammaticæ docet apud Priscianum eod. lib. unde Terent. Phorm.

Id quidem angiportum non est peruium.

Unde Cic. 4. Verr. angiportis dixit, Vt omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur. Idem Plinius eodem loco ait, hic angiportus secundæ esse formæ: apud Ciceronem tamen quartæ est 1. de Diuin. Ex horreis direptũ, effusumq́; frumentũ uias omnes, angiportusq́; constrauerat. Horat. 1. Carm. solo angiportu, dixit. Capricornus secundæ est declinationis. Cic. in Arat.

Tum magni curuus Capricorni corpora propter

Delphinus iacet. quãuis cornus sit quartæ, Pli. lib. 28. c. 11. Dẽtes mobiles cõfirmat ceruini cornus cinis. Lu. 7. — cornus tibi cura sinistri. Alia præterea sunt, quæ cõsultò, & cogitatò prætermitto. Quis. n. æquo animo ferat, si plura

si plura addantur? Alteruter in genere fœminino, & neutro ex uno tantum re cto componitur. Prisci etiam alterautra, & alterumutrum dicebant, ut autor est Priscianus lib. 5. alteriusutrius dixit Cicero in Protag. Quæ igitur potest esse indignitas uoluntatis ad molestiã, nisi in magnitudine alteriusutrius posita? Idem ad Att. li. 10. Ego verò Solonis popularis tui, & vt puto, etiã mei, legem negligam, qui capite sanxit, siqui in seditione non alterutrius partis fuisset. Quidam etiam hic alteriusutrius legunt.

PRIMA DECLINATIO.

PRimæ declinationis nomina in A, As, Es, exeunt: que, A, litera terminantur, tum Græca, tum Latina sunt, vt Maia, Aegina, victoria, familia.

Quæ in As, & Es, syllabas exeunt, Græca tantum sunt, vt Aeneas, Anchises, & declinantur hoc modo.

Nominatiuo Aeneas, genitiuo Aeneæ, datiuo Aeneæ, accusatiuo Aenean, uocatiuo ò Aenea, ablatiuo ab Aenea.

Nominatiuo Anchises, genitiuo Anchisæ, datiuo Anchisæ, accusatiuo Anchisen, vocatiuo ò Anchise, ablatiuo ab Anchise. Numero multitudinis omnino cum Latinis nominibus primi ordinis consentiunt.

Priscis temporibus genitiuus singularis Latinus etiam in as, syllabam terminabatur, unde etiam nunc dicitur paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias.

Aulai, pictai, & his similes interrogandi casus interdum apud poetas leguntur, pro aulæ, pictæ. Vir. lib. 9.

Diues equûm, diues pictai vestis, & auri.

A Maia, Aegina, & alijs huiusmodi Græcis nominibus fœmininis accusatiuus pet, an, syllabam aliquando apud poetas exit, ut Maian, Aeginan.

Vocatiuus similis est nominatiuo, ò Musa, ò Maia. Græca, s, literam deponunt, ò Aenea, ò Anchise.

Datiuus multitudinis, Is, syllaba finitur, præter duabus, ambabus, & deabus, & nonnulla eiusdem exitus, quæ etiam à viris doctis sexus discernendi gratia vsurpantur.

Nomina, E, litera finita, secundæ declinationis Græcorum sic declinantur.

Nominatiuo musice, genitiuo musices, datiuo musice, accusatiuo musi-

musicen, vocatiuo ò musice, ablatiuo à musice. Numero plurali Latinam declinationem sequuntur.

Ad hunc modū declinantur Mastiche, grammatice, rhetorice, dialectice, arithmetice, Libye, quorum vltima vocalis si in a, literā mutetur, Latinè declinantur, vt grammatica, grammaticæ, &c.

Veteres, Græcas positiones vehementer reformidantes, malebant Latina forma dicere Sosia, Birria, Clinia, Geta, Sarmata, poeta, quam Sosias, Birrias, Clinias, Getas, Sarmatas, poetas. Hoc idem docet Quintilianus li. 1. c. 4. Ne in a, quidem, atque s, literas exire temerè masculina Græca nomina recto casu patiebantur: ideoq; & apud Cælium legimus Pelia Cincinnatus, & apud Messalā, Benefecit Euthia: & apud Ciceronē Hermagora. Ne miremur quòd ab antiquorum plerisq; Aenea, & Anchisa sit dictus. Hæc ille. Plautus Apella dixit vocandi casu in Pœnul. O Appella, ò Zeuxis pictor. Hinc Propertius quodam loco Atrida nominandi casu pro Atrides dixit, & Hor. 2. Ser. Sat 3. Atrida casu vocandi.

Ne quis humasse velit Aiacem Atrida vetas cur?

Satyr. 1. Scipiadam, à nominatiuo Scipiada. Multa, ES, syllaba finita ēt tertiæ declinationis fiūt, maximè apud oratores, vt Euripides, is, Aristides, is, Orestes, Pilades, Herodes, Timarchides, & alia id genus, vnde exit accusatiuus in em, Cice. 2. de Finib. Aut Pilades cum sis, dices te esse Orestem, vt moriare pro amico? aut si esses Orestes, Pyladem refelleres, ne indicares? Vide Priscian. lib. 6. & 7. Idem lib. 6. inter cætera testimonia hæc affert, quibus docet genitiuum etiam in as, fuisse priscis vsitatum. En. 7. Annal. Dux ipse vias, pro uiæ. Liu. in Odys.

Mercurius, cunque eo filius Latonas, pro Latonæ. Paterfamiliæ etiam à doctis vsurpatur. Liu. 1 ab Vrb. Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur, miranda magnitudine, ac specie. Genitiuis in ai, vtitur Cicero in Arato, & frequentissimè Lucretius, sed iam exoleuerunt. Virgilius antiquitatis amator semel, atque iterum ijsdem est usus 3. Aen.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Quarè doceātur pueri potius admonitionem esse, quā præceptionē. Quod idē de Filio Latonas, alijsq; genitiuis, as, syllaba finitis dictū sit. Altera, alia, sola, tota, vna, vlla, nulla, neutra, nunc genitiuum, ius, amāt: apud priscos etiam in æ, diphtongum exibant, vnde apud Ciceronē, & Terentiū quædam reperiuntur. Cic. pro M. Tullio, Hoc iudicium sic expectatur, vt non vnæ rei statui, sed omnib. cōstitui putetur. Idē ad Heren. Non res totæ rei necesse est similis sit.

Terent. Eunuch. Mihi solæ ridiculo fuit.

Idem Heaut. — hoc ipsum in itinere alteræ
Dum narrat, forte audiui.

Colume l. lib. 5. c. 11. Vt alteræ delibratæ parti conueniat.

Gellius

Gellius li.9.c.4. Nulli aliæ causæ obnoxia. Plura, sed Priscorū inuenies apud eundem Prisc.li.eodem. Græcus accusatiuus, N, litera terminatur.

Virg.8. Accipite Aenean, & tandem arcete periclis.

Oui.1.Ep. Respice Laerten, ut iam sua lumina condas.

Si uerò fiant Latina Græca nomina m, finiuntur.

Teren.And. — forte ibi huius video Birriam.

Idem Phor. — sed eccum Demeam.

Idem ibidem — sed vbinam Getam inuenire possum?

Maian, Aeginan, & his similes accusandi casus Græci sunt.

Stat.7.Theb. Namque ferunt raptam patrijs Aeginan ab vndis.

Ouid.4.Fast. Maian, & electram. Taygetamq; Ioui.

Horum meminimus, quoniam vsui sunt futura, cum de syllabarū dimēsione agemus. Vocatiui Achile, Vlisse huc etiam spectant, nā Latini poetæ Dores imitantur, qui Græca ευς syllaba finita per ης dicunt, pro ὀρφεύς, ὀρφῆς, τὸν ὀρφῆν, ὦ ὀρφῆ, pro τυδεύς τύδης, ὦ τύδη. Hoc est pro Orpheus Orphes, accusatiuo Orphē, ò Orphe, sic pro Tydeus, Tydes, ò Tyde, eodem modo pro Achilleus, Achilles, ò Achylle, pro Vlysseus, Vlysses, ò Vlysse. Ouid.13. Met.

Tuq; tuis armis, nos te potiremur Achille.

Ibid. Quaq; ruit, non tu tantum terreris Vlysse, Sed fortes etiā.

Senec.Troad. Si uis Vlysse cogere Andromacham metu.

Ibid. Quid agis Vlysse? ò Chreme, ò Lache ēt huius sunt ordinis, hæc enim Græci, & per tertiam, & per primam declinant, χρέμης, χρέμητος, & χρέμης χρέμου. Chremus, Chremetis, & Chremes, Chremæ.

Teren.And. Quis hic loquitur? ò Chreme per tempus aduenis.

Idem Eunuch. — nihil opus est istis Chreme.

Ibidem, — ò mi Chremete te ipsum expectabam.

Idem Hec. — itidem nunc dico Lache.

ò Chremes, ò Laches uocatiui sunt tertiæ declinationis. Terentius ferè semper vtitur uocatiuo Chreme: sed Lache raro.

Idem Hecy. — salue Laches.

Ibidem, Vos videte iam Laches, & tu Pamphile.

Nō tamē utitur genitiuo, aut accusatiuo Græco, sed Latino Chremis, Chremē, (aut Chremetē.

Idem And. — ēt puerū inde abiens cōueni Chremis.

Idem ibi. — egomet continuo ad Chremem.

Virgilio utroque accusandi casu Græco lib. 5. est usus,

Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto.

Sed finem imposuit pugnæ, fessumq; Dareta Eripuit.

Vide Prisc.li.6. Nec mireris, si quādo apud Latinos legeris ò Socrate, nā Attici propria nomina primæ declinationis cōtractorū, ut σωκράτης Socrates, accusandi,

fandi, ac vocandi casu instar nominū primæ declinant. τὸν σωκράτην, ὦ σωκράτη Socratem, ò Socrate. *Cicer. in Protagora apud Prisc. eodem lib. Quid tu, vnde tandem appares ò Socrate, an quidem dubium nō est, quin ab Alcibiade?*

De dandi casu, abus, syllaba finito, hęc Phocas tradit, Pauca sunt primę declinationis nomina, quę contra regulam datiuum, & ablatiuum numeri pluralis in abus, syllabam mittunt, discernendę ambiguitatis, id est sexus causa, his, & ab his deabus, filiabus, mulabus, equabus, libertabus, natabus, asinab. quę à viris peritis vsurpata sunt. Diomedes, Deabus, filiabus, libertabus, & quic quid huiusmodi est, discernendi sexus causa, contra rationem, & pręceptum est. Donatus 2. Edit. Necesse est autem contra hanc regulam, ut declinētur & nomina in quib. genera discernenda sunt, vt his, & ab his deabus, ne si dijs dixerimus, deos, non deas significare videamur. Sergius in hunc Donati locum ait hęc inuenta esse propter testamentorum necessitatem. Nec nos debemus inquit, ad istorum similitudinem alia declinare, ea enim, quę arte carent, sola autoritate firmantur. Deab. utitur Cicero in Orat. pro Rabir. & pro Cornel. 1. vt Priscianus docet M. Cato in Orig. apud eundem lib. 7. Dotes filiabus suis non dant: quem Liuius li. 4. dec. 3. imitatus est, In sacrarium ad penates confugit cum duabus filiab. virginib. Itē Trogus, siue Iustinus lib. 7. Sed legati benignè excepti, inter epulas ebrietate crescēte, rogāt Amyntā, vt apparatui epularum adijciat ius familiaritatis, adhibitis in conuiuiū filijs, & vxoribus, & filiab. id apud Persas haberi pignus, ac fœdus hospicij. Palladius mēse Martio tit. 13. ubi de equorū partib. & colorib. egit, Eadē, inquit, in equab. considerāda sunt, &c. Modestinus li. 50. Pandect. de Verborum significatione, Modestinus respondit his verbis, Libertis, libertabusq́, meis libertum, libertæ testatoris non contineri.

Scęuola Pandect. 33. de Fundo instructo, Reliquis conseruabus, dixit. Senec. Declamationum li. 2. declamatione. 2. Quędā se maritorum amore rogis ardentib. miscuerunt. Quędā animab. suis redemerunt maritorum suorum salutem solicitudine breui: sic habent libri correctissimi. Non negamus Ciceronem dixisse, Duab. animis suis. Plin. li. 11. c. 41. de lacte: Tenuissimum Camelis, mox equis. Sic enim est in libris correctis, non equab. Idem eodem li. c. 40. Asinis mammę à fetu dolent. Ennium etiam, & Plautum filijs. Sed cū Phocas, Diomedes, Donatus, Priscianus, alijq́, veteres multos legerint autores, quorum ne nomina quidem ad nos peruenerunt, non video cur eis non habeamus fidem, maximè cum etiam nunc aliquot extent exempla, vnde possimus, & alia fuisse coniicere. Prisc. eadem affert, quę Phocas. Quod uerò Prisc. lib. 7. ait vetustissimos non esse imitandos, intelligit de Eabus, pro iis, dextrabus, pro dextris, & aliis, quibus antiquissimi usi sunt. Si enim res ita tulerit, ut necesse sit, filiabus, libertabus, equabus dicere non uideo cur tantopere hęc nobis reformidanda sint.

Nomi-

Nomina,e,litera terminata,quorũ genitiuus,es,syllaba finitur,ad nullã om nino Latinorum declinationem numero singulari spectant,neq;.n.primæ sunt, cuius symbolum,ac nota est,æ,diphtongus.Prob.tres tãtum positiones, a,as, es,huic declinationi tribuit,totidem Priscianus: Idem Prob.docet,e,finita fœminina Græca esse,& Græcè declinari;quod si,e,in,a,mutetur,ad primam nostram spectare,vt Helene,es:Helena, æ. Ablatiuo Græcæ declinationis vtuntur ,quãuis Græci hoc casu careant,non solum poetæ,vt Priscianus lib.7.putat.sed etiam oratores.Quintilianus li.8.c.1.Sed ea,quæ de ratione Latinè,atque emendatè loquendi fuerant dicenda,in libro primo, cum de Grammatice loqueremur,executi sumus.Idem li.2.c.15.Excludũt à Rhetorice malos.Idẽ li.1.c.18.Num igitur hi sine Musice? Quod idem de ablatiuo eorum, quæ,es, syllaba,nominandi casu finiuntur,dictum sit.Idem li.3.c.4.Plato in Sophiste, Iudiciali,& Concionali tertiam adiecit,&c. Adam,Abraham,& alia eiusdem positionis peregrina duos tantum casus interrogandi, & dandi primæ declinationis admittunt,Adæ,Abrahę,cęteri peregrinitatem retinent. Qui verò hęc Latinitate donare uolunt,Adamus,Abrahamus declinant.Iustinus li.36.Hebræis positionib.contentus fuit Abraham,& Ioseph. Quidam adeo sunt Attici,vt nisi Abrahamum,Iosephum dicas, te minimè audiendum putẽt.Alij cõtra vsq; eò Hebraicis positionib.syllabisq́, adhęrescũt,ut Iesuah non Iesus scribẽdũ putent, cũ Ioseph Hebręus,Hebreę linguę peritissimus li.18.Antiquit.Iesus, non Iesuah scripserit, γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς, ἀνὴρ εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Fuit eodẽ tẽpore Iesus uir sapiens, si tamen uirum eum appellare ęquum est. Neque à Diuo Matthęo,Marco, Luca, Ioãne,à diuo Paulo,cuius epistolę dulcissimo,ac sãctissimo hoc nomine plenę sunt,Iesuha vnquam,sed Iesus uocatur. Quis obsecro caput aperiat,quis genu flectat,si te legentẽ Iesuha audiat? Ne Hebręus quidẽ te intelligat, cum apud Hebręos ultima litera non Ha siue He,ut Hebręi loquuntur,sit, sed litera quædã peregrina,cui nulla in Europa respondet,quã Arabes etiam hodie ab Hebręis acceptam retinent,figura tamen diuersa, quã imo gutture sonãt, licet eã Hebręi in Europa nati aut omnino supprimant,aut narib.exprimãt. Μωσῆς, siue μωυσῆς Moses,siue Moyses Philon, & Iosephus declinant, vt Anchises,excepto genitiuo μωσέως,siue μωυσέως, Moseos siue Moyseos;apud septuaginta interpretes genitiuus,& datiuus,η,hoc est,e, longo terminatur. Latine Moyses, Moysi,vel Moysis, Moysi, Moysen,o Moyses,a Moyse:aut Moses, Mosis,Mosi, Mosen,vel Mosem, Moses,Mose.Iustinus li.36.Moses casu nominandi,Mosen accusandi dixit.Iuuen.satyr.14.

Iudaicum ediscunt,& seruant,ac metuunt ius,
Tradidit arcano quęcunque uolumine Moses.

Iosephus,& septuaginta μωυσῆς Moyses, Philon tum μωυσῆς Moyses, tum μωσῆς Moses:Romani Moses scribunt.

SECVNDA DECLINATIO.

LATINA nomina ſecundæ declinationis in ſyllabas, E R, I R, V R, V S, V M, exeunt, vt faber, vir, ſatur, populus, præmium. Græca in O S, O N, E V S, vt Delos, Androgeos, Pelion, Tydeus.

Genitiuus ferè eſt æqualis nominatiuo ſyllabarum numero, vt populus, populi; præter Iber, Iberi: Celtiber, Celtiberi: armiger, armigeri: ſignifer, ſigniferi: Liber, Liberi: Treuir, Treuiri: ſatur, ſaturi, & nonnulla alia.

Poetæ aliquando alterum i, omittunt. Virg. Eclog. 1.

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

Androgeos, non ſolum Androgei, ſed etiam Androgeo, more Attico facit genitiuo.

Accuſatiuus à Græcis in Os, s, literam mutat in n, vt Delos, Delon: Menelaos, Menelaon: Athos, Athon, vel Atho, more Attico.

Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo, ò vir, ò Deus.

I. EXCEPTIO.

CAetera nomina us, ſyllaba finita mutantur, in e, populus, ò popule: fluuius, ò fluuie: tabellarius, ò tabellarie. Præter Filius, & nomina propria in I V S, quę us, ſyllabam deponunt, ò fili, ò Antoni, ò Pompei. Cic. ad Octauium, Quantum te popule Romane de me fefellit opinio.

II. EXCEPTIO.

Græca, quæ in Eus, & ευς, hoc eſt, us, diphthongum exeunt, deponunt, s, vocatiui, Tydeus, ò Tydeu: Panthus, ò Panthu.

APPENDIX I.

Græca eus, ſyllaba finita etiam genitiuo faciunt eos, & accuſatiuo, ea, maximè apud poetas, ſed tunc ad tertiam declinationē ſpectant, vt Tydeus, Tydeos, Tydea: Tereus, Tereos, Terea.

APPENDIX II.

Vocatiuus Græcorum nominum, quæ os, in us, mutant, etiam in e, literam exit, vt Timotheus, Pamphilus, ò Timothęe, Pamphile, Antęus, Thymbręus, Ptolemæus, ò Antęe Thymbręe, Ptolemęe.

APPENDIX III.

Latini interdum vel euphonię cauſa, vel Atticos imitātes, vocatiuum faciunt ſimilem nominatiuo, ò populus, ò fluuius, ò meus. Liu. 1. ab Vrb. Audi tu populus Albanus.

Vir.lib.6.Proijce tela manu sanguis meus.
Idē 8.Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarū, Adsis ò tādē.
¶ Nominatiuus multitudinis, i,litera terminatur, vt captiui, dei, vel dij.
Priscis temporibus ei, diphtongo terminabatur, vt Captiuei.
¶ Datiuus pluralis, is, syllaba finitur, vt captiuis, deis, vel dijs.

Multa sunt Os syllaba finita, quibus Latini vtuntur, vt Tenedos, Delos, Lesbos, Abydos, Ilios, arctos, &c.

Virg.2. Aen. Primus se Danaum magna comitante caterua,
Androgeos offert nobis.

On, finita pauciora sunt. Ouid. 5. Fast.
Pelion Aemoniae mons est obuersus in Austros.

Eus, diphthongo terminata sunt quā plurima, vt Orpheus, Theseus, Perseus, Pentheus, Typhoeus, &c. quae apud Graecos quintae sunt declinationis, quę tertiae nostrae respondet. Apud nostros tamen (excepto interrogandi, & accusandi casu, quibus etiam interdum more Graecorum vtuntur, item vocandi, qui ferè Graeco ritu exit,) hęc ferme secundi sunt ordinis. Liu.lib.5.dec.5. Persei partibus fauimus. Ibi. Hęc Graeco sermone Persco, Latinè deinde suis. Cic. 4. de Nat.deor. Theseum, Hippolitum. Liu.li.10.4.dec. Perseum filium cum modica manu misit. Accusatiuo Graeco, Persea, passim vtitur. Idem Liu.lib. 5. Legatos eodem tempore, & ad vos, & ad Persa misimus. Itē Perseo ablatiuo casu. Illud Ouidij in Ibin. Strymoniae matres Orpheō esse ratae: vnde quidā putarunt nomina in eus etiam, in on desinere accusatiuo casu; quod adeò nonum, & inauditum est, vt quidā suspicentur esse mendū, legendūq; esse, Orphea te esse ratae. Genitiuus, eos, syllaba finitus frequentissimus est apud poetas. Ouid.4.Fast. Alta iacet vasti super ora Typhoeos Aetna. Vocatius Latinus nō videtur vsitatus, vt Priscianus ait, quāuis Probus dicat posse Tydee, Pēthee dici. Grȩcus vocatiuus Perseu, Theseu, Tydeu, aliją, huius generis vsitatissimi sunt praecipuè apud poetas. Liu.lib.10.dec.4. Oportuit autē Perseu, si proditor ego patris, regnią, eram &c. Ouid.4.Metam.

Aspice, ait, Perseu, nostrae primordia gentis. idem.7.
— Te maxime Theseu. Illud Lucani lib.4. Huc Antae cades. & 9.
Te Ptolemaee feram: non huc spectant, cum non fiant ab eus, diphtōgo, sed ab, αιος, ἀνταῖος, πτολεμαῖος, & os in, us, mutata Antęus, Ptolemęus. Sic Alcęus, Peneus dicitur enim πηνειὸς Graecis. Itaq; ne decipiaris Graecos cōsule. Perseus etiam declinatur Perses, Persis, Persi, Persem, vel Persen, o Perses, à Perse, vt Achilles, Vlysses, quorum genitiuus Achillei, Vlyssei à nominatiuo Achilleus, Vlysseus fit. Horat. Epod. Heu peruiuacis ad pedes Achillei, ibid. Laboriosi remiges Vlissei.

Nonnunquam vocales ei,ea,eo,apud poetas in vnam coeunt. Idem 1.Ep.
— remigium vitiosum Ithacensis Vlyssei.
Vir.2.Aen. — comes infelicis Vlyssei.
Oui.13.Met.Nec quo centimanum deiecerit igne Typhoea.
Idem 6. Degeneras,scelus est pietas in coniuge Tereo.
E,in obliquis horum nominum corripitur, nisi more Ionico declinentur, tunc enim non ε sed η habent, hoc est,non e,breue,sed longum.Virg.1.Aen.
Ilionea petit,dextra,læuaq; Serestum. ἰλιονῆα. Idem 3.
Idomenea ducem,desertaq; littora Cretę. ἰδομενῆα.
Adiectiua,quæ fiunt à nominibus in ευς, eus, habent penultimam longam,vt Achilleus,a,um:Pentheus,a,um,&c.Stat. 2.Theb.
Pentheumque trahens nondum te Phædimus ęquo
Bacche genus. Achilli,& Vlyssi docent Quinti.li.1.c. 5.genitiuũ esse priscum.Prisc.li.6.ait veteres frequentissimè datiuo pro genitiuo nominũ in es,quæ à Græcis ad nostros migrarũt,vt Achilli,Vlyssi,Timarchidi, Oröti, Thucydidi,Euripidi,pro Achillis,Vlyssis,&c.vsos fuisse.Vtcunq; sit,Achilli,& Vlyssi sæpe apud poetas leguntur.Quid si primũ Achillei,Vlyßei per ei diphthongum,deinde per i,literam scripta sunt,vt apud Priscos Captiuei,deinde captiui? Non enumerauimus nomina,quæ genitiuo crescunt,q etiam rudes antequã hoc præceptũ attingãt,inter declinãda nomina iã ea didicerint. Iber ẽt tertiæ declinationis est,diciturq; à regione Iberiæ, quæ iuxta Pontum est inter Colchos,& Armeniam. Liger nõ est huius loci,cum sit tertij ordinis. Virg.lib.10.
— vesano talia latè Dicta volant Ligeri.
Exter nõ videtur esse in vsu,nã locus Papinij,quo id Priscia.docet,Exter, ab alijs legitur,vt supra diximus,cũ de cõparatiuorũ formatione ageremus. Liber,cũ Bacchũ significat,aut nomẽ est adiectiuũ,crescit genitiuo. Itẽ gibber tũ substãtiuũ,tũ adiectiuũ.Varro de re rust.li.2.c.5.de Vaccis, vt sint bene cõpositæ,vt integris mẽbris,oblõgę,amplę,nigrãtib.cornib.latis frõtib. oculis magnis,& nigris,pilosis aurib.cõpressis malis,subsimis ve, gibberi spina, leniter remissa,apertis narib.&c.Pli.li.10.c.26.Africę,hoc est gallinarũ genus gibberũ,varijs sparsũ plumis.Varro 3.de Re rust.c.9.Gallinæ Africanæ sunt grãdes,variæ,gibberæ.Gibber,gibberis nondum legi,nam illud Iuuenalis:
— attritus gibbere nasus:nusquam esse arbitror:sed attritus gibbus.sat.6.
Attritus galea,medijsque in naribus ingens
Gibbus,& acre malum semper stillantis ocelli
Dexter dexteri,vel dextri usitatum est Cic.6.de Rep.ut ait Prisc.li.6.prosperus dixit pro prosper,Deinde est hominum generi prosperus,& salutaris. Aspris,pro asperis dixit Virg.2.Aen.
Improuisum aspris,ueluti qui sentibus anguem.

N Sed

Sed quid his diutius immoramur? Cũ nomina, quorũ genitiuus exit in ius, syllabam, & datiuus in i, literã, in ipso grammatices vestibulo ediscenda pueris fuerint proposita, nõ putauimus hic excipiẽda. Prisci alij alio, neutri neutro, &c. et declinauerunt: vnde grãmatici Neutri generis maluerunt dicere, quã neutrius lege Prisc. li. 6. & 13. vbi exempla inuenies. Neutrius vsitatius est, quã Neutri, etiã si Priscianus, ijsdẽ libris aliter doceat. Solemus tamẽ Neutri generis more Varronis, & Probi veterum grãmaticorũ potius, quã Neutrius dicere. Androgei Latino casu vsus est, Virg. li. 2. & Attico, li. 6.

In foribus, lethum Androgeo.

Accusatiuus Græcus frequens est, potissimum apud poetas. Ouid. 13. Met.

— me credite Lesbon,

Et Tenedon, Chrysenq;, & Cillan, Apollinis vrbes,

Et Syron cepisse.

Athos apud Põpo. Mel. Atho facit datiuo lib. 2. Atho monti Lẽnos obuersa. Athon, & Atho accusatiuo, Vale. Max. c. 6. de prodigijs, Eidẽ montẽ Athõ, ac Idã transgreßo, &c. Plin. lib. 7. c. 2. Qui Athon montẽ incolunt. Atho accusatiuus est Atticus, veteres. n. Attici casus omnes singulares nominum huius positionis, o, litera terminabant, nominandi, & vocãdi excepto. Liu. lib. 5. dec. 5. Maritimas quoq; opportunitates ei præbent portus ad Toronẽ, ac montem Atho. Cice. 3. de Rep. vt Priscianus li. 6. docet, Athonẽ dixit. Quid ergo illa sibi vult absurda exceptio, nisi quis Athonẽ pro monumẽto vult funditus efficere? Quis. n. est Athos, aut Olympus tãtus? Athonem fecit Cicero a nominatiuo Atho, cæteri ab Athos. Liu. 4. dec. 5. Eminet namq; in altũ lingua, in qua sita est: nec minus, quàm in altum, magnitudine Atho mons excurrit. sic Salustius, à Minos, quod etiam vt Androgeos, & Athos ab Atticis declinantur, fecit genitiuum Minonis lib. 5. Hist. Dædalum ex Sicilia profectũ, quo Minonis iram, atq; opes fugeret. & Propertius lib. 2. ab Androgeo fecit Androgeonis, inde accusatiuum Androgeona.

Et Deus extinctum Cressis Epidaurius herbis.

Restituit patrijs Androgeona focis.

Sacer interpres c. 3. 1. ad Corin. etiam vsus est positione Latina Apollo, quãuis Græcè sit τὶς ὁ ἀπολλὼς. Apollos. Idẽ Attice declinauit ibidẽ, Cũ. n. quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius autem, Ego Apollo, nonne homines estis? Et ad Titum c. 3. Zenam legisperitum, & Apollo solicite præmitte, ut nihil illis desit. Siquis verò Latinè declinare velit dicet Apollo, Apollonis, Apolloni, Apollonem &c. vt Atho Athonis, & Mino Minonis. Ablatiuo Atho vsus est Cic. 2. de Finib. Athone perfosso. Liu. li. 4. dec. 5. sub Atho monte.

ò Tyrinthie, Olmie, Euie, Sperchie, quæ apud Statiũ legũtur quãuis sint ꝓpria, non tamẽ faciunt contra præceptũ: fiunt namque à Græcis positionibus Tyrinthios, Olmios, Euios, Sperchios, neq;. n. Græci Latinorũ leges seruant.

Latini, vel Atticos imitantes, apud quos vocatiuus semper similis est nominatiuo, vel euphoniæ causa, vel metri, vt inquit Prisc. li. 7. nominatiuo us, sylla. ba finito vtuntur pro vocatiuo.

Lucan. li. 2. De gener ò populus. Phocas appellatiua, inquit, quæ in ius, desinunt, vocatiuum in e, mittunt, vt Fluuius, ò fluuie. socius ò socie, quem veteres iuxta nominatiuum proferebant: Virgilius,

Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum. quæ, consonāte prælata in eandem syllabam mittunt, si quidē sunt accidentia (hoc est adiectiua) vel deriuatiua vocatiuum in e, mittūt, vt doctus docte, sanctus sancte, Romanus Romane, Hispanus Hispane. Cætera in us, potius, quam in e, syllabam exeūt, sic Lucanus. De gener ò populus. & ò popule lectū est. Lucus, ò lucus: quæ à veterib. propter asperitatem vocis minimè vsitata sunt, adeò vt rara huiusmodi declinationis reperiantur exempla, hæc myrtus, ò myrte.

& te proxima myrte. Hæc ille. A Gellio lib. 14. c. 5. refertur lepida concertatio inter duos grāmaticos, quorum alter contendebat vocandi casu dicendum esse Vir egregi, alter vir egregie. Veteres genitiuum singularem per, i, literam scribebant, pluralem nominatiuum per ei. Nigidius apud Gell. lib. 13. c. 24. Si huius, inquit, amici, vel huius magni scribas, vnum i, facito extremum: sin verò hi magnei, hi amicei, casu multitudinis recto, tum ante i, scribēdum erit, e: atque idipsum facies in similib. Quinti. li. 1. c. 7. Diutius durauit, ut ei, iungendis, eadem ratione, qua Græci, ει, vterētur: ea casib. numerisq; discreta est, vt Lucilius præcipit.

Iam pueri uenere, e, postremum facito atque i,

Vt pueri plures fiant. Vide cætera, si vacat. Hinc Plauti comœdia Captiuei inscribitur. Di, & dis, pro dij, & dijs utuntur poetæ frequenter.

TERTIA DECLINATIO.

ET si tertiæ declinationis quàm plurimæ sunt positiones, genitiuus tamen in is, syllabam exit, qui nominatiuo modo est æqualis numero syllabarum, vt Nauis: modò vnà syllaba longior, vt turbo, turbinis, vnedo, vnedonis: modo duabus, vt iter, itineris: biceps, bicipitis: supellex, supellectilis.

O.

Macedo, Macedonis: Anio, Anienis: Nerio, Nerienis.

N.

Babylon, Babylonis: Palęmon, Palæmonis: Xenophon, Xenophōtis.

R.

Lar, Laris: hepar, hepatis: acer, aceris: Mulciber, Mulciberis: iecur, iecoris, vel iecinoris.

AS.

Calchas, Calchantis: hic Pallas, Pallantis: hæc Pallas, Palladis.

ES.

Chremes, Chremetis, vel Chremis: Laches, Lachetis, vel Lachis.

IS.

Simois, Simeontis: Pyrois, Pyreontis: Carybdis, Carybdis: Paris, Paridis.

OS.

Rhinoceros, Rhinocerotis: Tros, Trois: Minos, Minois: Heros, Herois.

VS.

Melampus, Melampodis: Opus, Opuntis: Amathus, Amathuntis.

YS.

Capys, Capyis: Cotys, Cotyis: Chlamys, Chlamydis.

NS.

Lens, lendis: lens, lentis: frons, frondis: frons, frontis: Aruns, Arūtis.

PS.

Auceps, aucupis: anceps, ancipitis: gryps, gryphis: ſtirps, ſtirpis.

RS.

Lars, Lartis Rex Veientium: concors, concordis.

X.

Aſtyanax, Aſtyanactis: arx arcis: merx, mercis: veruex, veruecis: Lynx, cis.

Genitiuus Græcus in OS.

Græco genitiuo os, ſyllaba finito interdum vtuntur Latini, vt metamorphoſis, metamorphoſeos: Decapolis, Decapoleos: Tanis, Taneos: Tethys, Tethyos, Erymanthis, Erymanthidos.

Græcus genitiuus in us.

Manto, Calliſto, Alecto, Calypſo, & cætera id genus Græca, us, faciunt genitiuo, vt Mantus, Calypſus.

Si cui fortaſſe breuiores uidebimur, Priſcianum adeat, qui de poſitionib. atque caſib. interrogandi potiſſimum tertiæ declinationis, ſextum librum, de cæteris verò caſib. ferè ſeptimum ſcripſit accuratiſſimè. Nos de iis tantum putauimus agendum, quæ non ita trita ſunt, & quotidiana. Iniuria enim fit præſtantiſſimo magiſtro, vſui. ſi de iis agas, quæ ad ipſum maximè ſpectant. Turbo, onis, nomen gladiatoris eſt. Horat. 2. Serm. Sat. 3.

Corpore maiorem rides Turbonis in armis
Spiritum. *Priſci itiner, itineris dixerunt. Plaut. Mercat. Quin tu ego itiner exequi meum me ſinis? Iter enim iteris faciebat. Nonius,*

Ignoti

Ignotis literis sumus. Accius, Nam te itere cerno uadere. Vide Non. Marc. Vetustissimi ancipes, bicipes, præcipes dicebāt, unde supersunt genitiui ancipitis, bicipitis, tricipitis. Plaut. in Commorientibus, Saliam in puteū præcipes. Idem Supellectilis etiā nominandi casu dicebāt. Cato aduersus Tyberiū Sēproniū, si posset actio fieri de artibus tuis, quasi supellectilis solet. Gell. li. 13. c. 21 ait Varronē Nerienes dixisse uocatiuè, ex quo nominandi casum eundē esse necessum est. Prisci, ut Priscianus docet, Anien dixerunt. Cato, Non minus quam 15. millibus Anien abest. Veteres, vt ait Quintilianus li. 1. c. 5. Palæmo, Thelamo, & Plato (nā sic eum Cicero quoq; appellat) pronuntiabāt: quia Latinum quod o, & n, literis finiretur, non repericbant. Cicero Zeno, pro Murana, Mno, pro Fundanio, Xeno in Frumentaria, Dexo 7. Verr. dixit pro Zenon, Mnon, Xenon, Dexon: Vide Priscian. Lars Rex Veientium ut Mars exit, in tis, Lartis. Liu 4. ab Vrb. Daturos quod Lars Tolumnius dedisset, responderi iussit. Ibid. Ad Lartē Tolumnium Regē Veientiū defecere. Quidam ait 9. Philip. Lartes esse, ubi tamen Lar inuenio, Lar Tolumnius Rex Veientiū, &c. Prisc. li. 5. Lar putat esse rectū sed id, ex obliquis probat. Hepar, hepatis Græcū est ἧπαρ. Acer, aceris, arbor est. Plinius li. 24. ca. 8. Aceris radix contusa iocinoris doloribus efficacissimè imponitur. Mulciber, Mulciberis, & Mulciber, Mulciberi, & imminuto uerbo Mulcibri. Cic. 2. Tusc. ex quodam poeta. Iouisq; numen Mulcibri adsciuit manus:

Iambicus est trimeter. Apud Martianū Capellā, li. 6. c. 1. plenum est, Dispendiaq; lini perflagrata cassum deuorante Mulcibero. Iocinoris putat Prisc. li. 6. à nominatiuo Iocinus fieri, qui in vsu non est. Plin. li. 11. c. 37. Bina iocinora leporibus circa Briletum. Ibi, Sex victimarum iocinora reperta sunt. Græca in as, masculina faciunt antis genitiuo, fœminina uerò, adis, ut lampas, dis, quibus Arcas proprium uiri, & gentile additur. Prisci Latini Calchas, uel Calcha, æ, declinabāt, Plaut. Menæch. Nostin' illum? noui cum Calcha simul. De Chremes, Laches, & alijs huius generis uide scholia in primam declinationem. Græco genitiuo in dos, frequenter utuntur poetæ, Ouid. 2. Metam.

— custos Erymanthidos ursæ.

Ibidem lib. — Nec superū rector mala tāta Phoronidos ultra Ferre pōt. Stat. 2. Theb. — immites citius Busiridos aras: Cæteris rarius, Martia. in Amph. Et quē supremæ Tethyos unda ferit. Prisci Calypsonis, Ionis, declinabāt. Vide Prisc. li. 6. posteri Calypsus, Inus, Mantus. Virg. 10.

Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis.

Qua de re sic Quint. li. 1. c. 5. Nunc recentiores instituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare. Mihi autem placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor. Neque enim iam Calypsonem dixerim, vt Iunonem, quamquam secutus antiquos C. Cæsar vtitur hac ratione declinandi. Sed autoritatem consuetudo superauit. Hæc ille.

Græco datiuo vsus est Virgilius 4. Eglog.

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.

Orphei plenius est datiuus, & trium syllabarum, Orphei siue Orphei imminutus, & contractus; e, enim, & i, literæ in diphthongum ei, contractæ sunt.

ACCVSATIVVS.

Accusatiuus exit in em, vt sermonem.

I. EXCEPTIO.

Buris, cucumis, peluis, rauis, securis, tussis, vis, in Im, exeunt.

II. EXCEPTIO.

Febris, nauis, puppis, clauis, restis, turris in Em, vel Im terminantur.

ACCVSATIVVS GRAECVS.

Græcus accusatiuus in a, exit, vt Hectora, Calchanta, aera, æthera.

I. EXCEPTIO.

Græca, o, litera finita habent accusatiuum similem nominatiuo, vt Manto, Calypso, Alecto.

II. EXCEPTIO.

Græca, is, syllaba finita, quæ apud Latinos genitiuum habent similem nominatiuo, hoc est, quorum genitiuus apud Græcos in os, exit nulla præcedente consonante, accusatiuo faciunt In, Græcè, vel Im, Latinè, ut Carybdis Carybdin, vel Carybdim.

Ys finita frequentius in yn, quã in ym, exeũt, vt Tethys, Tethyn, Cotys, Cotyn, Halys, Halyn, vel Halym.

Quæ verò genitiuo crescunt, neque accentum habent in vltima in In, uel Im, uel Em exeunt, ut Paris, Paridis: Parin, vel Parim, vel Paridem: Iris Iridis, Irin, uel Iridem. Isis, Isidis, Isin, vel Isim, uel Isidem: quæ etiam in a, apud Græcos exeunt, vt Parida, &c.

Cucumis, quando cucumis facit genitiuo, facit cucumin. Plin. lib. 20. ca. 1. Aliqui etiam ab eo scorpionum Cucumin uocant, efficacissimum contra scorpionum ictus. Ibidem, Cucumin syluestrem esse diximus multò infra magnitudinem satiui, lib. 19. cap. 11. Cucumi datiuum inuenies.

Plaut. Aulul. — ad rauim poscamus, &c.

Idem Cistel. Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

Turris frequentius turrim per tertiam uocalem facit, quam per secũdã turrẽ. Interrogatus Probus dicẽdumne esset Turrim, an Turrẽ, respondit interrogãdam esse aurem. Vide Gellium li. 13. cap. 19. Cæsar 2. Bel. Ciuil. Quem à turri lateritia ad hostium turrim, murumq; perducerent. Ibidem, Circum turrim.

paulo

paulo post, Ad turrim hostiũ. Idem 2. bell. Gall. Tãti oneris turrim in muros se se collocare confiderent. Virg. 2. Aen. Turrim in præcipiti stãtem. Turrẽ raro apud Cæsarem inuenies 2. bel. Ciuil. Maiori cum fiducia ad alterã turrẽ, agge remq́, eruptione pugnauerunt. Vitruuius lib. 10. cap. 19. Fieri autẽ ait oporte re turrem tabulatorum decem, &c. Ibidem, Turrẽ autem minimã ait oporte re fieri, &c. Ibidem, Maiorem verò turrem altam cubitorum CXX. Multo tamẽ vsitatius, & elegãtius est Turrim, & turri, quàm turrem, turre, Securẽ per e, nondum inueni, securim frequenter apud Ciceronem, aliosque probatos autores. Non enim vbiq; securem inuenias, vt quidã præcepit: nam Virg. 11.

— ærată quatiens Tarpeia securim dixit, nõ securẽ, vt paulò inferius,

— Perque ossa securim. & 2. Aen.

— incertam excussit ceruice securim. Febrim inuenias apud Suetõ. in Tito cap. 10. & Hor. 2. Serm. Stat. 3. Febrem multo vsitatius est. Mart. li. 5.

Non habui febrem Symmache, nunc habeo.

Per e, febrem. Cic. de Finib. Et is febrem non habet? Quint. li. 2. cap. 17. Miti gare febrem. Puppim, nauim nõ solum per tertiã vocalem, vt præcipit Dona tus 2. Edit. sed etiam per secundam reperiuntur. Stat. 2. Sylu. — nec unquam

Emeritam in nostras puppem demitte procellas. Lucan. 4.

Primum cana salix madefacto robore paruam

Texitur in puppem. Cic. 4. de Finib. Si palearum nauem euertit. Nauem frequentissimum est. Puppem rarius. Clauim, Plau. Mostel.

Clauim mihi barunce ædium nunc iam Iube efferri intus.

Tibullus li. 2. Clauem, per secundam uocalem dixit. Teren. Phorm.

Ad restim mihi quidem res redijt planissimè. Idem Adelph.

Tu inter eas restim ductans saltabis.

Plin. lib. 17. c. 10. Eáq́, intrita restem circumlini. Aequalim per tertiam uocalem est apud Plautũ in Curcu. Bipennim nõdum legi. Virg. 11. bipennẽ dixit.

Nunc ualidam dextra rapit indefessa bipennem. Ouid. 8. Met.

— sæuam inhibere bipennẽ. Græcus accusatiuus in a, frequẽs est ma ximè apud poetas. Virg. 1. Aen. Ter. circũ Iliacos raptauerat Hectora muros. Idẽ 7. Luctificam. Alecto Dirarum ab sede sororum, Infernisq́, ciet tenebris. Græca, is, syllaba finita, quorũ genitiuus exit in os, syllabã puram, hoc est, nul la præcedente consonãte, ferè apud Latinos genitiuũ similem habent nomina tiuo, ut Genesis, Neapolis, Charybdis, Geneseos, Neapoleos, Charybdeos, Græcè, at Latinè Genesis, Neapolis, Charybdis, & faciunt accusatiuo In, uel Im, Cic. 3. de Orat. Deinde uidendum est, ne longè simile sit ductum, Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim: Charybdim bonorum, uoraginem potius. Idẽ 2. Phil. Quæ Charybdis tã uorax? Charybdim dico? Ouid. lib. 4. de Põto.

Nec potes infectis conferre Charybdin Achæis.

Quæ in ys, per y, exeunt, etiã pure declinatur Latinè, ut Capys Capyis: Cotys,

Cotyis. Liu. li. 4. dec. 1. Capuáque ab duce corũ Capye (vel quod proprius vero est) à cãpestri agro appellatã, &c. Idẽ li. 2. dec. 5. Ipse cũ Cotye Thessalonicã est profectus: sic Tacit. li. 2. & Cotyi datiuo sæpe. Idẽ Liu. ibi. Eò fama affertur, Atlesbiũ regulũ Thracũ in Cotyis fines impetũ fecisse. Idẽ tamẽ li. 1. ab Vrb. Aty, Capy sexto casu dixit. Latino Alba ortus, Alba Atys, Aty Capys, Capy, Capet⁹. Catull⁹ Tethyi à Tethyis Tethyis, uel Tethyos usus est.

Luce tamen Canæ Tethyi restituor. Accusatiuum in yn, sæpe apud eundẽ Liuiũ leges lib. 8. dec. 4. Sedem ipsi sibi circa Halyn flumẽ cęperũt. Idẽ lib. 2. dec. 5. Itaq; dimittẽdũ Cotyn ad sua tuẽda ratus, &c. Cic. 2. de Diuin. Halym dixit, Crœsus Halym penetrans magnã peruertet opũ vim. Liuius ibid. lib. 4. Ea die ad amnem Mityn processit. Ea uerò, quorum genitiuus in os, syllabam impuram exit, hoc est, pręcedente cõsonante, apud Latinos genitiuo crescunt, vt Paris, idis, Daphnis, idis, quæ & Latinè declinantur, & Gręcè à poetis pręcipuè. Cic. ad Octau. At te fata patrię Paridẽ futurũ prædicabãt. Virg. 10.

— & face prægnans Cisseis regina Parim creat. Ouid. 13. Met.

Accusoq; Parim. Virg. 7. Eclog.

Hęc memini, & victum frustra contendere Thyrsim.

Ibid. Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.

Idẽ. 9. semper Daphnin per n, dicit: declinat etiã Latinè. — ego hanc in Daphnide laurũ. Paris, Isis, & cætera, quorum vltima nõ habet accentũ, lingua quidem Græcorum communi accusatiuo a, faciunt Parida, Isida. Iones vero hiatus amantes consonante subtracta Parios, Isios declinant, Inde Parin, Isin, Latini n, in m, mutantes Parim, Isim.

Virg. 5. Irim de cælo misit Saturnia Iuno.

Luc. 8. Nos in templa tuam Romana recepimus Isim.

Quæ apud Græcos accentum habent in ultima, in a, tantũ desinũt, ἀμαρυλλὶς τιτανίς, Amaryllis, Titanis, Amaryllida, Titanida.

Ouid. 5. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn.

VOCATIVVS.

VOcatiuus similis est nominatiuo, ò sermo, hæc Pallas, ò Pallas, ò Socrates, ò Chremes, ò Achilles, ò Geros, ò Chlamys, ò Socrate, Chreme, Achille, Vlysse ad primam spectant.

EXCEPTIO.

Græca quæ in Is, vel Ys, exeunt, neque habẽt accentum in vltima apud Græcos, deponunt s, nominatiui, ò Mœri, Iri, Pari, Tethy. Et apud poetas fœminina in Is, quorum genitiuus exit in dis, quamuis accentum habeant in ultima, ò Amarylli, Tindari, Oebali.

Item propria in as, quorum genitiuus exit in antis, apud eosdem poetas deponunt, s, ò Palla, ò Calcha.

Præterea, quæ ante s, habent diphthongum, fere, s, literam abiiciunt, ut Simoεις, Simois, Tydeus, Melampους, Melampus, ò Simoi, Tydeu, Melampu. Quæ omnia apud Atticos vocatiuum habent similem nominatiuo, ò Paris, Calchas, Simois, Melampus, quos interdum imitantur Latini.

De vocandi casibus Chreme, Achille, Socrate dictum est in scholijs in primam declinationem: cæterorum accipe exempla.

Virg. Eclog. 9. Quo te Mœri pedes?
Ibidem, Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus?
Idem lib. 6. Iri decus cœli.
Idem Eclo. 1. Mirabar, quid mœsta deos Amarylli vocares.
Ouid. in Ep. Coniugij spes est Tyndari facta tui.
In iisdem, Applicor in terras Oebali nympha tuas:
Pallas, Calchas, & cætera huius formæ apud Græcos an, faciunt, vocatiuo, ò Pallan, Calchan, poetæ abijciunt n, ò Palla, ò Calcha.
Virg. 11. Non hæc ò Palla dederas promissa parenti.
Senec. Troad. Effare Calcha, nosq; consilio rege.
Stat. 3. Theb. — illum venerande Melampu Qui cadit agnosce.
Ibid. Te pudor, & curæ retinent per rura Melampu.

ABLATIVVS.

Ablatiuus exit in e, à teste, duce, hospite, paupere, pubere, sospite.

I. EXCEPTIO.

Nomina, quorum accusatiuus exit in In, vel Im: Neutra in AL, AR, E: Nomina mensium; Adiectiuum, cuius neutrum e, litera terminatur, i, postulant, vt Charybdi, siti, animali, calcari, monili, Septembri, breui.

Quibus accedunt Pluri, strigili, canali, memori.

Far, nectar, hepar, iubar, e, contenta sunt: item gausape, Soracte, Præneste, Reate, & cætera locorum propria huius positionis, si tamen huc spectant, sunt enim pleraque declinationis expertia.

II. EXCEPTIO.

I, vel E petunt cætera adiectiua, & substantiua, quorum accusatiuus in Em, uel Im, definit, ut à felice, vel felici: ingente, vel ingenti: naue, uel naui. Quibus addes amnis, ignis, imber, supellex, vectis.

I. APPENDIX.

Appellatiua adiectiuis similia leges adiectiuorũ ferme sequũtur, vt fami-

vt familiaris, annalis, bipennis, triremis, affinis, à familiari, annali, &c. Tridens à tridente, vel tridenti.

Sin verò propria sint, e tantum postulant, vt Martialis, Iuuenalis, Felix, Clemens, Melior, à Martiale, Iuuenale, &c.

II. APPENDIX.

Pleraque adiectiua quæ in literas NS, exeunt, ferè e, cōtēta sunt, ut prudens, imprudens: à prudente, imprudente.

Participia in e, exeunt, ut absente, præsente, audiente, Cicero lib. 3. in Verrem. Illa deos, hominesq; implorāte: iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Plinius, Bætica à flumine eam mediam secante cognominata, cunctas prouincias diuiti cultu, & quodam quasi fertili nitore præcedit. Interdum etiam in I, sed tunc ferè in nomina transeunt.

Comparatiua nomina multò vsitatius in E, literam, quàm in I, exeunt, ut superiore, faciliore, vberiore.

Quorum accusatiuus exit in Im, vel In, ablatiuus i, litera finitur, vt Charybdi, Hispali, Ligeri, Canabi, Bœti, cucumi. Iuue. satira. 5. — sæua dignum, viq; Carybdi. Cæsar 3. bel. Gal. Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri instituit: Idem lib. 7. bel. Gal. accusatiuo vsus est. Cum ad flumen Ligerim venissent: a nominatiuo Ligeris, vt Ararim ab Araris. Plin. lib. 16. cap. 2. E sicco præferunt è canali funes. Varro accusatiuo est vsus lib. 1. cap. 23. Sic vbi cannabim, linum, iuncum, spartum, &c. Persius sat. 5. cannabe dixit.

— tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transtro.

Liuius li. 8. dec. 3. Bæte dixit, Martius superato Bæte amni, quem incolæ Cirtium appellant, duas opulētas ciuitates sine certamine in deditionē accepit. Cum antè eodē lib. dixisset, Ducibus est creditum breuius aliud esse iter ad Bætim fluuium. Plin. lib. 20. cap. 9. Cum uino, aut cucumi cocto. Strigili inuenies apud Horatium 2. Serm. sat. 7. & apud Plinium lib. 29. cap. vltimo, Deinde cum opus sit strigili temperata infundere. Canali, Quint. lib. 11. cap. 3. Pleniore tamē hæc canali fluunt, Vos Albani tumuli, atque luci. Plinius lib. 24. cap. 11. Neque alibi quàm in canali. Memori frequentissime occurrit, neque eget probatione. Prisci Memoris, & memore declinabant, vnde Memoris tantum videtur relictum. Cæcilius apud Priscianum lib. 7. Itane est immemoris? itane est madida memoria? Hæc tria non facilè, e, terminata inuenies. Antiqui etiam mare dicebant sexto casu. Atacinus,

Cingitur Oceano Libyco mare, flumine Nilo.

Plaut. Rud. Dicant in mare cōmuni captos. quos imitatus est Ouidius in Ibin.

Et summam Libyco mare carpat aquam.

Apud

Apud eundem cæleste, perenne, bimestre pro cælesti, perenni, bimestri legũtur
15. Met. — *specie cæleste resumpta.*
3. Fast. *Amne perenne latens. Anna Perenna vocor.*
& 6. *Extaq; de porca cruda bimestre tenet.*
Gausape, Cære, Nepete, & ut arbitror, Præneste, Soracte, Reate non declinã tur in casus. Plin. lib 8. cap. 48. Tunica laticlaui in modum gausape texi nunc primũ incœpit. Liu. 1. ab Vrb. Qui Cere opulẽto tum oppido imperitãs. Cære, ut vides, dandi est casus, nam si inclinaretur in casus, Cæri, aut Cæreti non Cære esset. Idem 3. bell. Pun. Statua eius indicio fuit Præneste in foro statuta. Ibidem 5. Reate saxum ingens visum uolitare. Ibid. 8. Cære porcus biceps, & agnus mas, idemq; fœmina natus erat. Quædam apud priscos diuersi generis fuerunt: nam apud Plaut. Rud. vuidum retem, & Casin. Intra presepes suas, leges: & apud Plin. lib. 7. c. 2. & lib. 31. c. 2. Soractem inuenies: vnde & ablatiuus rete, præsepe, Soracte fieri potuit. Nihil causæ est, cur Degener, & Vber excipiantur è numero adiectiuorum, quæ e, vel i, faciunt.
Lucan 4. *Si me degeneri strauissent facta sub hoste.*
Curt. lib. 3. vberi, & pingui solo. Pugili per i, quod à recentiorib. additur non dum inueni. Vigil, & artifex, vt adiectiui interdum speciem præseferunt, ita etiam pugili, & artifici interim faciunt.
Stat. 1. Achil. *Aspicit intentum, vigiliq; hæc aure trahentem.*
Ibidem, *Qualiter artifici victuræ pollice ceræ Accipiunt formas.*
Apud priscos nomina is, syllaba finita, quæ genitiuum habent æqualem nominatiuo, tum e, tum i, ablatiuo faciebant. Varro 2. de Analog. Nam sine reperhensione vulgo alij dicunt in singulari hac oui, & aui: alij hac oue, & aue. vnde multa à Prisciano, & ab alijs huius generis commemorantur, amnis, anguis, auis, ciuis, classis finis, ignis, nepotis, postis, strigilis, vectis, vnguis, ex quibus selegimus, quæ uisa sunt magis vsitata. Liuius 8. bel. Pun. Superato Bate amni. Idem lib. 7. ad Vrb. Omnia ferro, igniq; vastata. Cic. ad Att. lib. 7. Maximo imbri Capuam veni. Idem in Frument. & de Signis. Credo priscos etiam imbris nominatiuo dixisse: vnde Cato de Sacrificio commisso apud Priscian. lib. 6. Mense Octobri fecimus, Nouembris reliquus erat. Nouembris dixit pro Nouember: hæc enim September, October, Nouember, December ex Imber sunt cõposita. Idẽ Cic. 6. Ver. In instrumento, ac suppellectili C. Verris. Paulò ante diximus priscos supellectilis dixiße nominãdi casu, Terent. Eunuch.
— *in medium huc agmen cum uecti Dorax. Fini crebrum est apud Gelliũ lib. 13. c. 19. & li. 1. c. 3. & li. 7. c. 3. Mugili si modo titulis capitum babenda est fides, nam est apud Plinium li. 9. cap. 17. à nominatiuo Mugilis est. Fusti nõ placet, quia nec liber Taciti signatur, nec Apuleius inter idoneos testes numeratur. Nepti à Grãmaticis numeratur sine testimonio. Ciui probat Priscianus ex 4. Verr. Quod Siculus à ciui Romano ciuis Romanus dat, & paulò inferius.*

Quod

Quod ciuis, cum ciui ageret. Sic dicit codices veteres habere, sed fuisse quorundã imperitia corruptos: nunc in correctissimis ciue per e, inuenio. Anguis, auis, vnguis apud Horatium, sed in extremo versu, ubi etiã angue, aue, ungue locũ habẽt, inuenies. Posti apud Ouid. etiam in extremo uersu 5. Meta. Classi apud Virg. 8. Aduectum Aeneam classi, uictosq́, penateis. Inferre.
Victrix quo iure habet uictricia, eodem habet uictrici.
Lucan. 1. In sua uictrici conuersum uiscera dextra.
Vltrici etiam dicetur, quia habet ultricia: Cætera, Trix, syllaba finita nõ uidẽtur ablatiuo casu, i, terminari. Substãtiua is, syllaba finita, quæ adiectiuis sunt similia, i, faciũt. Cic. ad Att. 12. Scriptũ est in tuo annali. Idem in Brut. Ennius in nono annali. Bipenni. Vir. 2. Aen. Ipse inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit. Suetõ. in Tyb. c. 72. Triremi usque ad proximos Naumachiæ hortos subuectus est. Cic. 7. Verr. Egredi ẽ Cẽturipina quadriremi Cleomenes è portu. Idẽ 6. Certos homines in quinqueremi misisse, qui eos dẽtes reportarent Idẽ 1. de Orat. Ita si de re militari dicendũ huic erit Sulpitio, quæret à C. Mario, affini nostro. Idem ad Q. Fr. lib. 3. ò dij, quàm ineptus, quàm se ipse amãs sine riuali. Idem 2. Orat. Me pro meo sodali, qui mihi in liberùm loco more maiorum esse deberet, &c. Plinius li. 2. ad Priscum, sodale dixit, Quid enim aut illo fidelius amico, aut sodale iucundius? Plin. lib. 7. c. 48. Quæ producta fuerat tirocynio à M. Pomponio Aedili plebis. Lucanus tamẽ à Natalis Natale dixit lib. 7. — gentes Marsille futuras
Obruet, & populos, æui uenientis in orbem Erepto natale feret.
& Cæsar 2. bel. Ciui. appulsaq́, ad proximum litus trireme cõstrata, & in litore relicta, &c. Virg. 1. Aen. — leuat ipse tridenti, Et uastas aperit Syrteis.
Ouid. 1. Metã. Ipse tridente suo terrã percussit, &c. Propria, cuiuscunque sint positionis adiectiuis similia, e, litera terminantur. Cic. pro Fundanio, Non modo hoc à Iulio Annale, sed uix me hercle, à Q. Mutone factũ probari potest. Quidam existimauit Annale hic esse appellatiuum, atque ita hoc exemplo probat annalis appellatiuum nomẽ facere ablatiuo annale. Idem pro Planco Confiteor summa in Lateranense ornamenta esse.
Martial. Cum Iuuenale meo quid me committere tentas? Plin. lib. 9 c. 8. Velocissimum omnium animalium non solum marinorum est delphinus, ocyor uolucre, ocyor telo. Rudis uirga, qua emeriti gladiatores donabantur.
Hora. 1. Ep. Spectatum satis, & donatum iam rude, quæris
Mecœnas iterum antiquo includere ludo. Verrius Flaccus, qui ab Augusto sestertia cẽtena in annũ accepit, ut eius nepotes doceret, aiebat ut Carisius li. 1. docet, nomina literis N, & S finita casu ablatiuo e, litera terminari. Inuenies tamẽ nõnulla, i, litera finita. Ci. 3. de Orat. Ex ingenti quodã Oratorem, immensoq́, campo in exiguum sane gyrũ cõpellitis. Liu. 4. ab Vrb. Pro ingenti itaq; uictoria id fuit plebi. Idẽ 5. Hi Cõsules magnos facere ludos, quos

M. Furius Dictator vouerat Veienti bello. Cesar lib. 3. bel. Ciu. Qui cum essent ex continenti visi. Continenti etiã apud alios autores per i, sæpissime leges. Cic. pro Muræn. Itaq; non ex sermone hominũ recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Sæpe Cicero hoc modo loquitur, recenti memoria, recenti negotio, recenti inuidia. Idem 2. de Orat. In quibus potest inflammari animus iudicis acri, & vehementi quadã incitatione. Gell. lib. 7. ca. 3. Fuit homo ingenio eleganti. Autor ad Heren. lib. 1. Imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, vt aliquorum similes in dicendo esse velimus. Participia vt autorum vsus, & Seruius in Donatum docet, e litera finiuntur: leguntur etiã per i, maxime cũ fiunt nomina. Cic. pro Archia, Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, &c. Idem ad Att. lib. 2. Interea quidẽ cũ Musis nos delectabimus animo æquo, imò verò etiã gaudenti, & libenti. Cõparatiuorũ ablatiuus passim apud Ciceronẽ, Quintilianũ, aliosq́; autores in i, literã exit cũ substantiuis omnis generis, pro Cæcin. Potuisti. n. leuiore actione confligere. Ibidem, Potuisti ad tuũ ius faciliore, & commodiore iudicio peruenire. Idem 2. de Orat. Leuiore quodam sono usus est. In i, uero rarius exit. Cæsar. 2. bel. Ciu. Maiori cum fiducia ad alterã turrem, aggeremq́; eruptione pugnarũt. Plin. lib. 2. cap. 4. At cinereus posteriori parte candicans, lætior. Quintil. proœm. lib. 12. Quare nunc quoq; licet maiori, quam unquam mole premor, tamen, &c. Hæc ut uides, cum genere fœminino iunguntur, quod obiter notabis, sunt enim qui id prohibent. Poetæ ablatiuo i, finito sæpius utuntur, inuenies exempla apud Priscian. lib. 7. Pręcipiunt Grammatici dicendum esse Consortum, exortum: item composita ex uerbo capio etiã in um, exire, ut participium; quæ uero ex caput componũtur in ium, ut anceps, ancipitiũ: nisi imminuantur, ut ancipitum: sed nullis id exemplis confirmãt. Nihil sine idoneis testibus præcipias. Genitiuo multitudinis Panũ dixit Verrius Flaccus teste Carisio eodem lib. Liu. 2. ab Vrb. Plus cladium: quã intulerant, acceperunt. Diœcesis, Syrtis, Gręca sunt à diœcesi, Syrti, inde diœcesium. Cic. ad Att. li. 5. Tu autẽ sępe dare tabellarijs publicanorum poteris per magistros scripturæ, & portus nostrarum diœcesium. Idem Appio pulcro lib. 3. Famil. ut me omnium illarum diœcesum, &c. Samnitium Liu. 7. ab Vrb. Vsq; ad nos contẽptus Samnitiũ peruenit: ubi frequentissimus est hic genitiuus. Idẽ 1. bel. Pun. Itaq; ingens coacta uis nauiũ est, lintriumq́;, &c. Cæs. 6. bel. Gal. Præsidiũ cohortiũ duodecim põtis tuẽdi causa ponit. Idẽ 2. bel. Ciuil. Consensisse Gaditanos principes cũ Tribunis cohortiũ. Sallust. Iugur. Magna uis utriũ effecta est. Plin. li. 9. ca. 50. Pisces attritu uẽtrium, &c. Penatiũ Liu. li. 5. dec. 5. Aedes deorum Penatium in Velia de cælo tacta erat. Sic Cicero frequẽter. Carnium à præceptione non recedit, nam & carnis nominatiuo dicitur apud Liuiũ, sicut & Penatis apud Priscos. Vide Priscian. lib. 6. & 7. Quædã modo in ium, modo in um exire solent, ut paludium, paludum: fornacium, fornacum. Colum. li. 3. c. 9.

Ex limo

GENITIVVS GRAECVS.

Genitiuus Græcus exit in cor, hoc est, on, per o, magnum, vt epigrammaton, hæyeseon.

DATIVVS PLVRALIS.

Datiuus in Ibus, exit, vt sermonibus, Bos, tamen bobus, aut bubus facit.

Græca à neutris in a, in is, syllabam frequentius exeunt, vt peripetasmatis, emblematis, poematis, & poematibus, diplomatis, diplomatibus.

ACCVSATIVVS PLVRALIS.

Accusatius multitudinis in es, syllabam exit, vt sermones: exit & in is, vel eis, cum genitiuus certorum nominum desinit in ium, vt omnis, vrbis, vel omneis, vrbeis: vter alteri sit præferendus iudicabunt aures.

CASVS PLVRALES.

Casus plurales nominandi, accusandi, & vocandi neutri generis in a, desinunt, si ablatiuus in e, tantū exit, vt tempora: Sin verò i, aut e, vel i, terminetur, tunc in ia, desinent, vt vectigalia, ingentia.

Præter comparatiua, Vetus, Plus, quæ in a, exeunt, maiora, vetera, plura. Aplustre aplustria, & aplaustra facit.

GRAECVS ACCVSATIVVS.

Accusatiuus Græcus in as, definit, vt delphinas, Troas, crateras. Virg. Eclog. 8. Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.

Celsus, vt ait Priscianus lib. 7. arbitratur datiuos Græcos is, syllaba finitos esse à nominatiuis in um, peripetasmatum, emblematum. Cic. in lib. de Signis. Nunc de peripetasmatis, quemadmodum te expedias, nō habes. Idem in eodem, Scaphia cum emblematis. Autor ad Heren. In tot poematibus, & orationib. sparsas. Cic. 3. Off. quod in poematibus, & picturis vsu venit. Suet. in Tito. cap. 3. armorum, & equitandi peritissimus, Latinæ, Græcæq; linguę, vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus. Idē in August. cap. 50. In diplomatibus, libellisque, & epistolis signandis initio sphinge vsus est.

Non omniū quorū genitiuus pluralis exit in ium, accusatiuus pluralis desinit in is, sed, vt Priscianus docet lib. 7. quæ genitiuum habent similē nominatiuo, vt omnis, dulcis, nauis, turris: & quæ pluraliter tantum declinantur, vt manes manium, tres trium. Itē, Er, syllaba finita, quorum ablatiuus exit in i, vt acer, saluber, imber, december: pręterea quæ in NS, RS, desinunt, ut fons, ingens, pars, vrbs, alia verò raro accusandi casu plurali in is, vel eis exeunt. Legimus, & pluris, compluris, litis. Meminit etiam Varro 2. de Analog. huius accusatiui, in accusandi casu (inquit) hos mōtes, fontes, & hos montis, fontis. Gellius lib. 13. c. 19. ait fuisse Probum à quodā interrogatū, Has ne vrbis, an has

bus vrbes, dici oporteret, respondisseq́, si aut versum pangis, aut solutam orationem struis, atq; ea verba dicenda sunt, non finitiones illas prærancidas, neq; fecutinas Grãmaticas spectaueris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco cõueniat dicere: quod illa suaserit, id profecto erit rectissimũ. lege cætera si vacat, sunt enim plena eruditione. Sardis semper per i, scribitur nominandi, accusandi, et vocandi casibus, scribitur enim apud Græcos non per ει, sed per i, σάρδις, inde σάρδις, vt πόλεις, πόλεις. uide Magnũ Etymol. Tralleis, Syrteis, Alpeis iisdẽ casib. per i, uel ei, scribi possunt, nã apud Grçcos per diphthõgũ ει scribũtur. Capito cõtendit pluria, nõ plura dicẽdũ apud Gell. li. 5. c. 21. unde apud Ter. Phor. Cõpluria more ueterũ legitur, & apud Cic. in Protagora, confirmãdi genera complura. Silius li. 10. Et transtra, & mali, laceroq; aplustria bello, Cic. in Arato. Nauibus assumptis fluitãtia quærere aplustra.

QVARTA DECLINATIO.

Genitiuus singularis quartę declinationis exit in us, syllabam; vt Senatus, anus. Prisci Senatuis, anuis dicebant: apud quos etiam i, litera hic casus terminabatur, vt ornati, tumulti, vnde Terent. more prisco, Eius anuis casus, dixit. & Nihil ornati, nihil tumulti,

Datiuus in ui exit, ut Senatui, anui, priscis seculis etiam in u, exibat: unde Virg. 1. Aen. Parce metu Cytherea.

Datiuus multitudinis in ibus, exit, vt sensibus.

EXCEPTIO.

Arcus, artus, lacus, partus, specus, tribus in vbus, exeũt, lacubus, specubus, tribubus. Portus in ibus, & vbus. Quæstibus, à quæror multò usitatius est, quàm quæstubus.

De interrogandi, & dandi casu quartæ declinationis, quibus ueteres usi sunt, scribit Gellius li. 4. c. 16. M. Varronẽ, inquit, & P. Nigidiũ uiros Romani generis doctissimos cõperimus non aliter locutos esse, & scripsisse, quã Senatuis, & Domuis, & Fluctuis, qui est patrius casus, ab eo, quod est senatus, domus, & fluctus, huic senatui, domui, & fluctui, cæteraq; his cõsimilia pariter dixisse. Paulò inferius, Sed nõ omnes cõcedunt in casu datiuo Senatui magis dicendũ, quã Senatu, sicut Lucil. in eodẽ casu Victu, & Anu dicit, non Victui, & Anui. affert eodẽ capite unũ, atq; alterũ Cæsaris exẽplum: præterea Cæsarem ipsum in libris de Analogia docuisse dandi casum sine i, litera scribendum esse. Lege integrum caput, est enim pereruditum.

Ter. Heaut. Eius anuis causa opinor, quæ erat mortua.

Idem Andr. — in ædibus Nihil ornati, nihil tumulti.

Apud Priscianum lib. 6. & Non. Marcellum De mutata de cli. inuenies

quam-

quamplurima huius generis. Priscianus hæc quæ hic numerauimus tãtũ dicit exire in, vbus: Diomedes quatuor posuit partubus, artubus, arcubus, tribubus. Cicero portubus, & portibus solet dicere. 5. Verr. Quarum vna est ea, quã dixi, insula, quæ duobus portubus cincta, &c. Idem pro lege Man. Equidẽ existimo in eiusmodi regione, atq; prouincia, quæ mari cincta, portibus distincta &c. Cæsar. 3. bel. Ciui. Hæc à custodib. classi loca maximè vacabant, q; se longis portibus committere non auderent. Addunt recẽtiores acubus, ficubus, quercubus, quæ nusquã esse arbitror, Nec acibus, ficibus, quercibus dixerim; sed ficis tantum siue de arbore, siue de fructu sit sermo; nam ficus fici, secundę declinationis, vtrunq; significat. De Verub. certant Grãmatici, sunt enim qui veribus per i, legendum censeant. apud Vergilium vbicunq; verubus per, u, literam legitur. Si verubus esset legendum, nũquam id tacuisset Priscianus. Carisius li. 1. in illo, Pars in frusta secant, veribusq; trementia figunt, per i, literã legit. Questibus, idest querelis sæpe reperitur.

Ver. 4. Geor. — mœstis latè loca questib. implet. Idẽ 9. Stat. 11. Theb. Senec. Hercu. Oetæo. Idẽ tamẽ Thyest. initio act. 2. dixit — questub. vanis agis Ira.

QVINTA DECLINATIO.

¶ Casus interrogandi singularis quintæ declinationis in ei, literas diuisas exit, vt diei: apud antiquos in es, siue e, exibat.

Vnde Verg. Libra dies, somniq; pares vbi fecerit horas. *Georg. 1.*

& Ouid. Prima fide, uocisq; ratæ tentamina sumpsit. *Met. 3.*

Exijt, & in duplex, ij. Verg. Munera, lætitiamq; dij, *Aen. 1.*

¶ Casus interrogandi, dandi, sextusq; multitudinis præter Rerũ, rebus, dierum diebus, inusitati sunt. Cicero non est ausus specierum speciebus dicere, non tamen negat posse Latinè dici.

¶ Est apud Gelliũ li. 9. caput 14. de triplici huius declinationis genitiuo, unde hæc exempla sumus mutuati. Ponit etiã duo Ciceronis pro P. Sestio. Equites verò daturos illius dies pœnas, & pro Sex. Roscio, Quorum nihil perniciẽ causa diuino consilio, sed vi ipsa, & magnitudine rerum factum putamus. Cæsar eodem c. lib. 2. de Analo. Huius die, & huius specie dicendum putat. Priscianus in illo Vergilij, Libra dies, legit Die. At Gellius ait in libro idiographo, manuque ipsius Vergilij scripto, Dies esse. Idem Gellius ait imperitiores Munera, lætitiamque Dei legere, cum ab ipso Vergilio Dij scriptum sit: adducitque Catonis Lucilij, Pacuuij, Cn. Martij exempla, in quibus famij, pernicij, progenij, acij, pro famei, (nam fames apud priscos quintæ declinationis fuit) pernicici, progenici, aciei. Progenij certè multo suauius est, quã progeniei. Vnde Quint. lib. 1. vbi contra eos disputat, qui Analogiæ pertinaciter adhærent, Nec plurimũ refert, inquit, nulla hæc, an prędura sint. Nã quid Progenies genitiuo singulari, quid spes plurali faciet? Quasi dicat, multo satius esse

his casibus carere, quam Progeniei, aut Sperũ dicere. Cicero in topicis maluit Formarum, Formis dicere, quã specierum, Speciebus. In diuisione, inquit, forma, quas Græci ἰδέας vocant: nostri, si qui hæc forte tractant, species appellãt: non pessimè id quidem, sed inutiliter ad mutãdos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latinè quidem dici possit, specierũ, & speciebus dicere, & sæpe his casibus vtendum est: at formis, & formarum velim. Quum utroque uerbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam.

SYNCOPE.

OMnium ferme declinationum interrogandi casus multitudinis interdum maximè à poetis imminuuntur: quam imminutionẽ Græci Syncopen vocant.

PRIMAE.

¶ Cœlicolum, Aeneadum, Ausonidum, Troiugenum, &c. pro cœlicolarum, Aeneadarum &c.

SECVNDAE.

¶ Liberum, nummum, sestertium, fabrum, deum, &c. pro liberorum, nummorum, &c.

TERTIAE.

¶ Cladum, cædum, veprum, cœlestum, agrestum, potentum, furentum, Macedum, pro cladium, cædium, veprium, cœlestium, agrestiũ, potentium, furentium, Macedonum; quæ, & alia eiusdem generis non facilè apud oratores reperientur.

I. APPENDIX.

¶ Genitiuus imminutus à nominibus substantiuis, as syllaba finitis vsitatior est, quam plenus, vt ciuitatum, quam ciuitatium.

II. APPENDIX.

¶ Quidam genitiui tum pleni, tum imminuti sunt vsitati, etiam apud oratores, vt apium, & apum: serpentium, & serpentum: Quiritium, & Quiritum: optimatium, & optimatum: locupletium, & locupletum.

QVARTAE.

¶ Currum, passum, pro curruum, passuum.

¶ Primæ declinationis nomina quę imminuũtur, aut sunt patronymica, vt Aeneades, Dardanides, Ausonides: aut cõposita ex uerbis, ut Cęlicola, Troiugena, Graiugena: exẽpla crebra sunt apud Vergiliũ, & alios poetas. Secũdæ declinationis nõ solũ substãtiua imminuũtur, vt sociũ, denariũ, diuum; sed etiã adiectiua vt meum, magnanimum, præcipuè quę distributiua appellãtur, vt quinum, senum, septenum, denum, idq; etiam apud oratores. 4. Verr. inuenies senum, septenum, denum. Pli. lib. 9. c. 30. In nostro mari loligines quinum cubitorum, sæpię binum. Nonius Marcellus de numeris, & casib. ait accusatiuũ sin-

singularem poni pro genitiuo plurali. Plaut. Persa. Pol deum virtutem dicam, & maiorum meum. Lucret. lib. 6.

Flammea tempestas Siculum dominata per agros. Terent. Hecy.

Prope iam remotum ab iniuria aduersarium. Varro de vita. P.R. lib. 4. Hortensius supra decem millia cadum hæredi reliquit, medimnum vini mille cadum. M.T. de Offic. lib. 3. An emat denaria, quod sit mille denarium. In his, & in alijs huius generis putat Nonius accusatiuum pro genitiuo poni. Idem videtur Quintiliano lib. 1. ca. 6. significare, vbi reprehendit quosdam analogiæ nimium tenaces, aut certè de eorum sententia loquitur. Idē, inquit, Centum millia nummum, & Fidem deum, ostendant duplices solœcismos esse, quando & casum mutant, & numerum. Mirum est id in mētem venisse Nonio, cum eodem loco ex Accio hoc exemplum ponat.

Ab classe ad urbem tendunt, neque quisquam potest
Fulgentium armum armatus ardorem obtui: & ex Turpilio,
In Caliphonis nunc te misera liberum. Quis enim vnquam accusandi casu numero singulari vidit Armum, aut Liberum? Fortasse, inquies priscis temporibus hæc etiam numero singulari fuisse in vsu. Sit ita sanè. Cicero tamen in Oratore imminuta esse docet. Atque etiam, inquit à quibusdam serò iam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt: Nam Proh deū, atque hominum fidem: deorum aiunt: Ita credo, hoc illi nesciebant: an dabat hāc cōsuetudo licentiam? Itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat, Patris mei, meum factum pudet, pro meorum factorum, & Texitur exitium examen capiti, pro exitiorum. Non dicit liberum, vt pleriq; loquimur, cum cupidos liberum, aut In liberum loco, dicimus: sed vt isti volunt, Neque tuum vnquam in gremium extollas liberorum ex te genus.

& idem Namq; Aesculapij liberorum — At ille alter in Chryse nō solum.
Ciues antiqui amici maiorum meum, quod erat vsitatū, sed durius etiā
Consilium socij, augurium, atq; extum interpretes.

Idemq; pergit, Postquam prodigium horriferum portentum pauor.
quæ non sanè sunt in omnibus neutris vsitata. Nec enim dixerim tam libenter Armum iudicium, etsi est apud eundem.
Nihil ne ad te de iudicio armum accidit?
quam armorum. Iam vt Censoriæ tabulæ loquuntur, Fabrum, & procum audeo dicere, non fabrorum, & procorum. Planè Duorum virorum iudicium, aut Trium virorum capitalium, aut Decem virorum litibus iudicandis dico nunquam, atqui dixit Accius.

Video sepulchra dua duorum corporum.

Idemq; Mulier vna duum virum.

Quid verum sit intelligo: sed aliàs ita loquor, vt cōcessum est, vt hoc vel Proh deum dico, vel pro deorum: aliàs vt necesse est, cum Triumuirum, non virorū,

Anomala siue inæqualia.

ANomala, siue Inæqualia vocantur, quæ aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo alio attributo deficiunt.

Numero inæqualia.

¶ Quędã singulari numero tãtũ declinãtur, vt nemo, tutu, & pleraque eorũ, quæ metimur, aut põderamus, vt triticũ, oleũ, aurũ, ferrũ.

¶ Quædam plurali solum, vt Cani canorum, Penates penatium, Castra, Calendæ.

Genere inæqualia.

¶ Quædam singulari numero sunt masculina, plurali neutra, vt sibilus, sibila: balteus, baltea.

¶ Quædã singulari fęminina, plurali neutra, vt Carbasus, Carbasa.

¶ Quædam singulari neutra, plurali masculina, vt Argos, Argi, Argorum.

Declinatione inæqualia.

¶ Vas vasis singulari numero est tertiæ declinationis: plurali secundæ, ut uasa, vasorum, vasis.

¶ Iugerum iugeri contra numero singulari secundi est ordinis, plurali tertij, iugera iugerum, iugeribus. Interdum & iugeris genitiuo singulari, & iugere ablatiuo legitur.

Casu inæqualia.

¶ Quędam non declinantur in casus, vt frugi, nihili, Põdo, quod numerum pluralẽ tantũ habet, cũ librã significat: itẽ quatuor, quinq; & cætera, vsque ad centum, quæ aptota, siue monoptota appellantur.

¶ Quædam vocatiuo carent, cuiusmodi sunt Interrogatiua, vt quis, qualis. Relatiua, vt Qui, quæ, quod. Negatiua vt nemo, nullus. Partitiua pleraque, vt quidam, vllus, alius. Pronomina etiam, præter Tu, meus, noster, nostras, fermè vocandi casu destituuntur.

¶ Quædam nominandi, interrogandi, & accusandi casum tantum habent, vt tantundem, tantidem.

Quædam nominatiuum, & vocatiuum, vt Iupiter, expes.

Quædam obliquos tantum, vt Iouis, Ioui, Iouem, Ioue.

Quædam tres solùm obliquos, Opis, opem, ab ope,

Quædam duos, vt repetundarum, ab his repetundis.

Quędam unum ut inficias, sponte, natu.

De Analogia, & Anomalia.



Voniam de Analogia, quã proportionẽ pleriq;, Varro sæpius, ac ferè similitudinẽ appellat, & Anomalia, quã idẽ Varro dissimilitudinẽ vocat, à Grãmaticis sæpe mentio fit, non ab re fuerit pauca de vtraq; dicere. Analog. est similiũ similis declinatio. Anomalia est inæqualitas declinationũ, consuetudinẽ sequens: illa præceptis nititur, hæc cõsuetudine: illa attributorũ, accidẽtiumq́, partiũ orationis cõsensum, casuum que similẽ exitũ anxiè requirit, hæc nihil minus curat. Dicã apertius, Hęc Doctus, & Eruditus sunt analoga, siue analogica, et, vt loquamur Latinè cũ Varrone, similia, aut cũ Quintiliano, paria, nã exeũt in us, syllabã, oẽs casus, utrũque numerũ habent, eiusdẽ sunt generis, eiusdẽ figuræ, eiusdẽ speciei, eiusdẽ declinationis, ex utroq; deducũtur cõparatiua, & superlatiua, aduerbia eiusdẽ exitus Docte, Erudite. Lupus, & lepus prima specie similia vidẽtur, sunt. n. positione, qualitate, figura, specie, numero paria; declinatione tamẽ dissimilia, & deriuatione quia à lupo fit lupa, à lepus nõ fit lepa. Itẽ genere, quia lepus epicęnũ est, lupus masculinũ. Analogia deprehẽdimus genus, & declinationẽ, vt si interrogeris sit ne Funis masculinũ, an fœmininũ: Respõdebis esse masculinũ ꝙ Panis ei simile sit masculinũ. Itẽ si rogeris, Dicẽdũ ne sit casu ablatiuo Vectigale, an uectigali: respõdebis Vectigali, ut animali, ꝙ ei simile est. Si quis pterea ex te q̃rat, Cuius generis sit ignis, funis, dices masculini, igniculus. n. & funiculus inde deducta ostẽdũt esse masculina: nauis uero, & febris dices esse fœminina, nã nauicula, febricula fœminina sũt. Itaq; analogia incerta certis probat. Est tamẽ fallax, & captiosum argumẽtũ: sæpe. n. decipit. Multi tũ Gręci, tũ Latini de Analo. & Anomalia scripserũt, quorũ alij illã, alii hanc summa vi defenderũt. Qui anomaliã, dissimilitudinẽq́, tuẽtur, consuetudinẽ aiunt donari, neq; vllã esse obseruationẽ, similiũ, sicuti cũ dicimus lupus lupi, et lepus, leporis: fortitudo, fortitudinis: & unedo, unedonis: cuspis cuspidis: et puppis genitiuo puppis: habẽt. n. hæc in obliquis diuersos exitus, quãuis positione sint similia. Idẽ in uerbis docẽt, nã amo amaui, lauo laui, mico micui, iuuo iuui, do dedi cũ primæ sunt cõiugationis, præteritis tamẽ vehementer dissentiunt: Sic doceo docui, uideo uidi, suadeo suasi lugeo luxi. fleo fleui. Et verba Go finita uaria habẽt pterita pingo pinxi, pũgo pupugi, spargo sparsi. Vnde Quint. li. 1. c. 6. ait Analogiam non esse legẽ loquẽdi, sed obseruationem: adeo vt ipsam Analogiam nulla res alia fecerit, quam consuetudo. Contra, qui analogiã tuẽtur, multa congerunt similia, vt analogiã anomaliæ anteponẽdã esse doceant. Varro li. 8. de lingua Latina ad Ciceronẽ, qui liber non extat, docet nullã esse obseruationẽ similium, in omnibusq́, penè uerbis cõsuetudinẽ dominari ostẽdit. Lege Gellij li. 2. c. 25. de Analogia & Anomalia. Idẽ tamẽ Varro sex libros de analogia scripsit, quorũ nunc tres tantũ, ijq́, laceri, & mutili extant, in quibus,

bus,quę contra analogiã,quæ item contra anomaliã dicerentur;scripsit, suãq; sententiã exposuit,ac docuit,quę esset declinatio volũtaria,quę naturalis, quĭ nam esset analogiæ fundamẽtũ:definiuit quæ essent similia,quæ Dissimilia,tres analogiæ definitiones attribuit,à quo primã mutuatus est Gellius,qua ĕt pau lò ante usi sumus. Sed de analogia hactenus. Grãmatici multa anomala cõge rũt,quæ sine ulla iactura prætermitti possunt, maximè cũ multa cõtra eorũ præcepta apud idoneos autores legãtur. Itaq; putauimus anomalorũ genera vno,aut altero posito exemplo attingenda. Aptota hoc est, sine casib. monoptota,idest,quæ vnum tantum habent casum. Dicuntur aptota,quia,ut Diomedes inquit,à prima sui positione non cadunt. Monoptota uero, quia casus nominandi non differt à cęteris,nam dicimus homo frugi,hominis frugi,homini frugi,hominem frugi,ò homo frugi,ab homine frugi. Quę Donatus vocat aptota,idest,ut ipse definit 2. Edit. quę neq; per casus,neq; per numeros declinantur, eadẽ ipsa Probus appellat monoptota. Diomedes vero monoptota uocat, quæ,ut idẽ ait,per ablatiuũ tantummodo enũciãtur spõte. Prisc.li.5. ait aptota,esse propriè,quę nominatiuũ tantũ habent, qui plerũq; & vocatiuus inuenitur,vt Iupiter,& non accipitur etiam pro obliquis,nõ.n. Iupiter pro genitiuo,aut alijs obliquis accipitur. Monoptota uerò esse,quę pro omni casu una,eademq; terminatione funguntur,qualia sunt nomina literarũ, & numerorum à quatuor vsq; ad centum,in quib. fiunt casus nõ uocis,sed significationis. ibidẽ ait,antiquos aptota pro monoptotis, & cõtra monoptota pro aptotis posuisse. Idẽ diptota uocat nomina quæ duos diuersos casus tantũ habẽt,ut fors,forte:triptota,quę tres casus diuersos habẽt,qualia sunt neutra secundę declinationis numeri singularis:tetraptota,quę quatuor diuersos habẽt casus,ut puer pueri,puero,puerũ;pentaptota quę quinq; habent diuersos casus,ut Virgilius Virgilij,Virgilio,Virgilium,Virgili:Hexaptota,quę sex habent diuersos, vt Vnus,vnius,vni,vnum,vne,ab uno, Sic solus,solius &c. utrunque.n. uocatiuũ habet,ut ibidem ueterum testimonijs idem probat. Primam formam casualẽ appellat Probus Vnariam,Diomedes vnicam,vel simplicẽ; secundam ille Binariam,hic Bipartitam:tertiam uterq; ternariam:quartam Quaternariã: quintam Quinariam;sextam Senariam. Varro. 1. de Analog. Vocat nomina primę formę,quę vnum solum habent casum:tertię,quę tres. quartę,quę quatuor:quintę,quę quinque: sextę, quę sex. Idem li.2. casuum exitus appellat figuras. Dicunt,inquit, ipsi alia nomina quòd quinque habent figuras, quinque habere casus,&c. Sed neque in primo, neque secundo meminit secundę formę:nulla enim sunt apud Latinos nomina huius formę, nisi fortè sint anomala,ut Repetundarum, repetundis, fors, à fortè: hęc enim duas tantum habet figuras,siue casus diuersos,siue diuersos exitus terminationesq; casuũ. Nam quod Probus, & Diomedes aiunt, nomina singularia quartę declinationis, ut Cornu, genu huius esse formę, quòd vltima nominatiui, accusati-

ui, & vocatiui corripiatur, genitiui verò, datiui, & ablatiui producatur: non videtur satis esse ad constituendam formam binariam: cum eadem sit figura, idemq; exitus omnium casuum. Itaque potius ad primam formam hæc pertinent, cum vnum tantum habeant casum, vt more Varronis loquar, hoc est vnam figuram, terminationemq; omnib. casibus communem: in qua sententia est Nonius Marcellus DE MVTATA declinatione: vbi Gelu monoptoton appellat. Priscianus etiam li.5. Cornu, & id genus cætera monoptota vocat. Sit ne, u, breue nominandi, accusandi, atque vocandi casu, postea viderimus. Apud priscos vasum vasi, secundi ordinis fuit, vnde vasa uasorum. Cato apud Gellium li.13.c.22. Neque mihi ædificatio, neque vasum, neque vestimentum vllum est in manu pretiosum. Plau. Truc. Aut aliquod vasum argenteum. Mela.li.3.c.5. Plus iugeris spatio sublimis.

Tibul.li.2. Vt multo innumeram iugere pascat ouem.

Varro li.1.de Re rust.c.10. iugeris ablatiuo dixit pro iugerib. Non omnia partitiua vocandi casu carent, cur enim Omnis vocatiuo priuetur? Aliquis etiā in illo Verg.4. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor,

non video cur vocatiuus nō sit: item in illo Ciceronis, O nox illa, quæ tenebras attulisti: vocatiuè dictū videtur. Qui, inquit Probus, declinat, hic Iupiter, huius Iouis, potest et hic Phœbus, huius Apollinis: & hæc Minerua, huius Palladis declinare. Iouis apud priscos, vt Prisc.li.6. testimonijs eorum cōfirmat, etiam nominatiuo casu dicebatur. Spontis dixit Colu.li.9.c.4. Est enim satiua, & altera suæ spontis. Cels.li.1.c.1. Sanus homo, qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet. Quint.li.1.ca.6. meminit anomalorum, Cum illud, inquit etiam accidat, vt quædam pluraliter non dicantur, quædā contrà singulari numero, quædam casibus careant, quædam à primis statim positionibus tota mutentur, vt Iupiter. Quod verbis etiam accidit, vt Fero tuli: cuius præteritum perfectum, & vlterius non inuenitur. Nec plurimum refert, nulla hæc, an prædura sint. Nā quid progenies, genitiuo singulari, quid spes plurali faciet? Lege Gellium lib.19.c.8. vbi multa dicuntur de anomalis ex libris de Analogia C. Cæsaris.



DE VERBORVM PRAETERITIS, ET SVPINIS.

SImplicium leges ferme coniuncta sequuntur. *Vt lego, perlego,*
Hinc pauca excipiam, memori quæ mente repones.



N verborum copulatione, aut verbum, & præpositio manent integra, vt concurro, adiungo: aut vtrunque corrumpitur, ut colligo, allido; aut præpositio manet integra corrupto verbo, vt excido, deprimo: aut contrà verbũ manet integrum, corrupta præpositione, vt colludo, compono. Qua de re agit Diomedes li. 1. Donatus. 2. Editione. Priscian. lib. 8. illi bipartitam aiunt esse uerbi figuram, sunt enim uerba aut simplicia, aut composita: hic addit Decomposita uerba, quæ nimirum ex uerbis iam compositis rursus componuntur, ut repercutio. subinuideo. Cicero in Oratore, Quintilianus lib. 1. cap. 7. Gellius lib. 2. cap. 17. nonnulla etiam de hac compositione scripserunt. Primò quanta maxima potero breuitate dicam de uerbis, quæ in compositione corrumpuntur, deinde de ipsis præpositionibus.

A in E, mutant.

Composita ex uerbis damno, halo, lacto, mando, patro, sacro, tracto, arceo, carpo, fallo, farcio, gradior, pario, patior, partio, scando, spargo, ut condemno, anhelo, delecto, commendo, impetro &c. pauca admodum retinent, a, ut exhalo, ex partio fit impartio, & impertio, à tracto pertracto, retracto, sed hæc, & alia id genus, usu discenda sunt.

A, in I, quæ fiunt ex uerbis.

Amico, ut inimico, & inimicor, aris: maneo adiũctis præpositionibus E, In, Præ, Pro; taceo, placeo, habeo, lateo, fateor, & ex Lacio uerbo prisco cõposita, ut allicio, elicio, iacio, facio, sapio, rapio, capio, cado, ago, frango, tango, pango, cano, salio, statuo. Excipe complaceo, perplaceo, perago, circumago, satago, dego, cogo, repango, & composita ex Facio si ex uerbis componantur, ut tepefacio, calefacio.

A, in

A, in V, quæ ex verbis.

Quatio, salto, calco, scalpo, ut excutio, insulto, inculco, insculpo, & unum ex capio, occupo, as, si Gramaticis habenda est fides, nã Occipio à capio fit: occupo uidetur potius ex uerbo obsoleto cupo cõpositum. Diomed. li. 1. docet scalpo, nõ sculpo dicendũ esse, gemmã scalptã non sculptã, adiecta tamẽ præpositione insculpo, & insculptã gemmam dicendum esse. Phocas tamen, & scalpo, & sculpo posuit inter verba, quorũ præterita exeunt in psi. Prisc. li. 10. tum scalptum, tum sculptum à præteritis scalpsi, & sculpsi posuit.

E, in I, quæ ex verbis

Teneo, sedeo, rego, lego, is, emo, premo, specio verbo prisco, vt aspicio. Excipe relego, & perlego, & coemo.

V, in E breue mutant.

Deiero, peiero, à iuro. Deiuro apud Plautum aliquoties reperitur: periuro nõ solum apud eundem, sed etiam apud Horatium 2. Serm. saty. 3. — quare
Si quid vis satis est, periuras, surripis, aufers Vndique. & apud Ouid. periuratos Deos: cætera semper u, simplicis retinent, vt adiuro, coniuro.

Nonnullæ diphthongi etiam in vocales migrant.

AE in I longum mutant.

¶ Quæ fiunt ex verbis cędo, lædo, quęro, vt concido, allido, exquiro.

AV, in O, quę ex verbo.

¶ Plaudo, vt explodo, cõplodo, supplodo. Excipe applaudo. Plodo apud priscos pro plaudo dicebatur, vide Diomedem lib. 1.

AV, in V, quæ ex claudo, vt

¶ Excludo, concludo: vel fiunt à cludo, nam vtroque modo dicitur.

AV, in E, longum vnum mutat

Compositum ex verbo audio, Obedio.

¶ composita, quæ mutant, a, in i, siue e, in supino habent e, vt iacio reijcio reiectum, spargo conspergo conspersum. Excipiuntur Go syllaba finita, quæ, a, simplicis seruant, vt ago, frango, tango, vt enim dicimus actum, sic exigo exactum: vt fractum, ita effractum. A, etiam retinent composita ex cado, vt recasum, incasum. Composita tamen ex habeo, i, habent in supino, vt exhibitum: ex salio, & statuo, u, vt insultum, cõstitutum. Sapio, & eius composita non videntur habere supina. Hæc præceptio his tribus versiculis continetur,

Simplicis, A, retinent tum Go finita supini,
Tum cado. quæ gignit; reliquis, E, contulit vsus.
Hinc habeo, salio, statuoq; auferre memento:

Quos si volet explicabit præceptor, postquam de præteritis, & supinis omnium uerborum egerit.

Ex præpositionibus quædā interdum partem sui amittunt, Con, n. sequente vocali, literam, n, abijcit, vt coemo, cohæreo, coopto, cogo, in quorum postremo etiā, a, verbi simplicis extritū est, ago, vel potius, o, & , a, in, o, longū coaluerūt. Quidā ex recentioribus hic præpositionē, Cum, esse putat non Con, & literam, m, cum vocali præcedente fuisse extritam. Verum lib. 1. ca. 7. Con esse docet, non Cum. Frequenter autem, inquit, præpositiones quoque copulatio ista corrumpit, inde abstulit, aufugit, amisit. cum præpositio sit Ab sola; & coit, cum sit præpositio Con: sic Ignaui, & Erepti. Idem cap. 6. Inhærent tamen quidā molestissima diligentiæ peruersitate, vt Audaciter potius dicant, quàm Audacter, licet omnes oratores aliud sequantur: & emicauit, non emicuit, & conire, non coire. Non dixit Quintilianus, vt uides, Cumire, sed Conire. Lege Gellium lib. 2. cap. 17. Ab, in Amitto, b, amisit, ut ex Quintiliano modò uidisti. Ob, in Omitto, Operio, eandem amisit. Ad, d, in Aperio, & in verbis quorum prima est, s, litera, ut aspiro, ascendo, asto. Quidam tamen maximè antiquarij malunt adspiro, adsto scribere. Trans, duas vltimas literas ferè abijcit, si uerbis adiungatur, quorum prima est d, vel, i, vel n, ut trado, traijcio, trano, legitur & trasduco, transiectus apud idoneos autores. Abs, in asporto b, abijcit, vt Prisc. lib. 2. docet.

Quædam literam aliquam asciscunt euphoniæ causa, sic Pro, & Re sequente uocali d, intercipiunt, vt prodeo, prodigo, redamo, redeo, redimo, redoleo. Am, b, ut amburo, ambio, ambigo.

Quarundā vltimæ cōsonātes fiunt similes primis verborum, quibus adhærent, sic Ad, mutat d, in c, f, g, l, n, p, r, s, t, ut accipio, afficio, aggredior, alludo, annumero, appono, arrodo, assideo, attingo. Ob, in b, c, f, g, p, vt obbibo, occuro, offundo, ogganio, oppono. Sub b, in c, f, g, m, p, r, ut succuro, sufficio, suggero, summitto, suppeto, surripio. In, & Con sequentibus l, n, r, in easdem migrant, vt illudo, innitor, irrideo, colligo, connecto, corripio. Interdum tamen maximè apud antiquarios reperiuntur integræ propositiones, vt adfero, adsideo, adnitor, adcresco, conrado, conloquor, inlicio. Sub, sequente, m, ferè manet integra, vt submitto, submoueo, submergo: quidam tamen malunt summitto scribere. In uerbo Agnosco d abijcitur, & in cognosco, n: vide Diomedē lib. 1. nam veteres gnosco, gnoui dicebant. Idem sentit Priscianus lib. 2. Est, inquit, quando N, principali syllabæ ante se assumit g, vt natus, gnatus, notus, gnotus, atque inde ignotus: nosco gnosco, noui gnoui. Idem tamen lib. 1. ait, N, mutari in G, vt ignosco, ignauus, ignotus, ignarus, ignominia, cognosco, cognitus. Sed sententiæ incertus subiungit, Potest tamen in quibusdam eorum etiam per concisionem adempta, n, videri, quia in simplicibus quoq; potest inueniri per adiectionem g, ut gnatus, gnarus. Quidā ex recentiorib. à uerbo γνώσκω, putat γνώσκω, gnosco factum. Fortasse videar tibi nimium grammaticus: audi de eadem re principem oratorum in Oratore, Noti, inquit, erant Naui, & Nari, quibus In

præponi

præponi oporteret, dulcius uisum est Ignoti, Ignaui, Ignari, dicere, quā, vt veritas postulabat. Quintilianus in eadem est sententia: lege locum, quem paulò antè attulimus. Sed redeamus ad reliquas præpositiones. Inter, si grammaticis credimus, r, mutauit in l, præposita uerbo Lego, intelligo quasi interlego: Per, adiecta verbo prisco Lacio genuit pellicio, qđ et perlicio aliquoties apud Liuiū legitˉ: unde perlecto, as frequētatiuū: itē pelluceo, qđ et perluceo dicitur.

Quædam vltimas consonantes mutant in diuersas ab ijs, quibus proponuntur, sic Con, in, præpositæ literis b, m, p, mutant, n, in m, vt combibo, committo, compono, imbibo, immitto, impono: Aliquando interponitur b, ut, comburo, Interdum, n, migrat in m, nulla harum trium literarum interposita, vt comedo. Ab, præposita uerbis fugio, & fero b, mutat in u, aufugio aufero: huius præpositionis meminit Cicero in Oratore.

Ex, præposita dictione incipienti à vocali, aut consonantibus, e, p, q, s, t, manet integra, ut exaro, exoro, excutio, expono, exquiro, exscribo, extenuo. Præposita f, in eandem ferè migrat, vt efficio, effundo: ante cæteras consonantes locum habet, E, vt educo, eludo, emitto, enarro, eripio, eruo, euebo, eijcio.

Dis, & di idem significant, ut inquit Prisc. lib. 14. vt Ab, & Abs. Dis præponitur uerbis incipientibus à literis, c, p, q, s, t, & I, consonante, ut discumbo, dispono, disquiro, dissoluo, dissideo, distrabo, disijcio, disiungo, reperitur apud Ciceronem, & dijungo ad Att. lib. 7. Redeamus domum: dijungere me ab illo nolo. & 2. Diuinat. Iumenta dijungere. Excipe dijudico. Dum verò literæ, f, præponitur, in eandem migrat, vt diffundo, diffido. Cæteris consonantibus præponitur Di, vt diduco, diligo, dimico, dinumero, dirigo, dirumpo. Terent. Adelp. Disrumpor ait, quo verbo vtuntur homines vehementer irati. vbi tamen Dirumpor, legunt quidam. Disraro est apud Columel. lib. 4. cap. 32.

Am præpositio Græca, facta .n. est ex ἀμφὶ, de qua in rudimētis egimus; cum dictionibus incipientibus à vocalibus, a, e, i, u præponitur b euphoniæ causa intercipit, ut ambages, ambesus, ambigo, amburo: cū verò cōsonantibus, b; q, mutat, m, in u, ut anhelo, anquiro: cū p, manet integra, ut amputo. Hactenus de uerborum cōpositione: neq; enim putaui eam vsui omnino cōmittendā qui quāuis sit optimus magister, à paucis tamen, ut par est, colitur, & à plerisq; in medio cursu deseritur. Deinceps de præteritis, supinisq́; agēdū est. Præteriti vocabulū sæpe inuenies apud Varronē, nonnūquā apud Qintil. lib. 1. ca. 6. Quia, inquit, prima positio pacifcor cum haberet naturā patiendi, faceret tēpore præterito pactus sum, eodem cap. Quod verbis etiā accidit, ut fero, tuli; cuius præteritum perfectū, & vlterius non inuenitur. Obiter locutionem notabis, Amo facit tēpore præterito amaui. Sic Probus de Catholicis uerborū solet loqui. Supini uocem nondū inueni apud Varronem, Quintilianum; Gelliū, & reliquos huius classis. Probus, Phocas, Diomedes de præteritis verborū tātum

tum egetũt. Priſcianus de vtriſq; copioſiſſimè. Quid ſupinum apud Probum, Phocam, Diomedẽ, Donatum ſignificet, inuenies in Supini tum declinatione, tum conſtructione.

Cum geminat primam ſimplex, compoſita priorem
Præteriti amittunt; præter præcurro, repungo.
Quæq; ſibi gignunt, ſto, do, cum poſcere, diſco.
Præteritis quæcunq; carent, ſpoliato ſupinis,
Vt gliſco, vergo, ferio, cum polleo, vado.
Ambigo, cum ſatago, quæſo, quibus hiſco, fatiſco,
Et furit, & mœret, tum aueo, tum ringor, & aio,
Et veſcor, liquor, medeor, reminiſcor adauge.

Vt tendo tetendi, extendo extendi.

Decurro, excurro, procurro, interdum primam geminant. Sueto. in Nerone cap. 11. Notiſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens per catadromum decucurrit. Liu. 1. ab Vrb. Quum plures igni, quam ferro armati excucurriſſent, cæde, incendioq; cuncta complent. Suet. in Galba, c. 18. Cumq; exterritus luce prima ad expiandum ſomnium, præmiſſis qui rem diuinam appararent, Tuſculum excucurriſſet, nihil inuenit, præter tepidam in ara fauillam. Liu. lib. 20. apud Priſcianum lib. 10. Etſi ferocius procucurriſſet. Repungo, vt placet Capro, apud Priſcianum eodem lib. cum ſignificat viciſſim pũgere, facit repupugi: cum vero ad rationes refertur, repunxi: neutrum adhuc, ſi bene memini apud veteres legi. Priſci Latini ſolebant popoſci, memordi, pepugi, cecurri, ſecunda litera per E, ſcribere more Græcorum, qui ſuum παρακείμενον hoc eſt, præteritum perfectum hoc modo augent, γράφω γέγραφα. M. Tullius, & C. Cæſar, vt Gellius inquit lib. 7. cap. 9. memordi, pepugi, ſpepondi dixerũt. Vergo verxi leges apud Diomedem lib. 1. & Verſi apud Probum de Cathol. verborum: ſed neutrum videtur eſſe in vſu. Vado non habet vaſi, quamuis habeant compoſita. Ambegi, ſategi, tunc vtare licet, cum apud idoneos autores legeris. Quæſo quæſiui fecit apud vetuſtiſſimos, quos antiquarius Salluſtius imitatus eſt. vide Priſcian. eodem lib. Furo prima poſitio iam exoleuit. Priſc. lib. 8. affirmat Inſio, & furo apud Varronem inueniri. à Mœreo, vnde mœror, mœrui debuit facere, ſed in vſu non eſt, inquit Priſcian. lib. 8. Mœſtus enim nomen eſt, cum dicimus mœſtus ſum, de quo etiam in 2 Coniug. dicemus. Aueo hic non ſalutare, ſed concupiſcere ſignificat. Probus in Catho. verborum docet. Aio faceret præterito Ai aiſti ait: apud D. Auguſtinum antiquitatis, ſcriptorumq; ueterum peritiſſimum aiunt reperiri ſecundam perſonam Aiſti, qua non uideo cur non utamur, prima tamen Ai prorſus uidetur exoleuiſſe. Liceor, & Opperior non carent præteritis. Cicer. 5. Verr. Herbitenſes quum uiderent ſi ad Aeſchrionem pretium rediſſet, ſe ad arbitrium libidinoſiſſimæ mulieris

lieris

literis spoliatum iri, liciti sunt vsque eò, quod efficere posse arbitrabantur. Terent. Phorm. Si non tum dedero unam præterea horam, ne oppertus sies? Apud Plautum reperitur etiam, Opperitus. Mostel.

Seni non otium erat; idsum opperitus.

Inquam, inquis, inquit (nã inquio inusitatum est, & illud Ciceronis 2. de Orat. quod affert Prisc. Attendere, & aucupari uerba oportebit; inquio, vt ea quę sunt frigidiora, vitemus, &c. legitur ex uetusto codice, inquo, & Diomedes lib. 1. docet Inquam esse primam personam indicatiui) hoc inquam uerbum secundam personam habet præteriti. Cic. in eodem. Tu uero inquisti molestus nõ eris. De uerbo, Nideo, nullam fecimus mentionem, quòd insolens uideatur, neque uideo cur renideo quod in usu est, non habeat renidui.

Insuper à verbo, seu nomine nata, tepesco.
Mitesco veluti, quorum de nomine lis est.
Aut certe capiunt à verbis vnde trahuntur.
Vt cænaturio, Adde quibus nomen vehemens meditatio fecit,
dicturio, Esurit excepto, Veterum monumenta reuolue.

Inchoatiua uerba, hoc est, quæ actionem quidem non incipientem, sed inchoatam ita significant, ut magis, ac magis increscat, si à uerbis fiant, ut refrigesco, incalesco, aut carent præteritis, aut certè à primogenijs ea mutuantur, ut refrixi, incalui. Sin à nominibus deducantur, prorsus uidentur præteritis destitui, ut ingrauesco, mitesco, herbesco, syluesco. Certant Grammatici de nomine horum uerborum, siquidem ueteres Inchoatiua, Iuniores partim Exercitatiua, partim Augmentatiua appellant. de quibus fusius in Rudimentis. Dicturio, empturio, & cætera, quæ meditatiua ueteres grammatici ab assidua, & uehementi meditatione sic appellarunt (quid enim aliud meditatur, quid cogitat aliud, qui esurit, cœnaturit, quam cibum, cœnamq́?) fere præterito carent. Duo parturio, nupturio uidentur parturiui, nupturiui, uel potius parturij, nupturij habuisse, sed desiderantur ueterum testimonia. Apuleius in Apolog. nupturisse dixit: qui licet interdum eleganter loquatur, non tamen inter classicos à doctis numeratur. Esurio etiam supinum habet, Terent. Heaut.

Modo liceat uiuere, est spes. Cl. quæ? S. nos esurituros satis.

Scaturio, ligurio, abligurio obligurio, non sunt meditatiua, cum diuersa sint, & significatione, & quãtitate. nam u, literam producunt, Horat. 1. Serm. saty. 3.

Tractauit culicem manibus, dum furta ligurit.

cum Meditatiua eandem corripiant esurit, parturit, cænaturit.

Pri-

Prima Coniugatio.

Præteritum primę facit aui, atumq; supinum, † Vt eneco, aui atũ & enecui enectũ.
Vt neco: nam necui nectum tibi † pignora seruant.
† At cubui, domui, crepui; vetuiq; supina † Cubo, domo, crepo, veto, tono, sono,
Dant in itum, vt cubitum: hæc tonui: sonuiq; sequuntur.
M, cubo cum recipit, tantum tibi tertia flectet: † Vt discubo, discubui, discubitum.
† Ast id præteritis expungitur, atq; supinis.

Neco apud priscos etiam necui fecit, Enn. apud Prisc. lib. 9.

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

Verisimile est habuisse supinum nectum, vnde est participium compositum enectus, Cic. 1. Tusc. Mento summo aquam attingens, siti enectus Tantalus. & ad Att. li. 6. Enecta fame, siti prouincia. Reperitur etiam enecatus, apud Plinium lib. 18. c. 13. Itaque eneco tum enecui, tum enecaui facit. Suet. in Illust. Grammat. de Lælio Præconino, In podagræ morbum incidit, cuius impatiens veneno sibi perunxit pedes, & enecuit ita, vt parte ea corporis quasi præmortui vixerit. Interneco internecui internectum. Cic. Philip. 14. Internecti nota testamenta credo subijciunt. Plaut. Amph.

Duello extincto maximo, atq; internectis hostibus.

non inueni internecatum; Cubo etiam cubaui interdum facit, vnde est Cubasse apud Quintil. lib. 8. cap. 2. Plin. lib. 11. cap. 16. de apibus, Nam nisi incubauere, fauos liuidos faciunt. Discrepo discrepaui. Cic. 2. de Orat. Nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepauit ab Antonij diuisione nostra partitio. Hora. de Arte poetica, discrepuit, dixit. Increpo cum significat reprehendere, vt quidam volunt, aui, facit, sed nullum citant testem, nam illud ex 2. lib. ad Q. Fr. Cato Pompeij in me perfidiam increpauit; locutio est ex Ciceronis loco deprompta, mutato tamen tempore. Nam Cicero lib. 2. epistola 3. sic scripsit, De me multa, me inuito, cum summa laude dixit, eum illius in me perfidiam increparet, auditus magno silentio maleuolorum. Malim increpui dicere. Plin. epist. 53. Summo die Saluius Liberalis reliquos legatos grauiter increpuit. Suenton. in Vespas. Voce etiam grauissima increpauit, Maluissem allium oboluisses.

Plaut. Amph. Totus timeo, ita me increpuit.

Liu. 2. bel. Mac. multis probris increpitũ, dixit Plin. lib. 28. cap. 12. Defricatis prius musculis, dixit, & li. 8. cap. 27. Pãtheras perfricata carne aconito barbari venãtur, & 26. cap. 8. Infricata Polemonia. & 29. cap. 3. de ouis agẽs, triduo incubata, & Horat. Epodon. Hyems intonata Eois fluctibus, Quæ loca argumento sunt, nõnulla ex ijs, quæ faciunt præterito, vi, fecisse aliquãdo etiã aui: vnde participia defricatus, intonatus. Laurẽtius præcipit futurũ in, Rus,

ver-

verborum primæ coniugationis, quorum supinum in itum, siue, ctum exit, fieri tanquam à supino in atum, vt cubaturus, domaturus, crepaturus, vetaturus, tonaturus, sonaturus, fricaturus, secaturus. Horat. 1. Serm. Saty. 4.

Magna sonaturum des nominis huius honorem.

Cic. ad Att. lib. 12. Quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. Colum. lib. 5. cap. 9. Supra quam ramum secaturus es. Item nomina verbalia, vt cubatio, edonatio, crepatio, vetatio, tonatio, sonatio, fricatio, non cubitio, domitio, frictio, & ita in cæteris. Sectio tamen, inquit, crebrius reperitur, quam secatio. Vergilius 4. Georg. Domiturus dixit.

— & durum Baccho domitura saporem. Frictio non rarò reperitur. Celsus lib. 1. In ipso quoque itinere frequens frictio, Plin. lib. 23. Frictiones inhibeat oculorum. Incubitio apud eundem lib. 10. cap. 54. Et Nonius Marcel. illud Senect. Bene enim maiores accubationem epularem amicorum quasi vitæ coniunctionem haberent, conuiuium nominarunt, accubitionem legit, non accubationem. Quare diligenter euoluendi sunt scriptores, nam & fricatio, & frictio, & fricatus, us, & incubatio, & incubitio, & incubatus, & incubitus dicitur: cubatus, us, & cubitus. Domitor, & sector, à domitus, sectus fiunt. Domatio, domitio non videntur vsitata, domitura vtitur Plinius, & Columel. Tonatio est apud Senecam 2. de Natur. quæst. Idem docet participia præteriti temporis fieri à supinis in itum, vel ctum, vt Domitus, vetitus, frictus, sectus: cæterum ex allatis exemplis apertum est, & in atus interdum exire, ut perfricatus, incubatus, &c. Quæ ex uerbo cubo componuntur, si literam m, admittunt, tertiæ sunt coniugationis, ut accumbo, decumbo, discumbo, incumbo, recumbo, occumbo, procumbo: quam rursus in præteritis, & supinis amittunt, ut accubui, accubitum. Non tamen, prout cuique libuerit, licet, m, literam addere, uel adimere, ut enim discumbo, succumbo semper eam retinent, ita excubo, secubo, supercubo eandem respuunt. Cætera & admittunt, & abijciunt: decumbo tamen, & procumbo rarissimè sine m, reperiuntur.

Mico. Dimicat aui atum: micui nil amplius optat.
Frico, seco. A fricui frictum; à secui deducito sectum.
Lauo. A laui lotum, aut lautum, nec sperne lauatum.
Ex lauo compositum, ceu diluo, tertia poscit.
Vt explico Potatum à poto, seu potum flectito. Iuui
Vt duplico A iuuo tantum, vel capies à prole supinum.
triplico. Dat plicui plicitum, compostum poscit vtrunq;.
Supplicat aui, atum, genitumq; ex nomine solum.

Dimicui semel, atque iterum inuenitur apud Ouidium. Emico emicui facit, ut sim-

simplex, Quintilianus lib. 1. cap. 6. reprehēdit quosdam, qui emicauit potius, quam emicuit dicebant. Senec. lib. de Consolat. ad Albinam, emicaturus ab emicaui fecit, Terrena, inquit, sunt pondera, quæ nō potest amare syncerus animus, ac naturæ suæ memor leuis ipse expers, & quādocunq; emissus fuerit ad summa emicaturus. Solinus cap. 66. Micaui dixit, Si repente micauerit coruscatio: sed hic autor non omnibus facit satis. Si rem accuratius velimus excutere, lauatū à præterito lauaui, quod iam exoleuit fit, lautū verò, &, au, mutata in, o, lotum à lauo, is, laui tertiæ coniug. factum est. Probus ait lauo, as, facere lauaui: lauo, is, laui. Sunt, qui lauatum nō libenter admitant, cum tamen eo idonei autores utantur. Terent. Eunuch. Abeunt lauatum. Ouid. 3. Fast.

Sacra lauaturus mane petebat aquas. Horat. 1. Serm. saty. 6.
Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum Admonuit.

Potus etiam actiuè accipitur. Cic. pro Mil. Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis. Idem Trebatio lib. 7. Itaq; & si domum bene potus, seroq; redieram, tamen illud caput, vbi hæc controuersia est, notaui. Iutum à iuuo non puto esse vsitatum, quare eius loco dicemus adiutum. Sal. in Iugur. Iuuaturū dixit à Iuuaui, sed vtrūq; priscū est: Ratus id quod res monebat, frequentiā negociorum, & commeatum iuuaturum exercitū. Plico, ut Phocas, & Diomedes veteres, et illustres grammatici docent plicui tantum facit, quod tamē nondum inueni; videtur etiam plicui aliquando fecisse, quantum ex compositis possumus coÿcere, nam applico, complico, explico, implico vtrunq; præteritum, & supinum habent: quorum applico cum ad nauigationem spectat, ferè applicaui facit: explico verò cum explanare significat, explicaui. Replico ferme replicatum habet, vnde suspicor præteritum replicaui vsitatius esse. Participia in, Rus. ferme à supinis in, atū, deducuntur, à cæteris rariùs. Ouid. 5. Fasto. Impliciturus dicit. Participia præteriti temporis in, atus, & itus exeunt; applicatus tamen, & complicatus frequentiora sunt, quam applicitus, complicitus: exemplis supersedeo, ne longior sim. Supplico, & quæ ex nomine componuntur, præterito, aui, supino atum contenta sunt, duplico, triplico, quadruplico, multiplico. Plin. 34. cap. 8. Primus hic multiplicasse varietatem videtur. Cæs. 5. bel. Gal. Itaq; æs alienum prouinciæ eo biennio multiplicatum est. Plin. lib. 7. cap. 48. Cornici nouem nostras attribuit ætates Hesiodus, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis. Plaut. Stich.

Iurisq; quadruplicauit rem meam.

Ex do compositum variabit tertia: Præter
Quæ venum, circum; pessumq; satisq; crearunt.
Do, dedit, atq; datum: verum didit omne ditumq;
Exigit vt tendo, trado, quod tertia flectit.
A sto flecte steti, statum: stiti at inde profecta,
Atq; stitum cupiunt, multò sed crebius atum.

Vt vendo, condo
Venundo, circundo, pessūdo, satisdo

Abscondo, vt docet Prisc. li. 10. abscondidi facit, ut reliqua ex do compositа, citatq; Plaut. in Carbon. Secundum ipsam arã aurum abscondidi. Sil. li. 8. — vitreisq; abscondidit antris. Nonius Marcel. idem sentit, citans enim priscos autores, qui abscondi vsi sunt, sic inquit, Abscondi, pro Abscõdidi Cęcil. Exule, Nã hic in tenebris se abscondit. Idẽ affert Põponij carmẽ, ubi est abscondisti. Seneca abscondi solet dicere. li 3. de Benef. Bello ciuili proscriptum dominum seruus abscondit. Idem lib. de Consol. ad Albinam, Nunquam more aliarum, quibus omnis commendatio ex forma petitur, tumescentem vterum abscondisti. Luca. li. 10. — laqueataq; tecta ferebant

Diuitias, Crassumq; trabes absconderat aurum. *Gell. lib. 17. c. 9. Epistolam scripsit super rebus arcanis hoc modo abscondisse. Caper nobilissimus grãmaticus abscondi, inquit, non absconsi, sic non absconsus, sed absconditus. Diomedes tamẽ li. 1. Abscõdor ait abscõsus; sed abscõditus melius est, quia simplex condor conditus. Itaq; abscondidi priscũ videtur. Quidã locum Plinij li. 8. c. 16. deprauatè afferunt, Velut deputans abscõsione turpitudinẽ. Cum apud Pli. sic legatur, vbi de leone loquitur, Idem ubi virgulta, syluasq; penetrauit, acerrimo cursu fertur, velut abscõdente turpitudinem loco. Statum, teste Prisciano li. 9. priorem producit, vnde Luc. li. 2.*

Ergo vbi concipiunt, quantis sit cladibus vrbi

Constatura fides superum. *inde tamen deriuata vt status, a, um stabilis, a, corripiunt. Composita ab eo, inquit idem, variè uetustissimi protulerunt, asto astitum, & astatum: præsto præstitum, & præstatũ. Aemilius Porcina in oratione, vt lex Aemilia abrogaretur, Tempore astiturum, atque petiturum me abesse. Brutus in ep. Occiso C. Cæsare postquam mare transiret, præstatum est. Hæc ille. Multo tamen frequentius participia in Rus, à supinis in atum fiunt.*

Mart. li. 12. Constatura fuit Megalensis purpura centum.

Pli. li 12. c. 22. Extatura etiamnum duabus gemmis. Quin. lib. 2. c. 12. Video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi. Brutus ad Cic. li. 11. fam. Vtrũque me præstaturum spero. Cicero ad Cæcin. li. 6. præstituros dixit, Eodem die tamen ad me reuerterunt, mihiq; hoc dederũt, vt esses in Sicilia, quoad uelles se præstituros, nihil ex eo te offensionis habiturum. Brutus Ciceroni in ep. ad Brutum; Vt non dubitem, quin se præstiturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis. Nexo, as, tanquã priscum & obsoletum prætermisi, cuius nec Phocas, nec Diomedes mentionem fecerunt: nec Priscianus docere potest nexui, nexum, à nexo esse, ex his locis Virgilij 5.

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Ibid. Qui primus nodos, & vincula linea rupit,

Queis innexa pedem malo pendebat ab alto. *hæc enim à verbo innecto, is, sunt: & idem Priscianus antea attulerat priorẽ locum, ut*

pro-

probaret necto, nexui facere. Virgilius participio Negantem eodem lib. vsus est. Quod si quis ægrè ferat verbum nexo hinc relegatum, hoc versiculo licet vtatur.

Nexuit, ac nexum, nexo genuisse putatur.

Quædam, quę modo sunt primę, fuerunt etiã tertię apud priscos, cuiusmodi sunt sono, is, lauo, is, sed sono iã exoleuit: Lauo tertię etiam Virgilius usus est 3. Aen. Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem.

Horat. 1. Serm. saty. 5. Ora, manusq; tua lauimus Feronia lympha: Nam si prętęritum à lauo eßet, produceretur prima. itaq; lauit, pro lauat, lauimus, pro lauamus posita sunt. inde infinitũ lauere, et paßiuũ laui, & alia id genus leges apud Nonium Marcel. De Mutatis coniugat. vbi ët sonit, resonit pro sonat, resonat inuenies. Prisc. li. 10. ait omnia primę coniug. quorum prętęritum exit in, vi, uocales diuisas, fuisse apud vetustißimos tertij ordinis. A cęno, & poto, vt docet Varro. li. 8. ad Cicer. de lingua Latina apud Gellium lib. 2. c. 25. etiam cænatus sum, & potus sum fiunt. Ego pransus sum, cænatus sum, potus sum hodie apud te: pro prandi, cœnaui, potaui, nondũ quod meminerim legi apud veteres: nam quod Ouid. dixit 3. Fast.

— senem potum pota trahebat anus. & Cicer. & ad Treb. li. 7. Itaq; et si domum bene potus, seroq; redieram, tamẽ &c. Idë pro Mil. Adde inscitiã pransi, poti, oscitantis ducis. Idẽ ad Att. li. 2. Cænato mihi, & iã dormitanti pridie cal. Maias epistola est illa reddita. Idem 1 de Diuinat. Qui cũ cænati quiescerẽt. Idẽ pro Deiota. Quum illa munera inspexisset cęnatus. Hora. 1. Serm. saty. 10. — amet scripsisse ducentos Ante cibum versus, totidem cęnatus. Pransus, cænatus, potus confecto prandio, cæna, potatione, siue à prãdio, cæna, potatione significant. Non. Marcel. Cænatus, Vt pransus, ut potus, vt lotus, idest confecta cæna. Iuro iuraui, & iuratus sum facit. Plau. Curcul.

Quod fui iuratus feci. Idem Rud. — num tu iuratus mihi es?
L. Iuratus sum, & nunc iurabo.

Secunda Coniugatio.

Altera præteritis dat vi: dat itumq; supinis,
Vt moneo, taceo: gignit, sed torreo tostum.
Sorbeo cum socijs dat vi, tamen absq; supino. *Vt absorbeo, exorbeo.*
A doceo doctum: à teneo deducito tentum.
Censeo fert censum: mistum tibi misceo donat.
Quod dat, vi, neutrum, timeoq; carento supinis. *Vt horreo, egeo.*
Poscit itum valeo, careo, placeoq; doletq;,
Et iaceo, caleo, noceo, cum pareo iunges.

Arcitum ab arceo non facilè inuenies, exerceo tamẽ, & coerceo ex eo composi-

posita exercitũ,coercitum habent,vnde participia exercitus, & coercitus: contra taceo,tacui tacitũ facit,cum reticeo,conciteo,supino careant. Sorbeo, sorbui facit. Pli.li. 22.c. 18. His qui coagulum lactis sorbuerint. Cic. in Brut. Sed hunc quoque absorbuit æstus,quidam non insolitæ adolescẽtib. gloriæ. Idẽ Phil. 2. Gustaras ciuilẽ sanguinem,vel potius exorbueras. Idẽ pro L. Muræ. Multorũ stultitiam perpessus est,arrogãtiam pertulit, difficultates exorbuit. Sorpsi,sorptũ fiunt à sorbo,is,verbo tertiæ coniug. vt à scribo scripsi, scriptũ, quod tamẽ Capro displicet; Nõ sorbo,inquit,sed sorbeo,nec sorpsi,sed sorbui; sic & absorbui,nõ absorsi,vt Lucanus. Probus de Cathol. verborum vbi de, Beo,syllaba finitis agit, Sorbeo inquit, sorbui,nam sorpsi barbarismus est. Idẽ tamẽ cum de, Bo,syllaba terminatis agit, Bo, inquit, terminata tertiæ correptæ,psi,vt nubo nupsi:aut bui,vt sorbo sorbui,quãuis & sorpsi lectũ sit: Hæc ille. Luca. li. 4. Absorpsit penitus rupes,& tecta ferarum. Illud Plinij, si tamẽ vsquam est, Et vernatio utilis erit, si postquam sorpta fuerit, deinde reijcitur: nusquam potui inuenire,neque qui locũ affert,libri,aut capitis meminit. Censio,is,censire apud uetustissimos fuit quartæ coniugationis, vnde censio nomẽ verbale,censitor etiam nunc extant: hinc compositum recensio,is,unde participium recensitus penultima longa: Claudian. in Eutropium li. 2.

Prisca recensitis euoluite secula fastis.

Suet. in Iul. Cæs. c. 41. Ex his qui recensiti non essent. Quidam adijciunt frendo,vi fresum,cum frendo verbum sit priscum,& tertiæ coniug. quod frangere significat. Pacuu. in Antiopa apud Noniũ, Fruges frendo solas,ac sic probo re. Accius Troad. Saxo fruges frendas. Festus, frendere est frangere, unde & faba fressa. Itaque frendo,is,facit frendi fressum, mutata est enim litera, n, in s,ut pando passum: pro pansum,frensum. Neutra secundi ordinis, quæ præterito faciunt,vi,rarò habent supinum. Pli. li. 17. ca. 21. Huius ferendi ratio dicetur,eadem valitura in omni genere: Senec. li. 1. de Benef. Quo facile caritu rus est. Quamuis Priscianus lib. 9. & 11. Cassum etiam,a careo fieri existimat; tamen in eodem 11. ubi de participijs agit, Quibusdam tamen, inquit, Cassus magis nomen esse videtur,ut lassus. Idem in eodem vbi de temporibus agit,affirmat esse nomen, Addunt, inquit, quidam etiam à careo cassus, quod si esset,deberet & cassurus facere futurum,non cariturus, quod Iuuen. in 2. Saty. protulit — tollere dulcem

Cogitat hæredem,cariturus turture magno.

ergo cassus magis est nomen,sicut lassus, & maximè cum vanum significat, vt cassa fraude parat. Hæc ille. Verg. 12.

Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta Tyranno
Haud placitura refer. Plinius ad Sparsum li. 8. Interim tamen tanquam placituram,& fortasse placebit,expecta. Liu. 9. Bel. Mac. Ignominia ne sua quenquam doliturum censeret? Stat. 7. Theb.

— ne-

— *vade diu populis promissa voluptas*
Elysiis, certè non perpessure Creontis
Imperia, haud vetito nudus iaciture sepulchro.

Ouid.13.Met. — *diesq́,*
Des mihi sacrificos, caliturasq́; ignibus aras.

Plaut. Mil. Iura te non nociturum esse hominem, de hac re, neminem. Cæs. 3. bel. Ciuil. Iureiurando accepto nihil eis nocituros, se Octacilio dediderunt. Senec. 2. de Benef. Sunt quædam nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare beneficium est. & paulò inferius, Sic ea, quæ nocitura sunt, &c. Apud Scęuolam, & Iabolenum iurisperitos reperitur Paritum esse conditioni, sententiæ. His coaleo addi potest. Tacit. lib. 15. Coalitam libertate irreuerentiam eo prorupisse frementibus. Idem 20. Si Alpes præsidijs firmentur, coalita libertate dispecturas Gallias, quem virium suarum terminum velint. Gel. lib. 12. cap. 1. Cuius in corpore, cuiusq́; ex sanguine concretus homo, & coalitus sit. Pateo patui supino caret: nam passum, quod Priscianus putat ex ipso verbo nasci, fit à pādo. A pateo lib. 9. inquit, quoque passus nascitur teste Virg. lib. 3.

Aen. *Et pater Anchises passis de littore palmis.*
Idem 2. — *passis Priameia virgo* *Crinibus.*

Phocas negat Pateo participium habere in Rus, quo pacto solet ille loqui, cū significat uerbū aliquod carere supino, etiam si de præteritis tātū egerit. Passus verò, à Pādor deducitur, Vt Virg. Crinibus Iliades passis. Diomedes lib. 1. etiā docet passus à pādor fieri, vnde Crinibus Iliades passis. Gellius lib. 15. c. 15. quā Prisc. à pateo deducit, à pando nasci docet. Ab eo, inquit, quod est pando, passum veteres dixerūt &c. & passis manibus, & velis passis dicimus, quod significat diductis, atq; distētis. Lateo caret supino: vide Prisc. li. 11.

Dant di, sum video: sedeo, cum prandeo; verum
S, geminat sessum: stridi nil postulat vltra. *Strideo.*
Mordeo præterito geminato flecte momordi,
Morsum: sic spondet, tondet, sic pendeo flectes.
Dat mansi, mansum: minui, sed præminet, optat, *Maneo.*
Prominet, Immineo, simul eminet absq; supino.
Hæreo dat si, sum, cum suadet, mulcet, & ardet,
Tergeo, cum mulget, ridet, sed torqueo tortum. *Iubeo.*
S, iussi, iussum geminant. Indulgeo si, tum.
Vrgeo, si, tantum, cum fulget, turget, & alget.
Luget fert luxi: iampridem quæro supinum.
Luceo duntaxat luxi, sic frigeo frixi.
Augeo præterito facit auxi, auctumq́; supino.

eo, veo. Eui etum, vieo, flet, net, cum deleo, quæq;
A pleo nascuntur, repleo ceu, suppleo, Complet.
o. Ciui sume citnin, quartæ, sed pignora redde.

Prandi vsitatissimũ est. Plaut. Menæh. Prandi in naui. Idem Pæn. Calidũ prandiũ prandisti. Cic. ad Att. lib. 5. Sed prandimus in Arcano. Pransus sum affert etiã Gellius ex Varrone li. 1. c. 25. quod nõdum, nisi me fallit memoria, legi apud veteres. Supra in extremo scholio in 1. coniug. ex Non. Marcel. diximus quid cœnatus, pransus, potus significat. Hesurus est apud Ouid. 3. de Trist. eleg. 4. Mulceo, & mulgeo consentiunt præteritis, & supinis. Verg. 3. Georg.

Quod surgente die mulsere, horisque diurnis,

Nocte premunt. Plin. lib. 10. cap. 40. Caprisq; cæcitas, quas ita mulsere, oboritur. Varro lib. 2. de Re rust. A mulgendo, atque ortu optimum est id, quod neque emunctum longe abest à mulso. Quidam vt Priscian. inquit libr. 9. differentiæ causa mulxi à mulgeo, dixerunt, sed nullum citant testem, Verisimile est mulxi, mulctum aliquando etiam fuiße, vnde mulctra, mulctrale dicta sunt. Sallustius lib. 4. Hist. referente eodem Prisciano, verbis permulcti, dixit à permulceo, quo participio vsus est etiam Gellius li. 1. c. 11. Phocas idem præteritum, hoc est, mulsi tribuit vtriq;. Diomedes mulxi uerbo mulgeo attribuit. Tergeo, es, secundi ordinis non semel apud idoneos autores reperitur. Cic. ad Q. Fr. lib. 2. Amabo te, aduola, consolabor te, & omnem abstergebo dolorem. Arsurus sæpe inuenitur.

Ouid. 14. Met. Luridaque arsuro portabat membra pheretro.

Idem 3. Fast. Portat & arsuris arida ligna focis.

Torsum à torqueo apud uetustissimos reperitur, sed iã exoleuit. Indulsum non facile inuenies, neq; grãmatici ullum testem citant. De Vrgeo, inquit Phocas; & turgeo ambigitur: sed quod attinet de urgeo Cicero ad Q. Frat. li. 3. epist. ultima de Gabinio loquẽs omnem sustulit dubitationem: Illum, inquit, neq; ursi, neque leuaui, testis uehemens fui. & Asinius Pollio ad Cic. lib. 10. Nec uerò minus Lepidus ursit me, & suis, & Antonij literis, ut legionem tricesimã mitterem sibi. Tursi confirmat Priscianus priscorum testimonijs. Enn. 9. Annal. Cyclopis uenter uelut olim turserat alti

Carnibus humanis distentus. Fulsum, & alsum inuenies apud Prisc. li. 10. Sed neminem citat. Alsum tamen uidetur aliquando in usu fuisse, unde Cicero alsius dixit ad Att. lib. 4. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. & ad Q. Fr. lib. 3. Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius. Luctum supinum à lugeo postulat ratio præteriti, sed autoritas deficit inquit Priscianus: quod idem de pollucco, polluxi verbo prisco ille sentit. Frigeo, vt ex composito refrigeo seu refrigesco intelligitur, frixi facit. Cic. Dolabel. li. 9. Ego, cætera qui animo æquo fero, unum uereor, ne hasta Cæsaris refrixerit. Idẽ sentit Priscianus li. 9. sed 11. sic scribit, Pleraque tamen neutrorum secundæ coniu-

coniugat. in vi diuisas desinentia, præterito deficiunt in supinis, vt horrui, rubui, egui, frigui, rigui: idem credo me legisse apud Donatum, sed nulla video Veterum testimonia. A pleo verbo absoleto multa fiunt, vt expleo, impleo. &c. Cetum à cieò priorem corripit, vt suo loco dicemus: addita præpositione fit quarti ordinis, vt accio, concio, excio, vide Diomed. lib. 1. conciere secundæ coniugationis legitur. Liu. 1. ab Vrb. Elatum domo Lucretiæ corpus etiam in forum deferunt, concientq́ miraculo (vt fit) rei nouæ, atque indignitate homines.

Nunc oleo dat vi, dat itum, sic pignora patris, *Vt obole*
Quæ seruant sensum. Eui, etum fert cætera † proles. *suboleo.*
Ast aboleuit itum dat: fert adoleuit adultum. *† Vt obsole*
Ex Veo fit, vi, tum, moueo, foueoq; fatentur.
A caueo cautum: à faueo deducito fautum.
Vi neutrum tantum poscit, ceu flaueo, liuet,
Et paueo, feruet, conniui, hoc postulat, & Xi. *Coniu*
Audeo nunc ausus, gauisus gaudeo poscit,
Et solitus soleo, solui tibi Crispe placebat.

Oleo, olui, olitum (si tamen olitum vsquam est) apud priscos etiam oleui, oletum, fecit: quæ ex eo componuntur, si odorem significant, hoc est, simplicis significationem retinent, in, vi, & itum, exeunt, vt oboleo, suboleo, redoleo, peroleo, Plau. Mustel. Oboluisti allium. Suet. in Vesp. cap. 8. Voce etiam grauissima increpuit, Maluissem allium obboluisses. Interdum maximè apud vetustissimos etiam in eui desinunt. Plaut. Casin. Iam oboleuit Casina procul. & Lucil. 30. apud Prisc.

Quis totum scis corpus iam perolesse bisulcis: pro peroleuisse. Quæ à simplicis significatione discedunt, eui, faciūt, vt exoleo, inoleo, vel potius exolesco, inolesco: nam positiones exoleo, inoleo nō facilè inuenies, obsoleo, obsolesco, adoleo adolesco, aboleo abolesco, quorum absoleo, & exoleo, obsoletum, exoletum faciunt: inoletum seu inolitum non memini legisse apud veteres. Adoleo adultum, aboleo abolitum, hoc postremum exemplis fulciemus, nam de cæteris nulla est controuersia. Liu. 3. ab Vrb. Cuius rei prope iā memoria aboleuerat. Tacit. lib. 4. Illi quidem septuagesimum ante annū perempti, imaginibus suis noscuntur, quas nec victor quidem aboleuit. Idem lib. 16. Corpus non igni abolitum, vt Romanis mos est, &c. Plin. li. 14. cap. 4. Quarundam ex his etiā iā nominibus abolitis. Quint. lib. 1. cap. 6. Sed abolita, atque abrogata retinere, insolentiæ cuiusdam est. Priscianus legit apud Varronē lib. 3. Rhet. adoluerit, pro adoleuerit. item apud Accium 2. ad Tiberium adoluerunt: Diomedes verò adoleuerunt legit: vide illum si vacat libro 9. hunc 1. Tum conniui, tum connixi ostendit Priscia. eodem libro priscorum testimonijs, Ferbeo etiam per b. scribitur, vt idem eodem loco ait, vnde ferbui. Ausi, gauisi

prisca sunt, Solui, pro solitus sum, vsus est Sallustius 2. Hist. vt idem ibidem docet. Quidam addunt mœreo, mœstus sum, sed mœstus potius nomen, quam participium videtur. Donatus in secunda arte quinque tantum neutro passiua enumerat gaudeo, soleo, audeo, fio, fido. Phocas affirmat tantum esse eadem quinque, idem sentit Priscianus. neq; cœno, prandeo, poto, à veteribus appellātur neutro passiua. Itaque mœreo præterito videtur carere, quod Priscianus lib. 8. ubi de Defectiuis agit, affirmat, ut supra diximus. Multa huius ordinis fuerunt apud uetustissimos etiam tertij, quorum nonnulla apud posteros inuenies. feruo, is, apud Terentium, Virgilium, Propertium, & nonnullos alios inuenitur. Fulgo, effulgo apud Virg. 3. Georg.

Omnia tum pariter uento, nimbisq; uidebis Feruere.
Idem 6. Illa autem paribus quas fulgere cernis in armis
Concordes animæ nunc.
Idem 8. — instructo Marte uideres
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.

Quintilianus lib. 1. ca. 6. notat Lucilium quod Feruit verbo tertij ordinis fuerit vsus, ait enim Feruo Latinis inauditum esse. Probus Lucilij, & Terentij testimonijs reprehendit eos, qui id negant, existimantes Vergilium breuem pro longa posuisse. Libet, licet, piget, pudet, placet, duplex præteritum habent, libuit, libitum est; licuit, licitum est; piguit, pigitum est: puduit, puditum est: placuit placitum est: Miseret, misertum est, & interdum miseritum est tantum: tædet, vel potius pertædet pertæsum est, quæ omnia apud idoneos autores inueniuntur. Cic. ad Att. lib. 2. liciturum dixit, Sed neq; magnopere dixit esse nobis laborandum, quòd nibilo magis ei liciturum esset plebeio remp. perdere, quam similibus eius me Consule Patricijs esset licitum. Nec video cur liceo, es, non habeat supinum licitum, si opus fuerit. Plin. lib. 36. cap. 15. pudit urum dixit. & Sallustius pœniturum ausus fuit dicere, vt notauit Quintil. lib. 9. ca. 3.

Tertia coniugatio.

Postulat in Spicio, aut Licio quod desinit, exi,
[...]icio. Ectum, vt conspicio, allicio: tamen Elicit optat
[...]icio. Elicui elicitum: à feci deducito factum:
[...]cio fodio. A ieci iactum: dat fodi, s, duplice fossum.
[...]gio. Vult fugi fugitum: sapui, sapij ue, nec vltra.
Progreditur sapio: cupio, iui gignit, & itum.
Dat capio cepi, captum: sed cœpio priscum
[...]pio. Fert cœpi cœptum: à rapui deducito raptum.

Dat peperi partum, aut paritum: sint pignora quartæ. *Pario.*
Dant cussi, cussum Cutio finita: parente *Vt excutio, discu-*
Vtris † quassi quassum, si legeris vsquam. *tio.*
Rite vo poscit vi, ac vtum, sit diluo testis. *† Quatio.*
A ruo dic ruitum, sed vtum dant † pignora tantum. *† Vt diruo, obruo.*
† A struxi structum: à fluxi deducito fluxum. *† Struo, fluo.*
Congruo, nulla, luo, metuoq; pluoq; supina, *Vt renuo, innuo.*
Annuo cum socijs, batuo, ingruo, respuo gignunt.

Specio spexi, spectum, verbum priscum est, vnde nata sunt aspicio, conspicio, despicio, inspicio, perspicio, respicio. Lege Varronem lib. 5. de lingua Latina. Allicio, illicio, pellicio, ex Lacio verbo obsoleto nata sunt, Vide Festum. Allicui, pellicui, quæ Priscianus affert pro allexi, pellexi iam exoleuerunt. Varroni sapiui, vel sapij, Probo sapui, Carisio sapui, vel sapiui probatur. Lege Priscianum lib. 10. Sapui tamen cæteris videtur vsitatius, vnde resipui, desipui. Sapiui ferè ab autoribus imminuitur sapij, vnde sapisti. Mart. lib. 9. Nubere vis Prisco, non miror Paula, sapisti. Terent. Heaut. — quum te intelligo resipisse. Cicero resipiui pleno verbo usus est ad Att. li. 4. Vix aliquando te autore resipiui: sic enim in correctis legitur, vbi quidam resipui legunt. Resipio, ait Diomedes, migrasse in quartum ordinem, sed nullius testimonio id confirmat. Sapitum media seu longa, seu breui non videtur vsitatum. Cœpio, quo Cato, & Plautus vsi sunt, exoleuit, præteritum tantum, & quæ inde fiunt in vsu sunt. habent etiam præteritum cœptus sum. Cic. de Clar. Orat. Hortensius igitur cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. Ibidem. de eodem Hortensio, Is cum satis floruisset adolescens, minor haberi cœptus est postea. Cum Pario priscis temporibus quartæ fuerit coniug. nemini mirum videri debet, si ex eo composita eiusdem sint ordinis, Ennius apud Priscianum libro. 10. Oua parire solet genus pennis condecoratum. Quatio, vnde oriuntur, cutio, syllaba terminata, vt incutio, discutio, &c. præterito caret, vt Carisius apud Priscianum docet. Videtur tamen quassum aliquãdo habuisse, vnde quassæ rates, arma quassa, & id genus alia. Item quassare verbum frequentatiuum. Pluo plui facit præterito. Liuius libr. 4. decimo. 3. Nunciabatur Romæ in foro Boario sanguinem pluisse. Ibidem libro vltimo, Sanguinem per biduum pluisse in area Concordię satis credebãt. Idem libro. 2. decimo. 5. In area Vulcani, & Concordiæ sanguinem pluit. sic Plin. libro. 2. capitulo. 56. & Valer. Max. libr. 1. de Prodigijs. Priscianus pluui putat esse, idque confirmat tribus locis Decadis 2. quæ non extat. Illud 1. ab Vrbe: Nunciatum est regi, patribusque in monte Albano lapides pluuiße, videtur etiam Priscianus pluuisse legisse, sed in correctis pluisse legi.

Cicer. item 2. de Diuinat. Saguinem pluisse dixit, quidam legit pluuisse. Deni que semper in castigatis libris plui, non pluui inuenio. Verisimile tamen est, & pluui olim fuisse vsitatum. Annutum, & renutum inuenies apud Priscia num, sed non probat. Videntur nonnulla ex his aliquando habuisse supinum, vnde nomina nutus, & renutus relicta sunt. Cluo à nonnullis hic ponitur, cum sit secundi ordinis Clueo, ut testimonia Pacuuij, Plauti, & Lucretij docent. Illud Ciceronis in Bruto, Tum duo Cœpiones multum clientes consilio, & lingua, plus autoritate tamen, & gratia subleuabant; quidam corruptè legunt Cluentes.

Vt bibe. Bo, dat bi, dat itum. Scabo, lambo carento supinis.
Scribo, nubo. A scripsi scriptum: à nupsi deducito nuptum.
Ico, duco. Ici fert ictum: à duxi depromito ductum.
A parsi parsum, geminat quoque parco peperci.
Dico. Vinco cupit vici, victum: à dixi exige dictum.
Sco vi, tumq; petit, ceu nosco, quiesco; suesco.
Dat gnitus agnosco, cognosco iungitur illi.
Conquinisco. Dat pasco pastum: conquexi linque vetustis.
Vt disco didici tantum, sic posco poposci.
Dispesco dat vi, pariter compescere solum.

Lambitum inuenies apud Prisc. sine vllo tamen testimonio. Nupsi, vel nupta sunt, vtrumque enim vsitatum est: Cic. pro Cluent. Quæ breui tempo re post patris mortem A. Aurio Melino consobrino suo nupsit. Idem ad Catonem lib. 15. fam. Quo cum esset nupta Regis Armeniorum soror. Plaut, Asin. — ego istuc scio.

Ita fore illi, dum quidem cum illo nupta eris.

Sorbo, is, sorpsi sorptum sit ne vsitatum, beneq; Latinum, suprà dictum est. Parco etiam parcitum videtur fecisse. Plin. lib. 33. cap. 4. Italiæ parcitum est vetere interdicto parum ut diximus; quem locum quidam sic corrigunt, Italiæ parci uetere interdicto patrum, diximus. & quod non nihil ad rem facit, inde nomen Parcitas videtur factum. Senec. 1. de Clement. Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum. Item Parcui priscum præteritum apud Nonium. Conquinisco, teste Capro, Capud uetustissimos conque xi fecit. Priscianus lib. 10. supina discitum, poscitum, compescitum, dispescitum amittit, sed 11. ubi de participijs, in Rus, agit, se reuocat, docetq; uer ba unde hæc fiunt, supinis carere. Apulea in Phædone disciturus dixit, cuius sermo non semper probatus eruditis.

Do.di,ſum gignit,veluti Defendere,Cudo.
N,tamen amittunt fundo,cum ſcindere, fingo:
S,geminat fiſſum,ac ſciſſum,dat pendere paſſum.
Tundo petit tutudi, tunſum : ſed pignora tuſum. *Retundo,retunſum.*
Sume cado,cecidi,caſum:cape,cedo,cecidi,
Cæſum: dat tentum,vel tenſum,tendo,tetendi.
Pedo pepedit habet: penſum fert pendo,pependi.
Tum rudo,tum ſido,tum ſtrido carento ſupinis.
Dant ſi, ſum claudo,lædo,cum rodere,trudo,
Diuido,cum plaudo,rado,cum ludere: vaſi
Ac vaſum à vado capiunt ſibi pignora tantum. *Vt inuado,*
Cedo petit ceſſi,ceſſum facit inde ſupino.

Cudo, vt inquit Priſc. lib.10. ſecundum Diomedem, Cariſium, Phocam, cuſi, ſecundum alios cudi,& videtur etiam Vergilius ſic protuliſſe. 1. Aen.

Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.
Suſcepitq; ignem folijs.

Excudit enim tam præſens, quàm præteritum poteſt intelligi; ſed quia (ſuſcepit) ſubiunxit,melius præteritum intelligitur. Idq; etiam Seruius in Commentar. Aeneidos comprobat his verbis,excudit autem feriendo eiecit,quia cudere eſt ferire. Hæc Priſcianus. Verum quòd ad Diomedem attinet,cum Diomedes ipſe lib.1.dixiſſet Cudo cuſi,mox ſe reuocauit his verbis, vel potius cudi,vt eius compoſitum.

Ac primum ſcilicis ſcintillam excudit Achates.

Phocas cudi probat,non cuſi, Pauca, inquit,præterea eandem clauſulam habent, nouiſſima litera præſentis temporis in,i, conuerſa,ico ici, ſoluo ſolui, cudo cudi,uoluo volui. Hæc Grammatici,audi Columel.lib.8.cap.2. Die vndeuigeſimo animaduertat, an pulli roſtellis oua per cuderint. Item Varronem lib.3. de Re ruſt.ca.9. Excuſos pullos ſubducendum ex ſingulis nidis, & ſub ÿciendum ei, quæ habeat paucos; ab eaq;, ſi reliqua ſunt oua pauciora, tollenda, & ſubÿcienda alÿs, quæ nondum excuderunt. Itaque Cudo cudi facit, vt compoſita percudi, excudi. Supina Incuſum, excuſum ſimplici, s, ſcribuntur ab incudo, excudo: at incuſſum, excuſſum gemino, ſ, à verbis incutio excutio fiunt. Edo, edi, eſum, Plaut. Menæb. Vbi eſuri ſumus? ſic adeſum, ambeſum, pereſum, comeſum. Cic. pro Cluent. Celerius potuit comeſum, quam epotum in venas permanare? Idem in Sal. Patrimonio non comeſco, ſed deuorato. Priſcianus Comeſtum legit pro Cluent. Diomedes ait dubitaſſe veteres dicendum eſſet comeſus, an comeſtus: ſed Didymus ait, inquit idem Diomdes dd Salluſtio, comeſta patrimonia. Valgius comeſa patina, ſimiliter & Varro, & ita melius adeſa,& ambeſa. Scando, & mando, vt ait Priſc. libr.11. præteritis carent,quamuis vtrunque apud vetuſtiſſimos

inuenia-

inueniatur. Mansus certè apud Ciceronē est 2. de Orat. Atq; omnia minima mansa, vt aiunt, nutrices infantibus in os inserant: & Quint. lib. 10. cap. 1. cibos mansos dixit: & Plin. lib. 26. cap. 12. imponatur trita, vel mansa. Phocas neq; scandi, neq; mandi reijcit. Frendo is, frendi, fressum gemino s, priscum est, de quo supra diximus. Nonnulla composita ex Cado supinum habent ut in cido, occido, recido. Plin. lib. 2. cap. 27. Verum hæc ideo facta, quia incasura erant illa. Cic. pro Mil. vosq; obsecro Iudices, ut uestra beneficia, quæ in me contulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occasura esse iubeatis. Idem ad Att. lib. 4. Id ego puto, vt multa eiusdem, ad nihilum recasurum. Composita ex verbo tendo frequentius in, tus, exeunt, contentus, extentus, intentus, prætentus, protentus, dicitur & extensus, intensus: ostensus tamen elegantius est, quam ostentus, quo prisci vsi sunt. Pedo, huius verbi supinum non facilè inuenies: qui putant habere peditum, non satis probant; carmen enim, quo id docent, variè legitur, ita vt ignores sit ne nomen, an verbum. Liui. lib. 5. dec. 5. pendissent dixit, vectigal dimidium eius, quod regi pendissent. Sido præteritum mutuatur à sedeo sedi teste Prisciano, proprio tamen vsus est Columella lib. 12. cap. 24. Deinde patiemur picem considere, & quum siderit, aquam eliquabimus. Senec. 2. de benef. ca. 8. Cum subsedit cupiditas, &c. dixit à subsido. Claudo etiā cludo ab autoribus probatis dicitur. Vasi, vasum vt supra diximus inusitata sunt, quæ habent composita, vt inuado inuasi, inuasum.

Dat xi, ctum Go, vel Guo, vt plango, extinguo: supinis.
N, tamen abijciunt stringo, cum pingere, fingo.
Tango cupit tetigi tactum: egi ago, poscit, & actum.
Sume pago pepigi pactum: cape pangere panxi, (*Pago priscum est.*)
Vel pegi pactum, gaudent † composta secundo.
Dat legi lectum: fregit dat frangere fractum. (*† Impegi, compegi.*)
Negligit, exe, ectum, cum intelligo, diligo poscit.
Prodigo, cum dego, fugo, priuato supinis:
Dat pungo pupugi, punctum: dant † pignora ferme (*† Vt expungo.*)
Punxi. Vult, si, sum, spargo, cum mergere, tergo.
Dant xi, xum figo, frigo: carent ango supinis.

Pergo, surgo, ex rego composita, verba sunt imminuta, pro perrego, surrego, præterita, & supina plena sunt perrexi, perrectū; surrexi, surrectum. Ringo, is, non videtur vsitatum. Ringor deponens præterito caret, vt initio diximus. Pepigi vt Quintilianus docet lib. 1. cap. 6. fit à verbo prisco pago, quod paciscor significat. Prima quoque aliquando positio, inquit, ex obliquis inuenitur,

tur, ut memoria repeto conuictos à me, qui reprehenderant, quòd hoc verbo vsus essem, pepigi. Nam id quidem dixisse summos autores confitebantur, rationem tamen negabant permittere: quia prima positio Paciscor, cum haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito passus sum. Nos præter autoritatem Oratorum, atque historicorum, analogia quoque dictum tuebamur. Nam cum in XII. Tabulis legeremus, Ni ita pagunt, inueniebamus simile huic cadunt, inde prima positio, etiam si uetustate exoleuerat, apparebat pago, vt cado: unde non erat dubium, sic pepigi nos dicere, ut cecidi. Hactenus ille. Pango panxi. Columel. lib. 11. ca. 2. Olearum taleam oportet, quum panxeris, fimo, & cinere mistis oblinere; fecit & pegi apud Priscos, ut docet Prisc. quod nunc in compositione manet, impingo, compingo, impegi, compegi. Prodigo, dego, ex ago composita prodegi, degi, quamuis prodegi parum sit vsitatum carent supinis: at cogo coegi, coactum facit. Nomen suctus, apud Plinium reperitur: quid si supinum suctum etiam in usu fuit? Nihil causæ est cur lingo excipiatur, cum linctum sit in usu. Plin. de sulphure, libro 35. capitulo 15. prodest & suspiriosi linctum. Pupugi frequentissimum est, at punxi non facilè inuenias. Diomedes libro primo. Existimat anxus sum ab angor deduci: Priscianus putauit anctum esse supinum, sed neutrum est in usu.

A traxi tractum: à vexi deducito vectum. *Trabo, uehe*
Meio facit minxi, mictum, nec plura require.
Lo, luit, atque litum: colo cultum, consulo gignit *Vt molo.*
Consultum, occulit occultum, ast alo poscit, & altum.
Ante caret cello, præcello, excello supinis. *Antecello.*
Præteritum duplex perculsi, perculit optat
Percello perculsum, haud plura require supina.
Dat pello pepuli, pulsum: vult fallo fefelli
Falsum. A velli, vel vulsi deducito vulsum.
Sublatum tollo nunc tantum, ac sustulit optat.
Sallo facit salli, salsum: dat psallere psalli.
Malo, volo, nolo, cum psallo carento supinis. *Vt uomo.*
Mo per vi, dat itum: tremo flectitur absque supino.
Dant psi, ptum demo, promo cum sumere como. *Emo.*
Emi fert emptum: premo pressi, s, duplice pressum. *Pono. gign*
Dat posui positum: genitum genuisse reposcit. *Vt cōcinu*
Dat cecini cantum, cinui dant pignora, centum. *concentum*
A sino fit siui, atque situm: dat sternere straui,
Ac stratum; spreui, spretum dat spernere: cerno

Creui,

Creui, sed cretum capiunt sibi pignora solum.
Dat tempsi, temptum temno, si legeris, vsquam.
Lini, vel liui, leui ve, litumq; trisulcum
Fert Lino. Po, psi, ptumq; petit, ceu scalpere, carpo.
A strepui strepitum: à rupui deducito rupum.
Linquo sibi liqui, cupiunt sibi pignora lictum.
Dat coxi coctum: tero triui, poscit & itum.
A gero fit gessi, gestum: dat curro cucurri
Cursum: quæsitum quæro quæsiuit habeto.

Decreui, decretum.

Strepo, rumpo.

Vt relinquo.

Coquo.

Vnum duntaxat meio, i, consonantem ante, o, habet. Diomedes, Phocas, Priscianus aiunt mingo facere præterito minxi. Meio vero ait Diomedes facere meij, & minxi. Priscianus nullum ei præteritum tribuit. Quidam putant mingo esse barbarum, quia in libris, qui modo extant, non reperitur: verisimile tamen est Phocam, & Diomedem id legisse apud veteres. Alo alitum, vel altum supino facit, altus participium sæpenumero inuenitur, alitus rarius. Val. Max lib. 5. c. 4. Quid tam inusitatum, tam inauditum, quam matrem vberibus natę alitam esse? Cello, is, iam prorsus exoleuit. Celsus, excelsus, præcelsus nomina potius videntur, quàm participia. Excelleo, es, secundi ordinis vsus est Cicero prima Epist. ad filium teste Prisciano, Quare effice, & labora, vt excelleas. Cello sine diphthongo scribitur à quo excello, præcello, antecello, percello deducit Priscianus, qui excello, is, putat facere exculi, quemadmodum perculi, vel ut alij, inquit ille, excellui. Probus vbi agit, de, Lo, sylla ba finitis, Tertiæ correptę, inquit aut lui, vt excello, excellis, excellui: aut li, ut tollo, sustollo sustuli. Itaque antecello, præcello, excello, lui faciunt. Refello supino caret. Tollo quondam tetuli fecit. Sallo, is, tertiæ est coniug. Sal. 3. Hist. apud Priscia. li. 10. Parte consumpta reliqua cadauerum, ad diuturnitatem vsus sallerent. Mumius apud eundem, Isthæc sum multo sale salsurus. Salio, is, quartæ est. Corne. Seuerus li. 8. Ad quem saliti pumiliones afferebantur. Cel sus li. 2 c. 18. Item prisces omnes, qui salem non patiuntur, solidiuè, saliuntur. Vsum est salio simplici potius quam gemino, l, scribere, cum prima corripiatur apud Ouidium. Phocas, & Diomedes verbum Adimo à Demo, alij ab emo deducunt. Creui pro vidi, iudicaui, vsi sunt prisci. Creui hæreditatem, pro adij aliquoties apud Ciceronem inuenitur. Præteritum tempsi, supinumq́, tẽ ptum non facilè reperias, compositum contempsi, contemptum vsitatissimũ est. Crepo is, tertiæ coniug. quoq́; hic a quibusdam ponitur, non uidetur esse in vsu. Linquo caret supino, composita habent, ut relictum, delictum. De verbo currendi, & ex eo compositis initio dictum est.

Ferre tuli, latumq; : vro dabit vsſit, & vſtum. *Fero.*
Præteritum verri à verro eſt, verſumq; ſupinum *† Vt obſecro, cū reun ſerc*
A ſero fit ſeui, atq; ſatum : vi ruſtica † proles.
Fert & itum : dat vi, ertum aliena rure † propago. *† Vt exero, deſero.*
† So, ſiui, ſitumq; petit: dat viſere viſi, *† Vt capeſſo, faceſſo*
Ac uiſum: inceſſo inceſſi, tamen abſque ſupino.

Doceantur pueri verbum Fero cum præpoſitionibus, ad, ex, con, in, dis copulare, quæ ſæpe eis negocium faceſſunt, affero, attuli, allatum: effero, extuli, elatum: confero contuli collatum: infero, intuli, illatum: differo, diſtuli, dilatum. Verro, inquit Priſcianus: verſi facit ſecundum Seruium, ſecundum Carſium, verri, quod & vſus comprobat. Licinus Macer pro Tuſcis, quos oportuit amiſſa reſtituere: hiſce etiam reliquias auerrerunt. Publius, Cellias ſeruorum conuerri. Hæc ille. Verſi, tunc licebit vtaris, cum legeris apud claſſicos. Diomedes ait Verborum verro, meto, furo non facile reperiri præteritum, Verſus tamen à verro fieri. Senec. in dialog. de Superſt. Verſa templa. & Plaut. Verſa, ſparſa. Sero apud vetuſtiſſimos etiam ſerui fecit, vt ex Ennio, & Catone conſtat. apud Priſc. ſupinum ſertum, unde eſt illud Lucani lib. 10. coronas nardo ſertas, unde & ſerta dicta ſunt. Compoſita, quæ ad rem ruſticā pertinent, faciunt præterito eui, ſupino itū, vt inſero, inſeui, itum, unde inſitiones dicuntur; diſſero hoc eſt diſſemino, diſſeui, diſſitū: conſero ſimul ſero, conſeui, conſitum; aſſero iuxta ſero, aſſeui, aſſitum. Quæ vero à ſimplicis ſignificatione recedunt erui, & ertum faciunt, vt inſero, id eſt immitto inſerui, inſertum: ſic diſſero, hoc eſt, diſputo, conſero, miſceo, certo; vnde conſerere prælium, certamen, manum, &c. aſſero affirmo. Obſero, circunſero, vel potius ſero vt ſimplex obſeui itum tantum. Exero, ideſt, extraho, exerui, exertum tātum diſero derelinquo deſerui, ertum, hoc varò ad rem ruſticam pertinet. Varro. 1. de re ruſt. cap. 23. Nam & in recentibus pomarijs deſitis ſeminibus, &c. Capeſſo capeſſiui, capeſſitum. Tacit. lib. 15. At Flauius Sceuinus, & Afranius Quintianus vterq; Senatorij ordinis contra famam ſui principiū tanti facinoris capeſſiuere. Ibidem, Igitur digreſſus caſtellis Vannius funditur prælio, quāquā rebus aduerſis laudatus, quod & pugnam manu capeſſiuit, & corpore aduerſo vulnera excepit. Idem li. 13. verbo imminuto vſus eſt, Sed qui pondū bonorē capeſſiſſet, &c. D. Aug. lib. 2. de Ciui. Dei, verba Ciceronis ex li. 4. de Rep. referens ſic ait, Siquidem quod in eo quoq; libro cōmoratur Aeſchines ciuis Athenieſis vir eloquentisſimus, cū adoleſcens tragœdias actitaſſet, Remp. capeſſiuit. Tacit. li. 12. Conſuleret Reip. Britannici pueritiam robore circūdaret, ſic apud D. Auguſtum, quanquā nepotibus ſubnixum, viguiſſe priuignos: à Tiberio ſuper propriam ſtirpem Germanicorū aſſumptū, ſe quoq; accingeret iuuene partem curarum capesſituro. Faceſſo itidem facesſiui facesſitum. Idem

lib.

lib.20. Igitur à laude Cluuij Rufi orsus, qui perinde diues, & eloquentia clarus, nulli unquam sub Nerone periculum facessisset. hic imminuto uerbo usus est, pro facessiuisset, quod ita esse docet supinum facessitum. Cic. 6. Verr. Antè quàm audissent ei negotium facessitum, &c. Illud. 1. Ver. Ipse profectò metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris: in libris quibusdam, vt Priscianus inquit, facessieris legitur, quod propius vero est. Grammatici, qui hæc putarunt in si, sum exisse, non videntur syllabæ imminutionem animaduertisse. Nam & Caper Lacessi putauit esse preteritum à verbo lacesso, cum legisset apud Lucilium. 14. lacessisse. Cic. modo imminuto, modò pleno verbo vtitur: Pro Domo sua, Nos te Antoni nulla lacessiuimus iniuria. Idem in Pisonem, Responsione me inimica homo promptissimus lacessiuit. Idem Philip. 2. Tu ne verbo quidem violatus vltro maledictis me lacessisti. sic Terent. prolog. Phorm.

Vetus si poeta non lacessisset prior

Liu. li. 10. ab Vrb. Per biduum lacessiere hostem. Accersio, & lacessio etiã quartæ coniugat. reperiuntur. Idem lib. 1. dec. 3. Placere itaq; patrem accersiri. Columel. lib. 9. ca. 8. Solent cœli nouitate lacessiri. Incesso incessi, Cæs. 3. bel. Gal. Exercitui quidem omni tantus incesit ex incommodo dolor, &c. Liu. lib. 4. bel. Pun. Ingens ipsum cupido incesserat Tarenti potiundi. Idem 3. ab Vrb. Ingens metus incesserat patres. Tac. li. 3. Quoties valetudo aduersa Flaminem Dialem incessisset. Columel. lib. 12. cap. 17. Pluuiæ incesserunt.

Pinsitus, ac pistus, pinsusq; à pinsuit exit.
Xi, xum dant plecto, cum flecto, ne flere, pecto:
Dant quoq; pecto xui, nectoq;. Peto iuit, & itum,
Stertuit à flerto tantum: meto messuit optat.
Ad messum, s gemino: misi dat mitto supinum.
Verto. S, duplici missum; à verti deducito versum.
Vt resisto, insisto. Sisto, stiti, statum actiuum, neutrale sequetur
† Viuo, uoluo. Sto verbum: vnde stiti, atq; stitum sibi pignora sument.
† Soluo. † A vixi victum: à volui deflecte volutum.
† Texui amat texo ac textum. soluiq; solutum.

Pinso pinsui, pinsitum, pinsum, pistum facit. Colum. li. 12. c. 27. Irim bene pinsitam, nec plus vnciæ pondere addito. Vitru. lib. 7. cap. 1. Id non minus pinsum absolutum crassitudine sit dodrantis: ibid. Idq; pinsum absolutum ne minus pede sit crassum. Plin. lib. 18. c. 10. Si pistæ ferantur. Plerique, inquit Priscianus, Pexui à pecto protulerunt, Carisius Pexi, Mæcenas in Octau.

Pexisti capillum naturæ muneribus gratum.

Asper tamen Pectiui. Hęc ille. Colum. li. 10.

Verum ubi iam puro discrimine pectita tellus.

Idem li. 12. c. 3. Pręparatę sunt, & pectitæ lanę. Nexo, is, si tamen unquam fuit, iam exoleuit. nam illud Virg. 5. Aen. quod Priscianus affert,

Et paribus palmas amborum innexuit armis,

affert Diomedes, ut doceat Necto nexui facere, non Nexo. Sisto actiuum pręterito facit stiti, ut docet Gellius li. 2. c. 14. supino statum, ut docent Iurisperiti 2. Pandect. Titu. Si quis cautionibus iudicio sistendi factis non obtemperauerit. Vlpia. Quum quis iudicio sisti promiserit, neq; adiecerit pœnam, si statū non esset. ibidem sæpe etiam præteritum inuenies. Cum uero neutrum est, commune habet præteritum cum verbo sto. Composita neutra sunt, & tam in præterito, quam supino i, vocalem seruant, ut resisto, restiti, restitum: sic subsisto, obsisto, persisto, insisto, quorum supinis tutius uteris, cum apud probatos scriptores legeris. Quid Diomedes, quid Priscianus de Sisto uerbo actiuo senserit, satius esse puto silentio inuoluere, quam tibi fastidium mouere. Statū supinum à sisto uidetur priorem producere, quum inde Iupiter Stator deducatur priore longa, Ouidius sexto Fastorum.

Tempus idem statoris erit, quod Romulus olim
Ante Palatini condidit ora iugi.

Caluo quod calui facit, teste Prisciano, tanquam priscum, & obsoletum prętermissum est.

De præteritis, & supinis quartæ coniugationis.

IVi, itum, ut polio, fastidio, quarta requirit. *Sepelio.*
Fert veni, uentum, venio: sepelire, sepultum. *Singul-*
Singultum, singultit amat; dat amixit, amictum. *tio, ami-*
Ex pario natum per vi flectatur, & ertum. *cio.*
Comperio, reperitque petit Ri, poscit, & ertum. *Vt ape-*
Sancio dat sanxi, sanctum, simul optat, & itum *rio, ope-*
Sentio vult si, sum: sepsi dat sepio, septum. *rio.*
Hausi fert haustum: dat vinxi vincio, vinctum. *Reperio.*
Farcio dat farsi, fartum: vult fulcio fulsi, *Haurio.*
Ac fultum: sarsi sartum dat sarcio verbum.
Væneo fert vænum, quod ferme vænij optat. *Salio.*
Dat salui saltum: † proles sibi vendicat vltum. *† Insilio.*

PRobus, Phocas, Diomedes, Priscianus docent verba quarti ordinis facere iui, vel ij, geminato i, vt audiui, vel audij, muniui, vel munij, &c. alia tamen alijs vsitatiora sunt, id quod assidua lectio docebit: alijs prætereo oratores, alijs poetæ frequētius vtuntur. Solus Diomedes ex veteribus, si bene memini, verbi Amiciendi mentionem facit, & quod mirum est, inter verba tertij ordinis. Secunda forma, inquit, in i, puram literam desinit, vt alo, alui, arguo, argui, &c. & quod quidam exterminant amicio amicui, vt Brutus in laudatione Appij Claudij, Quæ te toga prætexta amicuit. Sed Varro, Sceleris magister amixit. Hæc ille. Amicio docet Hora. quarti esse ordinis. 2. epist.

Deferar in vicum vendentis thus, & odores,
Et piper, & quidquid chartis amicitur ineptis.

Item Ouid. 3. de Pont. eleg. 8. & 5. Met. Participium Amictus frequentissimum est. Cic. 2. Phil. Sedebat in rostris collega tuus amictus toga purpurea. Amixi magis placet, quam amicui: vt enim Sancio, vincio, xi, faciunt, ita amicio. Liu. lib. 4. dec. 5. sepiui dixit, Ideo cum munimentis ea sepissent: pro sepiuissent. Haurio hauriui, vel potius haurij interdum facit. Varro apud Prif. ad Ciceronem 24. Cum inde haurierint. Apud Apul. aliquoties hauritum reperitur. Virg. lib. 4. Aen. hausurum dixit. Salio etiam salij facit. Stat. 9. Theb.

— excussi salierunt cuspide dentes.

Virg. 2. Geor. Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.

in quibusdam tamen libris teste Prisciano saluere inuenitur. Raucio inuenio apud eundem Priscianum, cuius tamen neque Phocas, neque Diomedes meminerunt, citatq́; Ciceronem 1. de Orat. At Aesopum, si paulum irrauserit, explodi: qui locus nunc sic habet. Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri video, tenet enim res ipsa, atq; causa: at Aesopum si paulum irracuerit, explodi. est igitur prima positio irrauceo. Cambio campsi posuit Carisius, quo tum demum uteris, cum apud bonos autores inueneris.

De præteritis, & supinis verborum deponentium.

EX or finitis actiuam fingito vocem,
Vt vereor vereo, veritum fluet inde supinum,
Præteritumque simul veritus sum. cætera fingi
Hac ratione queunt. Pauca excipienda memento.
A reor, esto ratus; nanciscor, nactus habeto.
Orsus ab ordiri deducitur? vsus, ab utor.
Vult fateor fassus; proficiscor sume profectus.
Metiri, mensus gignit: pactusque paciscor.

Comq;

Comq; miniſcor amat commentum: adipiſcor adeptum.
Vltus ab vlciſcor venit: expergiſcor habebit
Experrectus: at oblitum obliuiſcor adoptat.
Da labor lapſus: miſereri funde miſertus.
Fert vtus loquor, atque ſequor: queror accipe queſtus.
Dat nitor nixus, niſusque: gradi accipe greſſus.
Redde fruor fruitus: morior tibi mortuus hæret.
Naſcor amat natus: tandem fert ortus oriri.
In tribus extremis periturus flecte futurum.

Verborum deponentium, atque communium præterita, & ſupina hoc modo inueſtigantur; Finge primum vocem actiuam, deinde redde ei præteritum, ſupinumque, prout poſtulant tradita præcepta. Verbi cauſa, Ex verbo lætor finge Læto, as, unde fiet lætaui lætatum: ex vereor, finge vereo, vnde verui, veritum: ex fungor, fungo, vnde funxi, functum: ex potior potio, unde potiui, potitum, quemadmodum quatuor coniugationum præcepta poſtulant. Poſtremo reiectis præteritis vocis actiuæ, deduces ex ſupinis participia præteriti temporis, vnde adhibito verbo ſubſtantiuo, fient præterita, lætatus ſum, veritus ſum, & cætera eodem modo. Depaciſcor depactus ſum. Cice. 2. de Inuent. Depactus eſt cum eo, ut arma, & impedimenta relinqueret. Depectus legitur etiam apud Vlpianum, vbi tamen quędam exemplaria depactus habent. Quidam depeciſcor depectus ſum, pro depaciſcor depactus ſum ſcribunt, malim. per a ſcribere. Comque miniſcor, pro comminiſcor, aliter non poterat carmen ingredi. Verbo apiſcor vtitur Tacitus lib. 5. Nihil abnuentem, dum dominationis apiſceretur. Ibid. Iunius Gallio cenſuerat, vt prætoriani actis ſtipendijs, ius apiſcerentur in quatuordecim ordinibus ſedendi. Apiſcor aptus ſum fecit apud priſcos, vnde adipiſcor, adeptus ſum, & indipiſcor indeptus ſum. Pacuuius Hermion. Quod ego in acie celebri obiectans vitam, bellando aptus ſum. Vide Non. Marc. Fruor fruitum facit. Cic. 3. Tuſc. Zeno Stoicorum acutiſſimus contendere magna uoce ſolebat, eum eſſe beatum, qui præſentibus voluptatibus frueretur, confideretque ſe fruiturum. Vlpianus lib. 7. Pandect. Titul. Quibus modis vſus fructus, vel uſus amittitur: Licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamen vſum fructū amittit: quia nō meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt emptor. Næuius apud Gellium lib. 17. cap. 2. Qui non parſit, apud ſe fruitus eſt. Cicero in Hortenſio, Summa amœnitate perfructus eſt, dixit, teſte Priſciano libro 10. Nixus frequentiſſimum eſt, niſus rarius. Vitruuius libro 1. c. ſecundo, vt architectus his literis imbutus hęc niſus ſum ſcribere. Enixus ad partum ſpectat, Eniſus ad cęteros conatus. Cic. ad Q. Fr. 3. Angit vnus Milo, ſed uelim finem afferat Conſulatus: in quo enitar non minus, quam ſum

enisus in nostro. Cas. 2. bel. Ciuil. Brutus celeritate nauis enisus est, vt paruo momento antecederet. Adnisus siue annisus frequēs est. Liu. 5. ab Vrb. Et patres reficere intercessores legis annisi sunt. Ibi. li. 4. Patres summa ope annisi sunt. Sic ibi. li. 8. Anisurus. 2. ab Vrb. Annisurum, ut appareat exilio sibi iratos, non fractos animos esse. Idem lib. 4. dec. 5. Illud affirmare pro certo habeo, audeoque, me omni ope adnisurum esse, ne frustra vos hanc spem de me concepe ritis. Idem 1. ab vrb. Annixurus dixit, Quod annixurus pro se quisque sit. Connisus memini legisse apud Tacitum. Adnixus, connixus, innixus, obnixus per x, literam. Diomedes lib. 1. & Seruius in illud Virgilij,

Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo.

aiunt apud veteres hæc per x, literam, sua vero ætate per s, fuisse scripta. A verbis morior, nascor, orior, fiunt participia moriturus, nasciturus, oriturus. Portius Latro, Famam uero popularem a maioribus nostris sæpe numero accepimus, neque temere vnquam nascituram esse, neque temere occasuram. Nasciturus adeo rarum est, ut Phocas dixerit nascor eo destitui. Tutum a tuor non est in vsu. Tuitus sum, a tueor fit. Quint. in declam. pro Cæco, Tuitus sum adolescentis miseri causam. Plin. lib. 6. ep. Tuitus sum Iulium Baßum: neque est, cur excipiatur, cum analogiam sequatur. Fatiscor, quod quidam putant fessus sum facere, nondum potui inuenire: illud tamen apud Gellium lib. 17. c. 2. legi, Fatiscor, a fateor fieri, vt fruiscor, a fruor. Diomedes lib. 1. fessus docet nomen esse bis uerbis, Fatigor fatigatus sum facit, non fessus: & longe falluntur, qui opinantur ex fatigor fessus deriuari: nam fessus est appellatio. Hæc ille.


Priscia. li. 10. ait defetiscor facere supino defessum, & præterito defessus sum. Defessus tamen, ut fessus, nomen potius uidetur. Itaque existimo defetiscor præterito carere. Defatiscor apud Terentium est, Phorm.

Neque defatiscar unquam ego experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

Liceor, & Opperior non carent supinis, ut quidam existimant. Cicer. 5. Ver. Herbitenses, quum uiderent, si ad Aeschrionem pretium redisset, se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri, liciti sunt usque eo quoad efficere posse arbitrabantur.

Teren. Phor. Si non tum dedero, vnam præterea horam, ne opertus sies. Si vtriusque uocem actiuam finxeris, existet & præteritum, & supinum.






DE OCTO PARTIVM ORATIONIS CONSTRVCTIONE.

LIBER SECVNDVS.

Quid sit Syntaxis, & in quot partes distribuatur.



YNTAXIS Græcè, Latinè constructio, est recta partium orationis inter se compositio. Porro recta compositio censenda est, qua vsi sunt autores, qui purè, & emendatè scripserunt. Hæc duplex est, altera Transitiua, cum partes nimirum orationis in casum dissimilem præcedenti transeunt, Cice. ad Att. lib. 2. Pompeius amat nos, carosq; habet: altera Intransitiua, cum orationis partes aut nullum post se casum habent: idem ad Q. Fr. libr. 3. Valent pueri, studiosè discunt, diligenter docentur: aut certè non diuersum ab eo, qui antecessit: idem Phil. 3. Pax est tranquilla libertas Vtraque in Iustam, & Figuratam diuiditur: illa omnibus suis numeris perfecta, atque expleta est: Idem Lentulo, lib. 1. Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus, mihi ipsi nũquam satisfacio: in hac, vt plena sit, non nihil desideratur: idem ad Att. li. 15. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum: quæ omnibus suis numeris absoluta erit, si duo uerba addas hoc modo, Ego, si Tiro ad me uenerit, cogito in Tusculanum proficisci: aut mutatur aliquid ut iusta efficiatur: idem ad eundem 13. Quam turpis est assentatio, quum uiuere ipsum turpe sit nobis: Si, Vita ipsa, dixisset, Iusta erat. De Figurata copiosius postremo loco dicendum est. Nunc à Iusta, eaq; Intransitiua, quod facilior, expeditiorq; sit, initiũ faciemus: ad quã antequã aggredior, illud etiã, atq; etiã eos rogatos velim, qui hunc libellum sunt lecturi, vt ne ægrè ferant, si Syntaxeos præcepta pluribus interdum illustrata exẽplis offenderint: neque enim casu, aut temerè, sed consultè, & cogitato id factum est. Nam cum Grammaticæ præceptiones aridæ, ieiunæ, & insulsæ

ipsę per se sint, nisi veterum scriptorum nitore, & elegantia condiantur, breui domestica barbarie Latinæ linguę rudes infuscabunt.

De constructione intransitiua.

VErbum personale finiti modi antecedit nominatiuus apertè, vel occultè eiusdem numeri, & personæ.

.4. Cicero, Si vales, bene est, ego quidem valeo.

uc. Terentius, Quis hic loquitur? Idem, Quid stamus, cur non imus

lem. hinc?

Et si verba, quæ Impersonalia vocãtur ferè antecedit nominandi casus apertè, vel occultè, vt suis locis planum faciemus: satius tamen visum est à vulgari, & communi præceptione non discedere, atq; in re non ita magni momenti conniuere, quàm stomacum ijs mouere, in quorum animis vetus opinio iam olim penitus insedisset. Quanquam, si quis hæc ad viuum resecare velit, nonnulla procul dubio verba reperiet, quæ nullum prorsus ante se casum habeant. Varro li. 3. de Anal. verba impersonalia appellat declinationũ species, quæ habent tempora sine personis, quas species ait esse quatuor, Rogandi, vt seriturne? & sereturne? Respondendi, eadẽ figura fieri extremis syllabis demptis. Optandi, ut uiuatur, ametur, uiueretur, amaretur: Imperãdi, &c. qui Varronis locus locupletissimus testis est etiam Ciceronis ætate fuisse cognita verba, quæ posteri Impersonalia nominarunt. Gellius lib. 15. cap. 13. more nostro locutus est. Veritum, inquit, sicut Puditum, Pigitum non personaliter per infinitum modum dictum esse non à uetustioribus tantum uidemus, sed à M. quoq; Tullio in 2. de Fin. Primum, inquit, Aristippi, Cyrenaicorũq; omnium, quos non est ueritum in ea uoluptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret, summum bonum ponere. Hæc ideo attulimus, ut intelligeremus non eße hoc uerborum genus à iunioribus grammaticis confictum. Qui impersonalia de medio sustulerunt, non satis eorum naturam, uimque uocabuli videntur perspexisse. Non enim ita impersonalia appellantur, vt In, præpositio priuationem nominatiui personæ, ut uocant, agentis, uel patiẽtis declaret, vt vulgo persuasum est. sed ideo impersonalia, siue species declinationum, quæ habẽt tempora, sine personis à Varrone dicuntur, propterea quod priuantur præcipuis personis, hoc est prima, & secunda: atq; ita se rem habere ex eodem Varrone suo loco apertissimè demonstrabimus. Qua de re hoc loco ne uerbũ quidẽ faciat præceptor, qui suis auditoribus consultum uolet. Agẽtis, & Patientis uoces, quas plerique huic pręcepto addunt, consulto prætermisimus, tum quòd parũ faciant ad eius cognitionem, tum uel maximè, ne cui ansam præberemus philosophandi, non sine temporis iactura, & puerorum cruciatu.

AP-

APPENDIX.

Prima, & ſecunda perſona fere non explicantur, niſi cum diuerſa ſtudia ſignificamus.

Autor ad Herennium, Ego capitis mei periculo patriam liberaui, vos liberi ſine periculo eſſe non curatis? *Lib. 4.*

Aut cum, plus ſignificamus, quam dicimus: Idem, Tu iſtud auſus es dicere? *Ibidem.*

Cicero in Verrem, Tu innocentior, quam Metellus? Tu, plus ſignificat, quam verbum ipſum per ſe declarat. *Act. 5.*

Hic, ne, aut Diſcretionis, aut Emphaſis nomine terreantur tyrones, rem teneant, vocabula diſcent ſuo tẽpore. Admoneantur ſæpenumero, ne tertio quoque verbo, ut fit, Ego, Tu, Nos, Vos, non ſine nauſea effutiant. Alijs præterea de cauſis explicantur hæ perſonæ, quas veterum ſcriptis legendis uſus optimus magiſter docebit.

II. APPENDIX.

Verbum infinitum interdum partes nominatiui agit.

Cic. in Oratore, Oportere perfectionem declarat officij.

Terentius in Heaut. Non eſt mentiri meum.

Item verbum cum ſuo caſu. Cic. ad Marium, Vacare culpa magnũ eſt ſolatium. *Lib. 7.*

Brutus ad Atticum, Dolet mihi, quod tu non ſtomacharis. *Lib. ep. ad Brutum.*

Verba Apparet, Fallit, Fugit, Præterit, Latet, interdum loco nominatiui membrum orationis habent. Cic. 2. Phili. Non diſſimulat. P. C. apparet eſſe commotum, ſudat, pallet. Idem in Bruto: Legimus epiſtolas Corneliæ matris Gracchorum, apparet filios non tam in gremio educatos, quam in ſermone matris. Idem ad Att. libro 12. Apparebat illas literas nõ illius eſſe. Idem in Or. Quem quæſo noſtrum fefellit ita nos eſſe facturos? Liu. 1. bell. Mace. Non fefellit Achæos, quo ſpectaſſet tã benigna pollicitatio. Cic. ad Att. li. 7. de Dionyſio fugit me, ad te antea ſcribere. Idem ad Silium lib. 13. Non me præterit nos eam rem Epheſi expertos eſſe. Pli. lib. ſecundo ca. 20. Latet pleroſq; magna cœli affectatione compertum a principib. doctrinę uiris ſuperiorum triũ ſyderum ignes eſſe. Idem accidit nonnunquã verbis paſſiuis. Cic. de Am. Tarquinium dixiſſe fertur, tũ cum exul eſſet, ſe intellexiſſe, quos fidos amicos habuiſſet, quoſque infidos. Idem 5. Tuſc. Ex quibus bonorũ beatam eſſe uitã cõcluditur. Plin. lib. 8. ca. 32. Qualem fuiſſe traditur Q. Sertorij ceruam. Quod

idem verbo Videtur, vsu venit modo aperte. Cic. 5. Tusc. Nō mihi videtur ad beate viuendum satis posse uirtutem: modo obscure. Idem ad Att. li. 12. Velim aliquando, cum erit tuum commodum, puerum Lentulum inuisas, eique de mancipijs, quæ tibi videbitur, atribuas: deest enim, Attribuenda esse. Ad eundem ibidem, Quod Lētulum inuisis, valde gratū, pueros attribue ei, quot, & quos videbitur. deest Attribuendos esse. Plura eiusdem exempla adiungam, quæ Budæus in Comment. linguæ Græcæ affert, Pro Rab. Posth. Fit S. C. vt C. Marius. L. Valerius COS. adhiberent Tribunos plebis, & Prætores, quos ipsis uideretur. Idem in Frumentaria, Consulibus Senatus permisit, ut ui ni, & olei decumas, quas ante venderе in Sicilia Quæstores cōsueßent, Romæ venderent, legemque his rebus, quam ipsis videretur, edicerent. Cæs. lib. 4. bel. Gal. Ad hæc, quæ uisum est Cæsar respondit. lege Budæum, si voles plura.

III. APPENDIX.

Voces copulatæ sæpe verbum plurale desiderant.
.12. Cic ad Atticum, Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius.
Interdum singulari contentæ sunt; idem de Senec. Mens, & ratio, & consilium in senibus est.
.1. Nonnunquam omittitur coniunctio. idem ad Q. Fr. Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpissime.

Voces copulatas appellamus coniunctionibus copulatiuis vinctas. Hic nulla facienda est mentio syllepseos, aut zeugmatis, nec ægre ferat magister bene docendi studiosus, si tenelli auditores figurarum nomina ignorent, dummodo rem ipsam teneant. Sunt, qui non audeant vocibus copulatis verbum singulare attribuere: cum M. Tullius, alijque idonei autores quam frequentissime ita loquantur, maxime ubi de rebus inanimis est sermo. Cicero pro C. Rab. Virtus, & honestas, & pudor cum Consulibus esse cogebat. Idem de Senect. Mens enim, & ratio, & consilium in senibus est. Idem ad Q. Fr. lib. 3. Me iam & mare istuc, & terra solicitat. Idem ad Octauium, Nisi forte eos appello, quorum aures, atque animus a nobis abhorret. Idem ad Att. lib. 12. Mihi & res, & conditio placet. Idem ad Pompeium lib. 5. Scribam aperte, sicut & mea natura, & amicitia postulat. Idem pro Quint. Nū eo dico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides, & constantia. Idem ad Att. libro 7. Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piræa. Idem ad eundem lib. 16. Egit pater, & filius, ut tibi responderem. Idem pro domo sua: Vbi enim tuleras, vt aqua, & igni mihi interdiceretur? Idem ad Curionem libro 2. Dux nobis, & autor opus est. Omitto plura eiusdem testimonia. Cæs. libro 1. bel. Gal. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona, & Sequana diuidit, Salust. in Catil.

Libertas, & anima nostra in dubio est. Ibidem, Ne ista vobis mansuetudo, & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertetur. Ibid. Dispositis præsidijs, vti res, atque tempus monebat. Liu. 1. Vrb. Tum ætas viresq; tum auita gloria animum solicitabat. Varro 1. de Analog. Consul fuit Tullius, & Antonius. Quint. li. 6. c. 1. Affert in ijs momentum, & ętas, & sexus, & pignora. Plin. libro 9. c. 50. Piscium lupus, & trichias bis anno parit. Suet. in Claud. c. 30. Autoritas, dignitasque formæ non defuit stanti, vel sedenti. Curtius lib. 8. Persarum te uestis, & disciplina delectat. Poetæ etiam uerbo plurali aliquando utuntur intercedente præpositione, Cum, Virg. 1. Aen.

— Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.

Oratores singulari. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. Domitius cum Messala certus esse uidebatur. Idem 1. Catil. Occisus est cum liberis M. Fuluius consularis. Idem ad Att. 1. Tu ipse cum Sexto, scire uelim, quid cogites.

IIII. APPENDIX.

Verbum plurale nobiliorem personam sequitur,
Prima nobilior est, quam secunda, & tertia.
Secunda tertiæ anteponitur.

Cic. ad Terentiam, Si tu, & Tullia lux nostra valetis: ego, & suauissimus Cicero valemus. *Lib. 14.*

Hic vtuntur interdum oratores numero singulari, sed rarius. Cic. pro Rabi. Nam cum existerent nonnullæ, sed perpaucæ tamen sententiæ, quæ censerent, vt Tribuni, vt præfecti, vt comites omnes magistratum hac lege tenerentur: vos, vos inquam ipsi, & Senatus frequens restitit. Idem in Sal. Qui mibi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superet, cum uniuersi uos, populusq; Romanus frequens aduentu meo gratulatus est. Poetæ etiam intercedente præpositione, Cum, uerbum multitudinis præstantiori personę reddunt. Virg. secundo Aen. — diuellimur inde Iphitus, & Pelias mecum. Oratores uero uerbum nominatiuo reddunt, nulla habita ratione ablatiui. Cice. ad Att. libr. 3. Atque utinam iam ante uidisses nec totum animum tuum mœrori mecum dedisses. Quod idem & poetæ faciunt. Horat. in Art. poet.

Tu, quid ego, & populus mecum desideret, audi.
Ouid. 1. Fast. Tu quoque cum Druso præmia fratre feres.

Verbum personale infiniti modi postulat ante se accusandi casum. Cice. ad Att. Hunc quidem nimbum cito transiisse lætor. Terent. in Adelphis, Saluum te aduenire gaudemus. *Lib. 15*

De

De adiectiuis, & ſubſtantiuis.

Nomina adiectiua, Pronomina, & Participia cohęrent cum ſuis ſubſtantiuis, genere, numero, & caſu.

.6. Cic. in Verrem: Erat hyems ſumma, tempeſtas perfrigida, imber maximus.

6. Terent. in Eunucho, Ille bonus vir nuſquam apparet. Curtius Parua ſæpe ſcintilla contempta, magnum excitauit incendium.

Participia Factus, Creditus, Dictus, Dicendus, Viſus, Appellatus, & cætera eiuſdem generis, ſi inter duo ſubſtantiua ponuntur, non continuo cum præcedente conſentient. Quis enim ſic audeat loqui? Reip. peſtis a Cicerone appellata eſt Antonius. Furiam à M. Tullio, aiunt, dictam Clodium. Nec itidem ſi poſt utrunque collocentur, cum alterutro conſentire poterunt, niſi quis exiſtimet (ne à propoſitis exemplis recedamus) bene Latine dici, Reip. peſtis a Cicerone Antonius appellata eſt: Quid igitur obſeruandum? Ego ſic exiſtimo, habendam eſſe rationem, quod ad conſtructionem attinet, non collocationis uerborum, ſed ipſarum rerum; ut enim permutatis uerbis nõn mutatur ſenſus, ita nec conſtructionis ratio. Itaque quocunque modo diſponantur ſubſtantiua, eadem erit conſtructio. Antonius à Cicerone appellatus eſt reipub. peſtis, hic eſt rerum ſimplex ordo. Commuta, verſa, ut libet ſubſtantiua, muta quadrata rotundis: Antonius, & participium Appellatus ſemper cohærebunt. Liu. lib. 6. bel. Mace. Ludiq; ob dedicationem facti, quos primos ſcenicos fuiſſe Valerius Antias autor eſt, Megaleſia appellatos. Idem lib. 8. bel. Pun. Cære porcus biceps, & idem magnus, idemque fœmina natus erat. Plin. lib. 3. c. 5. Dein Puteoli colonia Dicæarchia dicti. Ibidem, Oppidum Pæſtum Gręcis Poſidonia appellatum. Iuſtin. lib. 1. de Semiramide, Sic, inquit, primis initijs ſexum mentita, puer credita eſt. Non me fugit interim probatos ſcriptores aliter locutos fuiſſe: ſed tunc figurata eſt conſtructio. quos ita imitabimur, ut ab eorum veſtigijs ne digitum quidem diſcedamus, niſi uolumus in ſolœciſmum, aut eius ſpeciem incidere. Cic. 2. de Diuin. O delirationem incredibilem: non enim omnis error ſtultitia dicenda eſt.

Teren. in Phor. — nunquam ęque, inquit, ac modo
Paupertas mihi onus viſum eſt, & miſerum, & graue.

Liu. lib. 1. ab Urb. Gens uniuerſa Veneti appellati. Idem lib. 9. bel. Pun. Populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, lectiſterniumque, & ludi fuere Megaleſia appellata. Illa, Neſcio quid abſente nobis domi turbatũ eſt: Triſte lupus ſtabulis. Dulce ſatis humor: Et quæ ſunt eiuſdem generis, ad Figuratam conſtructionẽ, vel potius Helleniſmum ſpectant: quare reſeruentur ſuis locis.

APPENDIX.

Subſtantiua coniuncta fere adiectum multitudinis requirunt.

Liuius.

Liuius. Hipprocrates, & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis. *Bel. Pun. 4.*

Quod si adiectiuum singularis sit numeri, cum viciniore substantiuo genere, numero, & casu consentiet. Q. Cicero de Petitione Consulatus. Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum superbia, multorum odia, ac molestia perferenda est. Terentius in Eunucho. Viden' ocium, & cibus quid faciat alienus?

Coniuncta appellamus substantiua, quæ connexiua coniunctione colligata sunt, sic Paulus Iureconsultus li. 50. Pande. De Verbo. signifi. Oratio, inquit, quæ neque coniunctionem neque disiunctionem habet, ex mente pronuntiantis, vel disiuncta, vel coniuncta accipitur. Idem ibidem, Sæpe ita comparatū est, ut & coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro cōiunctis. Nō nunquam singulare adiectiuum, &c. plurib. substantiuis redditur, ita tamen, vt cum uiciniore cohæreat. Cic. de Vniuer. Nox igitur, & dies ad hunc modū, & ob has generata causas vnum circuitum orbis efficit. Idem in Pis. Lex Aelia, & Fusia euersa est, propugnacula, murique tranquillitatis, & ocij. Poetæ substantiuis præpositione, Cum, copulatis plurale adiungunt suo iure. Ouid. 2. Met. Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat.

II. APPENDIX.

Adiectiuum plurale præstantius genus sibi vendicat. Virile præstantius est muliebri, & neutro.

Terent. in Andria, Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre.

Liuius. Decem ingenui, decem virgines patrimi omnes, matrimique adhibiti. — Idem, Consilia, populi, exercitus vocati. *Bel. Macedo. 1.* *Ab Vrb. j*

Virg. — cæsosque reportant
Almonem puerum, fœdatique ora Galesi. *Aen. 7.*

Neutrum muliebri præfertur, præcipue cum de rebus inanimatis sermo est.

Sallustius, His genus, ætas, eloquentia, prope paria fuere. Idē. Diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt. *In Catil. Ibidem:*

Adiectiuum fœmininum interdum respondet uiciniori substātiuo pluralis numeri. Liu. 7. bell. Mac. Hoc S.C. literæq; a Sp. Posthumio Prætore in Hetruriā missæ sunt. Lucanus tamen lib. 1. (si locus non est vitiosus) aliter locutus est:
— mensuraque iuris
Vis erat, hinc leges, & plebiscita coacta.
Quo exemplo quidam adducti arbitrati sunt neutro generi in uniuersum, fæ-

mininum

mininum præstare: alij vero tum demum muliebre neutrali anteponunt, cum de rebus animatis agitur, vt Lucretia, & eius mancipium sunt castæ: alij paulò pressius docēt, nimirum id fieri (si tamen vnquam reperiatur) cum participium adhibetur, vt allocutus sum matres vestras, earumq; mancipia, vestri desiderio flagrantes. Sed cum veterum testimonijs id minimè doceant, resq; in dubio sit, tutius fuerit circuitione vti hoc modo, Lucretia castissima fuit, qua uirtute etiam eius mancipium floruit, aut ornatum fuit, aut quid simile. Liu. libr. 8. ab Vrb. figuratè masculino usus est Latium (inquit,) Capuaq; agro multati: non enim ad vocem, sed intellectum retulit, hoc est, Latini, & Campani. Vide Budæum in Comment. Linguæ Græcæ. Poetæ suo more etiam intercedente præpositione, Cum, numerum multitudinis, generisq; præstantiam amant.

Ouid. 3. Fast. *Illia cum Lauso de Numitore sati.*

III. APPENDIX.

Cum substantiuis rerum inanimatarum plerunq; iungitur neutrum multitudinis. Liuius,

l. Ma. 7. Ira, & Auaritia imperio potentiora erant. Idem:

em. 5. Formijs portam, murumque de cęlo tacta nunciatum est. Idem

b Vr. 1. Iam ludi, Latinæq; instaurata erant.

Ne forte suspiceris apud historicos tātum reperiri hoc genus loquēdi, unū, atq; alterum locum ex Cicerone afferam. 1. de Off. Quam similitudinem natura, ratioq; ab oculis transferens multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consilijs, factisq; conseruanda putat. Idem 5. Tusc. Quamobrem cum sessiones, & flexi, fractiq; motus, quales proteruorum hominum esse solent, contra naturam sint, ita ècontrario moderati habitus affectiones, usufq; corporis apta esse ad naturam uidentur. Cum post neutra, masculina multitudinis ponuntur, solet Cicero, cum masculinis iungere adiectiuū. In Catil. 4. Video P. C. in me omnium uestrum ora, atq; oculos esse conuersos. Idem Som. Scip. Consilia, cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Idem ad Att. li. 1. fœminino plurali uiciniori reddidit adiectiuum. Nobis inter nos nostra siue incommoda, siue uitia, siue iniurias esse tolerādas. Prætermitto illud Solini c. 43. Polypus, & Chamæleon glabra sunt. Nam hic autor non omnibus facit satis. Quo pacto Plin. li. 9. ca. 28. uidetur locutus. Mollia sunt Loligo, Sepia, Polypus, & cætera eius generis. Nisi mollia subaudias genera, dixerat enim Sūt autem tria genera in primis, quæ mollia appellantur. In his neutrum iungitur cum masculinis rerum animatarum, quod mox in relatiuis uidebis. Seruatur interdum simplex constructionis ratio. Quint. lib. 1. cap. 10. transeamus id quoque, quod Grammatice quondam, ac Musice iunctæ fuerunt. Iustin. libr. 9. Misericordia, & perfidia in eo pari iure dilectæ.

RE-

Relatiuum Qui, quæ, quod concordat cum antecedente in genere,& numero.

Cic. ad Tironem, Nemo nos amat, qui te non diligat. Idem ad Terentium, Accepi ab Aristocrito tres epistolas, quas lacrymis prope deleui. Idem ad Atticum, O te ferreum, qui illius periculis non moueatis. Item pronomina Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, & Idem, cum fiunt relatiua. Idem ad Att. Eunti mihi Antium, venit obuiam tuus puer, is mihi literas abs te, & commentarium consulatus mei Græce scriptum reddidit. Lib. 16. Lib. 14. Lib. 3. Lib. 2.

Si plura antecedant substantiua coniunctionibus ligata idem obseruandum est in relatiuis, quod paulo ante de adiectiuis dictum est. Cic. 1. Off. Propter summã & doctoris autoritatem, & vrbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. Idem ad Q. Cæcilium lib. 3. ad Att. Sed tibi venire in mentem certo scio, quæ vita esset nostra, quæ suauitas, quæ dignitas, ad quę recuperanda per fortunas incumbe. Idem 2. Phil. Repetebant præterea Deos penates patrios, aras, focos, larem suum familiarem, in quæ tu inuaseras. Interdum redditur Relatiuum viciniori substantiuo. Idem in Pis. Mihi non venerat in mẽtem furorem, & insaniam optare vobis, in quam incidistis. Liu. 7. bel. Maced. Oppida, vici, castella, agri, qui ad Psidiam vergunt. Cæsar masculinis, & fœminino rerum animatarum Relatiuum neutrum reddidit. 5. bel. Gall. Leporem, & gallinam, & anserem gustare fas non putant, hæc tamen alunt animi, voluptatisque causa. Vbi non speciem, sed genus Animal respexit. Hæc tamen animalia alunt. Quidam personam addunt, in qua etiam relatiuum cum antecedente consentiat, negant alij addendam, quod nullam certam personam includat prouocabulum, siue relatiuum, vnde a veteribus infinitum pronomen appellatum sit: qua de re supra in Rudimentis satis dictum est. Hæc & eiusdem generis quæstionibus prætermissis, multis propositis exemplis exerceantur pueri quam studiosissime. nullusque præter mittatur dies, quin aliquid Latine scribant: ita enim fiet, vt breui magnos faciant progressus. Assuescant denique potius emendate loqui, & scribere, quã barbare disputare. Illæ vero concertationes, in quibus de limanda oratione, de orthographia, de notandis vitijs agitur, maxime sunt utiles: nam & animos excitant, alacrioresque reddunt, & ingenia alunt. Illud Plinij lib. 12. c. 35. Nube grauida candidante, quod uocant Tempestatem albam, grando imminebit: & alia id genus Figuratæ constructioni reseruauimus. Illud pene me fugerat, Orationis mẽbrum interim uice antecedẽtis poni, idq; in neutro genere Cic. ad Att. 2. Pompeius, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit. Idem pro Cornelio, Vnum obijcitur, natum esse Gadibus, quod nemo negat.

Sui,

Sui, & Suus quidam ijs relatiuis, quæ posuimus, addunt, sed cum sint reciproca, in suum locum differantur.

APPENDIX.

Relatiuum Qui, Quę, Quod, cum antecedenti pręponitur, cum
Libr. 9. eodem genere, numero, & casu, perquam venuste cohæret.

Cicero pro Sylla, Quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi. Idem ad Atticum: Quos cum Matio pueros & Trebatio
Li. 12. miseram, epistolam mihi attulerunt. Idē in prima Tusculana: Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Idem ad Atticum Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus.

IN oratione, plena, omnibusque suis numeris absoluta, antecedens nomen, & præit, & subit relatiuum. Cic. ad Quintum Fratrem lib. 3. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro eo. Idem pro Rab. perduel. reo. Sed tu causam suscepisti antiquiorem memoria tua, quæ causa ante mortua est, quam tu natus esses. Autor ad Heren. lib. 1. Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quæ res ad vsum ciuilem. &c. Cæsar li. 1. Bel. Gal. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire posset. In his exemplis atque alijs, quibus, ne longus sim, supersedeo, Antecedens non modo præcedit, sed etiam sequitur Relatiuum: hoc tamen inter prius, & posterius interest, quod illud numero & casu cum Relatiuo consentit: hoc vero genere, numero, & casu. Præterea hoc quam sæpissime comittitur: illud rarius; atque ea lege, vt alterum necessario maneat. Cic. ad Att. li. 13. Ad Cęsarem quam misi epistolam, exemplum eius fugit me tum tibi mittere: Nam plena oratio est, exemplum eius epistolæ, quam epistolam misi ad Cęsarem, fugit me tum tibi mittere. Liu. li. 9. dec. 4. Quem ceperant exules montem, herbidus, aquosusque est; Iusta oratio est, Mons, quem montem ceperant exules, herbidus, aquosusque est. Potest & per interrogandi, & dandi casus genus hoc dicendi efferri, ita tamen vt inter Relatiuum & Antecedens aliquid interponatur, vt Quarum Plato artium fuit peritissimus, sum ipse penitus ignarus. Quibus operam das disciplinis diligentissime, frater tuus pro nihilo ducit. Nonnunquam in hoc loquendi genere verborum ordo perturbatur, atque fit oratio durior, ponam vnum exemplum, quo res fiat planior, Vrbs, quam vrbem statuo, vestra est: oratio est plena atque iusta; aufer Antecedens, quod pręit Relatiuum sic, Quam vrbem statuo, vestra est perelegāter es locutus. Inuerte verba sic, Vrbem quam statuo, vestra est: paulo durius locutus es, Latine tamen. Itaque in hac, & similibus locutionibus non ponitur casus pro casu, sed inuertitur. perturbaturque verborum ordo. Sed de his in Figurata constructione.

Quod si inter duo substantiua ponatur, cum alterutro consentire poterit, etiam si alterum proprium sit. Sallustius, Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. Curtius, Darius ad eum locum, quẽ Amanicas Pylas vocant, peruenit. Catil. Libr. 3.

Proprium substantiuum non rapit ad se relatiuum, vt quidam arbitrantur. Cic. 2. de Nat. Propius a terra Iouis stella fertur, quæ Phaeton dicitur. Liu. libro 6. belli Maced. Herculi sacrificium fecit in loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus eius Dei sit crematum, appellant.

II. APPENDIX.

Quantus, Qualis, & cætera id genus nomina, cum relatiua fiunt, non cum antecedente, sed cum consequente substantiuo genere, numero, & casu consentiunt.

Cic. ad Cassium, dixi de te, quæ potui, tanta contentione, Quãtum, forum est. Libr. 12.

Idem in Bruto, Vtinam in Tiberio Gracchio, Caioq; Carbone talis mens ad remp. bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit.

Decem sunt, quæ relatiua Accidentis vocant, Quantus, Qualis, Quot, Quotus, Quoteni, Quotuplus, Quotuplex, Quotennis, Cuius, cuia, cuium, Cuias, quorum, exceptis primis duobus, fere, quod ad rem attinet, nullus est vsus. Quare puto hæc dissimulanda esse: quorsum enim miseri pueri sine causa cruciabũtur? Nolim hic nimium solicitum præceptorem de vocabulorum ratione, cur hæc Accidentis: illa, de quibus supra diximus, Substantiæ uocentur. Nisi vero etiam Categoriæ Aristotelis sint explicandæ. Sint itaque contenti adolescentes syntaxeos cognitione: substantiam, & accidens relinquant dialecticis. Aut certe vno verbo explicẽtur: substantiæ vocari relatiua, quod nomina substantiua referant, accidentis vero, quod adiectiua. Quatuor illa. Alter, Alius, Reliquus, Cætera, cæterum, quæ diuersitatis relatiua quidam appellant, alij vero in partitiuis nominib. adnumerant, eiusdem sunt ingenij. nam neglecto antecedente consequens amplectuntur, vt Pueri ingenui verecũdiam amant: cæteraque animi ornamenta.

III. Apendix nominatiuo, & verbo: adiectiuo, & substantiuo; relatiuo, & antecedenti communis.

Nominatiuus, & verbum: adiectiuum, & substantiuum: relatiuum, &

& antecedens interdum, maximè apud hiſtoricos, & poetas ſenſu, & ſignificatione conſentiunt, quanuis voce diſcrepent.

Aen. 1. ~~Virgilius. Pars in fruſta ſecant, verubusq; trementia figunt.~~

Bel. Macc. 7. Liu. Pars in iuueniles luſus verſi, pars veſcentes ſub vmbra, quidam ſomno etiam ſtrati.

Teren. in Andria. Vbi illic eſt ſcelus, qui me perdidit.

In conſtructione propriè ſpectantur voces: aliquando tamen ſcriptores potius ſignificationis, ac ſenſus rationem habentes quam vocum, diuerſos numeros, atq; genera coniungunt, verbi cauſa: Pars in fruſta ſecant. Pars ſingularis eſt numeri, ſi vocem ſpectes, at pluralis, ſi ſignificationem: nam, Pars, aliquot ſignificat ex Troianis: merito igitur ei datum eſt verbum multitudinis, Secant: Item pars generis eſt fœminini, ſi vocem attendas: ſi uero ſenſum, ac ſignificationem cõſideres, ſæpe maſculini eſt generis. Pars in iuueniles luſus verſi. Idem 1. ab Vrbe maxima pars, ut ante dictum eſt, ab equitibus in flumen acti: ſiquidem, Pars, milites ſignificat in iuueniles luſus uerſos, & in flumen actos. Idem 2. ab Vrbe, Cætera multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti. Scelus eodem modo, & Senium, cum maſculinis adiectiuis, aut relatiuis adiunguntur, ſceleſtum, & ſenem ſignificant. Terent. in Eunuch.

Vt illum dij deaq́; ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt.

Denique huius loci ſunt nomina, quę numero ſingulari multitudinẽ ſignificant, vt Turba, Populus. Ouid. 2. Faſt.

Thura ferant, placentque nouum pia turba Quirinum,
Et patrias aras, militiamque colant.

Teren. in prol. Hecyre. — populus conuolat,
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.

Præterea nonnulla partitiua, cuiuſmodi ſunt Quiſq;, Vterq;, Neuter, Vter, Alter, Alius, Aliquis. Liu. 1. ab Vrb. Pro ſe quiſq; ſcelus regiũ, ac uim queritur, Idem 2. Miſſi confeſtim honoratiſſimus quiſque ex Patribus. Plaut. in Amph. Vterque deluduntur. Idem Menæh. Vter meruiſtis culpam? Idẽ ibidẽ,
— quoties tandem edixi tibi,
Vt caueres, neuter ad me iretis cum querimonia? Plin. li. 2. c. 30. de formicis agens, Ex diuerſo conuehunt altera alterius ignara. Vir. 2. Aen.
Aſcaniumque, patremque meum, iuxtaque Creuſam,
Alterum in alterius mactatos ſanguine cernam.

Sall. in Catili. Inertia, & mollitia animi alius aliũ expectantes cũctamini. Curt. li. 5. Niſi mutuo eſſemus miſeri, olim alius alij potuiſſemus eſſe faſtidio. Terent. in Adelph. Aperite aliquis actutum oſtium. Donatus in hunc ita ſcribit. Aliquis, vim habet pluralem, quamuis ſingulariter dicatur, non enim eſt aliquis niſi de multis. Huc etiam ſpectãt uocabula, quæ poſitione quidẽ vniuę

sunt generis, significatione uero alterius, ut iã diximus, quale est & illud Curtij li. 4. Duo millia, in quib. occidendi defecerat rabies, crucibus affixi, per ingens litoris spatium pependerunt. & similia, quæ apud historicos legũtur. Hoc genus loquendi rarum est apud Oratores. Cic. 3. de Fin. Quod cum accidisset, ut alter alterum nec opinato uideremus, surrexit statim. Quin. 6. Declam. cum pater filiusq; de uinculis contenderent, & sibi quisq; carcerem uendicarent. Iuniores hic figuram Synthesin excogitauerunt ueteribus inauditam.

Substantiua continuata.

Substantiua continuata, quæ ad eandem rem spectant, casu concordant, quamuis genere, & numero aliquando dissentiant.

Marcus Tullius Cicero Publio Lentulo proconsuli salutem pluri mam dicit. *Lib. 1.*

Cæsar, Gallos ab Aquitanis Garumna flumen diuidit. Plinius ad Caninium, Quid agit Comum tuæ, meæq; deliciæ? *Bel. Gal. 1.* *Li. 1. Ep.*

Continuata substantiua dicuntur, quæ nulla coniunctione sunt uincta, quæ genere, & numero ut diximus, n[illegible] dissident. Cic. ad Att. li. 1. Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum [illegible] Cæcilius Ciceroni li. 8. Scito Semproniũ Rufum mel, ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse. Quin. li. 2. ca. 4. docet id, quod magis est commune, latiusq; patet, debere præcedere his uerbis: Quædam ordine permutato fiunt superuacua, ut fratres gemini: nã si præcesserit Gemini, Fratres addere non est necesse. Contra quod præceptum ueteres sæpe faciunt. Cic. 2. de Diuin. Proclus, & Euristhenes Lacedæmoniorum reges gemini fratres fuerunt. Liu. li. 1. ab Vrbe: In ore Tiberis Hostia vrbs condita. Idẽ li. 5. bel. Mac. Ad Tagum amnem ire pergunt. Idem 1. bel. Pun. Profectus ad Trebiam flumen collegæ coniungitur. Idem li. 4. dec. 5. Sita est in radicib. Ossæ montis. Cæsar una periodo docuit utrunque dici posse. 1. belli Gall. Initium capit à flumine Rhodano, continetur q; Garumna flumine. Quod ad casum attinet, interim alterum genitiui est casus Cic. ad Att. li. 5. Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu est. Vir. 3. Aen.

Et celsam Butbroti ascendimus urbem.

Quærunt hoc loco Grammatici utri potius substantiuo reddendũ sit uerbum, adiectiuum, & relatiuum, magis, an minus cõmuni. Ego quantum memini obseruasse, existimo, si alterũ proprium sit hominis, cum eo uerbum, cæteraq; consentire. Cic. Tulliola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat. Idẽ ad Mariũ lib. 7. Deliciæ uero tuæ noster Aesopus eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes liceret. Idem 1. Tuscul. Acerrimæ autem deliciæ nostræ Dicæarchus contra hãc immortalitatẽ disputauit. Idem pro Cor. Bal. Cum duo fulmina nostri imperij

perij subito in Hispania Cn.& P.Scipiones extincti occidissent. Idē de Aruſ. Quid.n.hunc perſequar, pecudem, ac beluam, pabulo inimicorū meorū corruptum? Si vero de alijs rebus agatur, ſæpiſſime video verbum adiectiuum, relatiuumq́; magis communi reſpondere. Liu.li.7.bel.Maced. De Solis vrbe, quę in Cicilia eſt, egerunt. Soli, Solorum nomen eſt vrbis. Idem li.3. ab Urb. Antium propinquam, & opportunam, & maritimam vrbem Coloniam deduci poſſe. Plin. de Viris Illuſt. Ludos conſualia ſimulauit, ad quos cum vtriuſque ſexus multitudo veniſſet, dato ſuis ſigno virgines raptæ ſunt. Pli.li.2. ca.52. Volſinij oppidum Tuſcorum opulentiſſimum totum concrematum eſt fulmine. Idem lib.3.c.5. Præterea autor eſt Antias oppidum Latinorum Apiolas captum à L.Tarquinio rege. Idem li.31.c.2. Tugri ciuitas Galliæ fontem habet inſignem. Liu. 2. ab Vrbe: Ita fuſi Volſi, Antiates, Corioli oppidum captum. Idem lib.9.bel.Mac. Ludi Tauritia per biduum facti religionis cauſa. Idem 5.ab Vrb. Pergo ad delendam vrbem Veios. Ibidem, Hic Veiorum occaſus fuit vrbis opulentiſſimæ Hetruſci nominis. Iuſtinus tamen li.6. ad proprium reſpexit, Ad cuius, inquit, emolumentum egregiè pertinere ratus, ſi ſibi Byzantium nobilem, & maritimam vrbem receptaculum, terra, marique ſuis copijs futurum in poteſtatem redegiſſet. Hanc Subſtantiuorum continuationem vocant Iuniores Appoſitionem, quam obſcuriorem reddiderunt, dum ſit ne figura altercantur, & particulas neſcio quas auidius perſequuntur.

Vtrinque nominandi caſus.

Omne verbum perſonale finiti modi vtrinque nominatiuum habere poteſt, cum vtrunque nomen ad eandem rem pertinet, cuiuſmodi maximè eſt verbum, Subſtantiuum, Vocatiuum, & alia quàm plurima.

Lib.2. Teren.in Phorm. Senectus ipſa eſt morbus.
Catil. Ci.de Off. de amicitia. Alio libro dictum eſt, qui inſcribitur Lęlius.
Lib.3. Sall. Virtus clara, æternaq́; habetur,
Phil. 2. Cic.ad Att. Ego viuo miſerrimus.
Idē in M. Antonium, defendi remp. adoleſcens, non deſerā ſenex.

HAEc præceptio complectitur uerba omnia perſonalia, cuiuſcunq; ſint generis, Actiua, Cic. pro Cor. Audiui hoc de parēte meo puer. Paſſiua, Idē de Or. Hoc nos ab iſtis adoleſcentibus facere inuiti, & recuſantes heri coacti ſumus. Neutra, Idē de Amic. Venio in Senatū frequens. Deponētia, & Communia ad hæc tria reuocantur, ut poſt dicemus Vir.7. Aen. Sic fatur lachrymans. Boni moriuntur læti. Sene. Thyeſt. Venenū in auro bibitur, expertus loquor. Pater diſcedentem filium amplexus eſt triſtis. Cū igitur hoc præcepto

omne

omne verborum genus contineatur, non est, cur hic, quæ Substantiui, aut Vocatiui vim habent, aut verba gestuum, aut similia addantur. Vocatiua verba vocant, Appellor, Vocor, Nuncupor, Nominor, Dicor, & si qua sunt de eodem genere. Illud mihi penè exciderat, quod plerique omnes grammatici tradunt, verbum substãtiuum, quod idem de vocatiuo dictum sit, cum inter duos nominandi casus diuersi numeri ponitur, consentire cum præcedenti, vt Adolescentes modesti sunt ornamentum iuuentutis. Cum verò post utrunque collocatur, cum propiori, vt Adolescentes modesti ornamentum est iuuentutis. Ciues flagitiosi sentina reipu. appellatur: quo pacto certè non ausim loqui sine idonei alicuius autoris testimonio: nam hæc solœcismi speciem præ se ferunt. Nec enim verborum mutatio constructionem mutat. Videndum itaque est utrum substantiuum sit verbi, vt ita dicam, basis, & fundamentum; nam cum eo verbum consentiet, vbicunque sit locorum. Verbi causa in hac oratione, ne longius abeamus, Adolescentes modesti sunt ornamentum iuuentutis, verbi basis, & fundamentum, quod suppositum vocant, est Adolescentes modesti, quocunque modo vertas hæc verba, semper verbum suum requiret suppositum: Ornamentum iuuentutis sunt Adolescentes modesti, Modesti Adolescentes ornamentum sunt iuuentutis: Reip. sentina appellantur ciues flagitiosi, Flagitiosi ciues reip. sentina appellantur. Sic Plin. lib. 33. c. 3. Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ. Liu. li. 1. bel. Pun. Captum oppidum cum ingenti præda: quanquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant, & in cædibus uix ullum discrimen ætatis ira fecerat, & captiui militum præda fuerant, tamen &c.

Luc. li. 3.	*Omnia Cæsar erat.*
Oui. 1. Metamor.	*Omnia pontus erat, deerant quoque littora ponto.*
Idem in eodem.	*Tum primum subiere domus, domus antra fuerunt.*
Idem 7.	*Gaudia principium nostri sunt Phoce doloris.*
Luc. li. 9.	*Sanguis erant lacbrymæ.*

Quod si aliter loquamur, figurata erit constructio, ut censet Budæus in commenta. linguæ Græcæ, ubi alterum Ciceronis, alterum Plinij locũ affert. In Pison. Exposui breuiter consulatum meum, aude nunc furia de tuo dicere, cuius fuit initium ludi Compitalitij tum primum facti post C. Marium Consulem. Vbi verbum ante duos nominatiuos ponitur. Pli. li. 4. ca. 4. de Peloponneso loquens, Angustiæ, inquit, vnde procedit, Isthmos appellatur. Vbi appellantur, vt ratio Grammaticæ postulat, legunt quidam. Alia præterea reperiuntur. Seneca li. 1. Epist. Magnæ diuitię sunt lege naturæ composita paupertas. Hic ut verum ingenuè fatear, non auderem aliter loqui. Cic. ultimo Parad. Contentũ vero suis rebus esse, maximę sunt, certissimęq; diuitiæ. Nulla melior, tutiorque præceptio est, quàm optimorum autorum vsus, quo præcepore securus loqueris, & scribes.

Nominatiuus post verbum infinitum.

Verbum personale infiniti modi post se nominatiuum petit, cum
Lib. 1. res ad nominatiuum præcedentis verbi pertinet.

Cic.de Na.Deo.Nolo esse longior.Idem pro Marcello, Malim videri nimis timidus,quam parum prudens.

Terent.Adelph. Pater esse disce ab alijs,qui ueré sciunt. Ibidem, Meditor esse affabilis.

Non solum hoc fit accedentibus uerbis optandi,sed alijs etiam. Autor ad Herennium li.4.Ego patriam liberaui,uos liberi esse non curatis? Senec. li.1. epi. Amicus mihi esse cœpi. Idem de Consol.ad Martiam,Perdidisti enim tot mala,si nondum misera esse didicisti.Cic. ad Cassium li.15. Eius consilij princeps ego fuisse uideor.Idem ad Att. 9. Amens mihi fuisse videor. Idem pro Sest.Nec Aristidis fuga,qui unus omnium iustissimus fuisse traditur. An res ad nominatiuum præcedentis uerbi spectet,facilè est cognoscere,exempli causa, Cæsar cupit esse rex. Quis cupit esse rex? Cæsar. Crassus studet uideri diues,Quis studet uideri diues? Crassus. Pertinet igitur Diues ad nominatiuum præcedentis uerbi,nimirum Crassus.

APPENDIX.

Si verba,Puto,Aio,Refero, & alia eiusdem significationis infinitum præcedant,durior efficitur oratio.

Lib.1. Lucan. Vtq; fidem vidit sceleris,tutumq; putauit
Iam bonus esse socer,lachrymas non sponte cadentes.
Effudit,gemitusq; expressit pectore læto.
Orator dixisset,Se bonum esse socerum.

Tutumq; putauit Cæsar,cum Pompeij caput oblatum est, iam bonus esse socer.Sic Catul. Phasellus ille,quem uidetis hospites,
Ait fuisse omnium celerrimus. Oui.13.Met.
Sed enim quia retulit Aiax Esse Iouis pronepos. Idē 2.de Trist.
Deme mihi studium,uitæ quoque crimina demes,
Acceptum refero uersibus esse nocens.
Hæc in soluta oratione uitabit puer,utaturq; accusatiuo.

II. APPENDIX.

At si accusatiuus antecessit, & sequatur necesse est.

Cice-

Cicero in Catilinam, Cupio P.C. me esse clementem: cupio in tantis reip. periculis non dissolutum videri. Orat. 1.

Idem in Bruto, Ego me Phidiam esse mallem, quàm vel optimum fabrum tignarium.

Nonnunquam subauditur præcedens accusatiuus. Curt. lib. 8. Octoginta talenta constituit daturum Alexander: pro, se daturum. Illud eiusdem, quod affert Budæus in comment. linguæ Græcæ; Ad vestras manus confugio, inuitis vobis saluum esse nolo, tam durum est, quàm quod durissimum. Hunc locum suspicor esse deprauatum, multò enim aliter hodie legitur lib. 6. Ad vestras manus, ad vestra arma confugio: inuitis vobis saluus esse nolo. Sic enim habent libri omnes, quos quidem legerim. Neque illud Ennij in Epicharmo apud Ciceronem 1. Acad. Quæst. ad rem videtur facere,

Nam videbar somniare me, & ego esse mortuum. est enim perturbatus sensus, pro Nam & ego videbar somniare me esse mortuum. Idem locũ Ciceronis pro Quint. affert. Nunc in causa superiori, ne vt par quidem sit, postulat, inferiorem esse patitur: Vbi ait desiderari, Se se. In libris tamen correctissimis legitur, inferiorem esse se patitur.

III. APPENDIX.

Infinitum Esse, accedente verbo Licet, dandi, vel accusandi casum post se postulat.

Cic. 1. Tusc. Licuit esse ocioso Themistocli, licuit Epaminundę.

Idem ad Att. Mihi negligenti esse non licet. Lib. 1.

Idem pro Flacco, Cur his per te frui libertate, cur denique esse liberos non liceat?

Idem pro Cornelio Balbo, Quod si ciui Romano licet esse Gaditanum siue exilio, siue reiectione huius ciuitatis, &c.

Interim deest datiuus. Cic. pro Liga. Liceat esse miseros, quanquam hoc victore esse non possumus. Idem ad Att. lib. 10. In Italia autem nos sedentes quid erimus? nam medios esse non licet. Infinitum, Esse, cum cæteris verbis, quæ datiuo gaudent, ferè accusatiuum habet.

Terent. Heaut. Expedit bonas esse nobis.

Idem Phorm. Nostrapte culpa facimus, vt malos expediat esse.

Quint. tamen lib. 11. cap. 1. datiuo vsus est. Oderit rerum, inquit, verba aucupantem, & anxium de fama ingenij, & cui esse diserto vacet. Illud vero Valerij lib. 5. c. 4. de Cimone minus vsitatum: Nã & si maximo tibi postea, & ciui, & duci euadere contigit, plus tamẽ aliquanto laudis in carcere, quã in Curia

ria assecutus es. Item li.3.c.6. L. quoque Sylla, cum imperator esset, chlamydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit. Illud loquendi genus, Tibi necesse est uiro forti esse, rarum videtur, quo tamen Liu.1.bel.Pun. vsus est in oratione Annibalis illis timidis, & ignauis esse licet: vobis necesse est fortib. uiris esse. Cum infinito, Esse, accedit verbũ Dandi, planè videtur poetica locutio. Ouid.8. Met. — vobis immunibus huius Esse mali datur. Horat. in Arte. — mediocribus esse poetis.

Non homines, non dij, non concessere columnæ.

Illa, videris mihi esse prudens: Videor tibi esse grauis, non sunt huius loci: nã nominatiuus Prudens, Grauis non ad datiuum pertinet, quod hic requiritur, sed ad nominatiuum verbi præcedentis, vt supra diximus. Cic.2. Philip. Nescio quid turbatus mihi esse videris.

Interrogationis, atque Responsionis consensus.

Interrogatio, & Responsio casu consentiunt. Cui præceptori dedisti operam? Platoni. Cuius est hæc oratio? Ciceronis. Quem existimas fuisse principem oratorum? Demosthenem. Quo morbo fuisti impeditus? Assidua febricula.

Certa dictionum proprietas in causa est, quo minus interrogatio, & Respõsio casu cohæreant, ut Cuius est hoc pallium? meum. Quanti emisti calamũ? quadrante. Hæc, & similia progrediente tempore discent adolescentuli. Quare ne hac exceptione terreantur.

DE CONSTRVCTIONE transitiua nominis.

Genitiuus post nomen substantiuum.

QVotiescunque duo nomina substantiua rerum diuersarum in oratione continuantur, alterum erit genitiui casus.

ib.2. Cic. in Pisonem, Supplicium est pœna peccati. Idem ad Cœlium, Mirum me desiderium tenet vrbis.

Idem de Amicitia, Maximum ornamentum amicitiæ tollit, qui ex ea tollit verecundiam.

Huc spectat omnis substantiuorum sylua, siue rem possessam, siue numerũ, siue mensuram significent, vt equus Alexandri: Par amicorũ: Modius tritici. Præterea verbalia in Tor, Trix, Sor, Vs, Io, ut Seruator patriæ: Expultrix

vitio-

vitiorum. Censor morum: Contemptus diuitiarum: Moderatio animi. Denique substantiua omnia continuata res diuersas significantia, quocunque nomine censeantur: neque de his admoneantur pueri, cum ad rem nihil faciant. Reus genitiuo, vel ablatiuo cum præpositione, De, gaudet. Reus audaciæ, auaritiæ, De ambitu, De vi, apud Ciceronem leguntur.

APPENDIX.

Adiectiua cum substantiuè ponuntur, more substantiuorum construuntur.

Cic. de Senectute, Tantum cibi, & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur.

Idē in Ver. Sicilia tota, si vna voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis vrbibus, sedib. delubris fuit, id mihi tu C. Verres eripuisti, atque abstulisti. *Act. 1.*

Pompeius ad Marcellum, & Lentulum, Vos hortor, ut quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. *Lib. 8. ad Att.*

Huius classis sunt Multum Plus, Plurimum, Tantum, Quantum, Minus, Minimum, Summū, Extremū, Vltimum, Postremū. Cic. ad At. li. 2. Terentia delectata est tuis literis, & impertit tibi multum salutis. Idem pro Mil. Vident, quantum in te sit animi, quantum ingenij, quantum autoritatis. Idē ad Toranniumli. 6. Præsertim cum rerū omnium mors sit extremum. Liuius li. 2. bell. Mac. Ad vltimum inopiæ sciret venturos. Cur. li. 8. Ad ultimum periculi peruenerat. Cic. 2. Phili. Pax est tranquilla libertas, seruitus postremū malorum omnium. Abdita rerum, Strata viarum, Occulta saltuum, Incerta fortunæ, & id genus alia ferè apud historicos, & poetas reperiuntur. Virg. 2. Aen. Obsedere alij telis angusta viarum. Liu. ad incerta fortunæ regio more venenum erat. Tacit. li. 18. Per angusta, & lubrica viarū flexerant. Idem li. 1. Præmisso Cæcinna, ut occulta saltuum scrutaretur.

GENITIVVS, VEL ABLATIVVS post nomen substantiuum.

Substantiua, cum ad laudem, vel vituperationem referuntur, genitiuo, vel ablatiuo gaudent.

Cic. ad Marcellum, Neque te monere audeo, præstanti prudentia virum: neque confirmare maximi animi hominem, virumque fortissimum. *Lib. 4.*

Plinius, Choromandarum gentem, vocat Tauron syluestrem. si-

ne voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentib. caninis.

Propoſita exempla utrunque caſum complectuntur. Hic uariabunt tyrones orationem, M. Tullius uir ſingularis ingenij. à M. Antonio crudeliſſimè trucidatus eſt. ſingulari uir ingenio Cicero miſerandum in modum interijt. Pueri tardi ingenij ſępe ingenioſis palmam pręcipiunt. Tardo ingenio pueri plerunque labore, & diligentia ingenioſos ſuperant.

Genitiuus poſt nomen adiectiuum.

Adiectiua, quæ Scientiam, Communionem, Copiam, & his contraria ſignificant, cum genitiuo iunguntur, vt Peritus, Ignarus, Particeps, Expers, Plenus, Inanis.

Cic. in Bruto, Fabius pictor & iuris, & literarum, & antiquitatis bene peritus fuit.

2. de Or. Idem. Antonius omnis eruditionis expers, atque ignarus fuit.

Lib. 5. Idem de Finibus, Virtutes ita copulatæ, connexęq; ſunt, ut omnes omnium participes ſint.

lib. 9. Idem ad Papirium: Stultorum plena ſunt omnia.

Ex eodem 1. de Orat. Omnia plena conſiliorum, inania verborum videmus.

Hoc loco quàm plurima nomina à Grammaticis recenſentur, delectu tamẽ opus eſt, alijs enim Oratores, alijs hiſtorici, & poetæ frequentius vtuntur. Doctus, Indoctus, Ignarus, Rudis, Callidus, Prudens, Imprudens, Neſcius, Inſcius, Ceruus, Incertus, Conſors, Exors, Compos, Impos, Immunis, Inſons, Inſolens, Inſuetus, Diues, Largus, Liberalis, Benignus, Prodigus, Fœcundus, Plenus, Refertus, Fertilis, Pauper, Egenus, Inops, Indigus, Parcus, Sterilis, Nudus, Vacuus, Truncus. Gellius lib. 13. cap. 12. Iuris ciuilis doctum. Plin. lib. 25. cap. 2. Doctiſſimos Grammaticæ artis.

Horatius de Arte, Indoctusque pilæ, diſci ue, trochiue quieſcit.

Cic. pro Flac. Homines imperiti rerum, omnium rudes ignariq́. Idem in Brut L. Siſenna doctus vir, & optimis ſtudijs deditus, bene Latine loquens, gnarus Reip. Columel. lib. 2. cap. 2. Calidiſſimi ruſticarum rerum genera terreni tria eſſe dixerunt. Liu 4 bel. Mace. Quæ minus infida, ac trepida fuiſſet, ni Achæi locorum prudentes inſtituiſſent. Idem ibidem, Commercio eorum Hiſpani imprudentes maris gaudebant.

Terent. Eunuch. Imprudens harum rerum, ignarusq́; omnium.

Plin.Ep.176. Accedit lachrymis meis, quòd absens, & impendentis mali ne sciꝰ, pariter ægrum, pariter decessisse cognoui. Cice.in Brut. Socrates se omnium rerum inscium fingebat, & rudem. Quint.lib.4.c.2. Iudex quàm primum certus esse sententiæ cupit. Certior genitiuo, vel ablatiuo cum præpositione, De gaudet, Cic.ad Att.lib.3. Faciam te consilij nostri certiorem. Idem ad Sulpit. lib.4 Cum te tranquilliori animo esse cognouero, de ijs rebus, quæ hic geruntur, certiorem faciam. Liu.2.ab Vrb. Tubero incertus veri est. Idē, Non quia incertus sententiæ fuerit. Cic.pro Flacco, Nam fratres quidem con sortes sunt mendicitatis. Liu.2.bel.Pun. Se omnis culpę exsortem, omnis euentus participem fore diceret. Cicer.

Phil.2. Tu mentis cōpos es? Idem Att.9. Sum, Sum, mihi crede mentis compos. Plaut.Capt. Eripite quæso isti gladium, quæ sui est impos animi.

Senec. de Vita beata cap.26. Animus vitiorū immunis. Quintil. Declam.9. Quis crederet inter duos amicos, quorum alterum immunem malorum omniū fortuna faceret, alterum, &c. Liu.4. bel. Maced. Insontes cōsilij publici. Cic. Att.2. Itaq; amicus ille noster insolens infamiæ. Ibid. Tā insuetus cōtumeliæ. Solin.cap.54. Opulenta, ac diues urbium: & cap 68. Variarum opus diues. Virg.lib.9. — diues pictai vestis, & auri. Idem lib.11. Largus opum. Sallust. Catil. Laudis auidi, liberales pecuniæ. Horat.1.Ep. — uini, somniq; benignus. Idem 1.Carm.Ode 12. animæ prodigus. Tacitus in agricol. frugum fœcundus. Plenus apud Ciceronem ferè interrogandi casum postulat. Pro Fonteio, Referta Gallia negociatorum est, plena ciuium Romanorum. aliquando etiam ablatiuum, vt suo loco dicemus. Liu.3.ab Vrb. Fertilis hominum, frugumque Gallia. Hor. 2 Serm. Sat. 3. Argenti, & auri pauper. Liu. 9.ab Vrb. Omnium egena corpora humi prostrauerunt. Cic. de Sene. Tum intelligitur quā fuerint inopes amicorum. Plin. lib.8 c.40. Stipendiorum indigna. Tacit. lib. 19. Ciuium sanguinis parcum credidere. Idem 17. Seculum virtutum sterile, Quint.lib.4.cap.1. Asperitas nuda quæstionum.

Terent.Heaut. Sine me, uacuum tempus ne quòd dem mihi laboris.

Virg.4 Georg. — & uisenda modis animalia miris Trunca pedum primo. Horum nonnulla etiam cum ablatino iunguntur, de quibus suo loco dicemus.

Item quædam in Ax, Ius, Idus, & Osus, Philosophus tenax recti, nullius culpæ conscius auidus virtutis, studiosus literarum. Quibus adde Memor, Immemor, Securus: vt Memor beneficij, Immemor iniuriæ, Securus rumorum.

Quintilianus, Tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percipimus. Ci.in M.Antonium, Huius rei ne posteritas quidem omniū sæculorum immemor erit. *Lib.1. 1. Phi. 2.*

Idem ad C. Antonium, Cum T. Pomponius homo omnium meorum *Lib.5.*

meorum in te ſtudiorum conſcius, tui cupidus, noſtri amantiſſimus ad te proficiſceretur, aliquid mihi ſcribendum putaui.

Non omnia, quæ in has ſyllabas exeunt, patrium caſum admittunt, ſed certa quædã, eaq́, partim ſunt oratoria, partim hiſtorica, & poetica: id quod optimus magiſter vſus te docebit. Capax, tenax, rapax, ferax, edax conſcius, dubius, anxius, prouidus, cupidus, auidus, curioſus, incurioſus. Senec. ep. 7. Parum tenax recti. Idem 6. de Beneficijs, Me tempeſtas occupauit, portus, ac præſidij dubium. Plin. lib. 25. cap. 2. Medicinæ peculiariter curioſus. Plinius Iunior Ep. 173. Ita natura comparatum eſt, vt proximiorũ incurioſi, longinqua ſectemur. Quint. lib. 8. In quod ſæpe etiam incidit Cicero ſecurus tam paruæ obſeruationis. Seneca de vita beata cap. 26. Sapiens viuit præſentibus lætus, futuri ſecurus. Trepidus rerum ſuarum, Timidus lucis, Floridus æui, Feruidus ingenij, Validus animi, Deuius æqui, Egregius facti, Dubius animi. Multa præterea, quæ certis locis comprehendi non poſſunt, vt Præceps animi, Integer vitæ, Sceleris purum, Ambiguus conſilij, inglorius militiæ, Immodicus iræ, Feſſus belli, Laudis auarus, Tenuis opum, quæ promiſcuè à Grammaticis numerantur inter ea, quæ genitiuo adhærent, ferè ad hiſtoricos, & poetas ſpectant. Seneca, qui proxime accedit ad hiſtoricos lib. 21. de Vita beata, Abduntur, inquit, in aliquas rimas timida lucis. Idem cap. 6. Beatus eſt ergo iudicij rectus. Illud 2. de Inuent. quod affert Budæus in Commentarijs linguæ Græcæ: Hoc autem ipſum genus erit eo firmius, ſi eo ipſo in genere, quo arguetur, integer animi fuiſſe demonſtrabitur, in nullo prorſus libro reperi, ſed pro Animi, Antea, ſic: Integer antea fuiſſe demonſtrabitur.

PARTITIVA.

lib. 1. Partitiua genitiuo multitudinis gaudent.

Cic. de Natu. deorum, Elephanto belluarum nulla prudentior.

lib. 2. Idem de Senectute, Minus habeo virium, quam veſtrum vteruis.

Idem ad Quintum Fratrem, Domus vtriuſque noſtrum ædificatur ſtrenuè.

Partitiuum nomen eſt, quod ſignificat multa ſigillatim, vt Quiſque, Vnuſquiſque, Vterque, Neuter, vel vnum è multis, vt Alter, Alius. Hæc partim ſunt vniuerſalia, vt Nemo, Nullus: partim particularia, vt Quidã, Aliquis. partim interrogatiua, vt Quis, Vter? partim infinita, quæ eadẽ ſunt, quæ interrogatiua cũ ſcilicet nihil quærunt, vt Neſcio quis veſtrum loquatur. Ignoro vter veſtrum ſit doctior. Verum cum pueri has finitiones, diſtributionesq́ vix vnquam teneant, nõ video, cur eis hæc ſint inculcanda. Fortaſſe commodius

dius fuerit, quæ maximè Partitiua sunt, habere in promptu, ordine elementorum, Alius, Aliquis, Alter, Alteruter, Nemo, Neuter, Nullus, Quis, Quicunque, Quidam, Quilibet, Quisquis, Quiuis, Quispiam, Quisquam, Quisq;, Solus, Vllus, Vnusquisque, Vter, Vterque, Vtercunque, Vterlibet, Vteruis.

Item numeralia nomina. Liu. Imperium summum Romæ habebit, qui primus vestrum ò iuuenes osculum matri tulerit. Curtius, Octoginta Macedonum interfecerunt. Idem ibidem, Nolo singulos vestrum excitare. *Ab Vrb. 1.li.8.*

Denique quæcunque adiectiua partitionem significant, interrogādi casum possunt admittere. Cic. de Senect. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ.

Liuius, Macedonum ferè omnibus, & quibusdam Andriorum, vt manerent, persuasit. Curtius, Cum paucis amicorum ad Leonnatum peruenit. *Bel. Ma. 1.lib.10.* *lib. 8.ca.*

Plin. Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. 48.

Nonnunquam substantiua maximè apud Plinium hanc constructionem admittunt lib.10.c.6. Volucrum animal parit Vespertilio tantum lib.6 cap. 50. Priscum Lupus & Trichias bis anno parit. Nisi forte quis dicat audiendum nomen partitiuum Solus. Numeralia frequentissimè cum suis substantiuis copulantur; Septimus Rex Romanorum: Duo milites: Singuli duces.

SVPERLATIVA.

Si multa eiusdem generis comparentur, vtendum est superlatiuo cum genitiuo plurali.

Cic. 5. Tusc. Theophrastus elegantissimus omnium philosophorum, & eruditissimus, non magnopere, reprehenditur, cum tria genera dicit bonorum.

Plin. Demosthenes summus oratorum Græciæ. *cap. 1. lib. 33.*

Hic, vt perspicuum est, comparantur multa eiusdem generis, nam & Theophrastus vnus fuit ex omnibus philosophis, & Demosthenes de Oratoribus vnus: sic enim Laurentius, quæ sunt eiusdem generis, explicat. Passim apud Cic. & cæteros scriptores inuenies genitiuum, Omnium, cum superlatiuo, quod quidam videntur negasse, captiosis nescio quibus conclusiunculis circunscripti. Idem ad Brut. libro 11. Dij isti Segulio malefaciant homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Interim conferuntur res diuersi generis maximè accedente aduerbio, Non solum. Cicer. pro Domo sua, Hoc tu scriptore, hoc consiliario, hoc ministro omnium non bipedum

bipedum solum, sed quadrupedum impurissimo remp. perdidisti. Clodius, de quo hic agitur, bipes proculdubio, non quadrupes fuit. Macrob. libro 7. Satur. c. 11. Ciceronem imitatus immeritò à Valla reprehenditur: Age inquit, Serui non solum adolescentium, qui tibi æquaui sunt, sed senum quoque omnium doctissime. Plin. libro 33. cap. 1. de annulis agens: Longo certè tempore ne Senatum Romanum quidem habuisse aureos manifestum est. Siquidem bis tantum, qui legati ad exteras gentes ituri essent, annuli publicè dabantur, credo, quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur. Nec enim Legatus Romanus vnus erat ex gentibus exteris. Martialis, quæ maximè inter se sunt contraria, contulit. lib. 12.

Non es crede mihi, bonus: quid ergo?
Vt verum loquar, optimus malorum.

Nisi quis dicat more suo fuisse iocatum, atque de industria in grammaticorum leges peccasse. Cic. in Brut. Phalereus enim successit ex senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis instructus, quam palestra. Idem 2. de Or. Tum Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus, alij eorum similes extiterunt. Hæc Ciceronis loca apertissimè docent non malè Latinè dici: Antonius est horum, siue istorum omnium eloquentissimus, quamuis non sit vnus ex his, aut ex istis.

APPENDIX.

Tam superlatiua, quàm partitiua etiam genitiuo singulari, qui multitudinem significet, coniunguntur.

Cic. pro Quintio, Habet aduersarium P. Quintius verbo Sextum Næuium, reuera huiusce ætatis homines disertissimos ornatissimos nostræ ciuitatis Idem pro Rabir. Posth. Virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem in maximis periculis, insidijsq; versatum esse accepimus.

An quisquam Clodiæ gentis cũ Pompeio Magno cõferendus est?

Huc spectant, quæcunque nomina numero singulari multitudinem significant, vt Populus, Gens, Municipium, Aetas, Italia, Græcia, pro ipsis Italis Græcis. Nemo totius Italiæ eloquentior fuit Cicerone. Curt. lib. 9. Tuo capite ignobilem vicum emi, quis ferat non modo tuorum, sed vllius etiam gentis barbaræ, qui tuam magnitudinem nouit?

II. APPENDIX.

Tum Superlatiua nomina, tum etiam Partitiua, quæ cum suis substantiuis casu cohærent, & genere, & numero consentiunt.

Lib. 2. Cic. de Nat. Deo. Indus, qui est omnium fluminum maximus non aqua

aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit. *Libr. 18. c. 1.*

Plin. Hordeum frugum omnium mollissimum est.

Pomponius Mela, Famam habet ob Cereris templum Enna præcipua montium.

Superuacanea videri posset hæc appendix, nisi Grammatici præciperent tam superlatiua, quàm partitiua genus petere à genitiuo, si uelis grammaticè loqui, exempli causa: Leo est fortissimum animalium, grammaticè dici: at Leo est fortissimus animalium, Latinè. Ego certe nolim grammaticè loqui. Quod si quando adiectiua cum substantiuis non consentiant, in substantiua transeunt. Cic. ad Thorannium libro 6. Præsertim cum omnium rerum mors sit extremum: Extremum substantiuum est. At in illo Quint. 6. Declã. Mors sit extrema malorum: adiectiuum. Cic. 2. Philip. Pax est tranquilla libertas, seruitus postremum malorum. hic postremum non petit genus à genitiuo Malorum. sed est substantiuum, vt in illo Tacit. lib. 3. Post celebre carmen, quo Germani suprema desleuerant. Eiusdem generis videntur hæc loca Plinij lib. 9. cap. 8. Velocissimum omnium animalium, non solum marinorum est delphinus, ocyor uolucre, ocyor telo. Et lib. 10. c. 27. Venenis Capreæ, & Coturnices pinguescunt placidissima animalium. Et lib. 8. cap. 32. Ceruis quoque est sua malignitas, quamquam placidissimo animalium. Vel dicemus more Græcorum Masculina iungi cum neutris, quale est illud Virg. Triste lupus stabulis. Item Fœminina. Quint. lib. 11. c. 1. Tutissimum ergo pœnitentiæ confessio, & satisfactio culpæ. Lege Budæum in Commẽtarijs linguæ Græce. Quod si hæc displicent, subaudiatur Animal.

Quod si nullum sit substantiuum, cum genitiuo, quod attinet ad genus, consentient. *Ab Vrb. 1.*

Liu. Summi, infimiq; Gabiorum Sex. Tarquinium dono deum sibi missum credere. *Li. 9. c. 4*

Quint. Equidem Ciceronem sequar: nam is eminentissimos Græcorum est sequutus. *Lib. 22. c. 25.*

Pli. Sapientissima animalium esse constat, quæ fruge vescantur. *Li. 10. c. 52.*

Idem, Ouorum alia sunt candida, vt columbis, perdicibus, alia pallida, vt aquaticis &c.

Si genitiuus nominis sit collectiui, non necessario cum eo consentient superlatiua, aut partitiua, vt Summi, infimiq; ciuitatis Tarquinium exceperunt. Nemo huius oppidi Tarquinium excepit, Item si Superlatiua substantiuè ponantur. Cic. cum omnium rerum mors sit extremum. Superlatiua Extremũ, Supremum, Vltimum, Sũmum, vt supra diximus substantiua aliquando fiũt

genere

genere neutro. Lucan. lib. 10. — cogunt tamen vltima rerum.

Spem pacis tentare ducem.

Curt. lib. 6. Iamq; rex ultima Hyrcanię intrauerat. Idem lib. 8. Diardenes minus celeber auditu est, quia per ultima Indiæ currit. Tacit. lib. 20. Extrema Gallicæ oræ occupauere. Idem lib. 19. Summa nauium tabulis augent. Quint. Decl. 18. Orbitates, ac suprema liberorum plangantur.

III. APPENDIX.

Genitiuus tam superlatiui, quam partitiui in ablatiuum cum præpositione E, vel Ex, vel De, mutari potest.

Cic. pro Cluent. Ex his omnibus natu minimus P. Saturninus in eadem sententia fuit. Idem pro Sex. Rosc. Audacissimus ego ex omnibus? minime.

Idē ad Tironem, De tuis innumerabilibus in me officijs erit hoc *Lib. 16.* gratissimum. Idem in M. Antonium, Permitto, vt de tribus Anto- *Phili. 10.* nijs eligas, quem velis. Quin. Timui, nequem ex meis viderem. *Decla. 6.*

Liu. 1. ab Vrb. Sextus filius eius, qui minimus ex tribus erat, transfigit ex composito Gabios. sic habent correcti libri, non minor ex tribus, vt quidam citant. Partitiua eleganter ablatiuo iunguntur. Cic. pro Liga. Quam multi essent de victoribus, qui te crudelem vellent, cum etiam de victis reperiantur. Idem 4. Acad. Quidam è philosophis faciendum omnino non putabant. Item Numeralia. Cic. libr. 2. de Diuin. Panætius, qui unus è Stoicis astrologorum prædicta reiecit. Idem Paradox. C. Marium videmus, qui mihi secundis in rebus vnus ex fortunatis hominibus, in aduersis vnus ex summis viris videbatur. Idem pro Plancio, Is enim vnus fuit de magistratibus defensor salutis meæ. Vnus hoc modo ferè construitur, cum principium numeri est; cum vero idem est, quod solus, genitiuo etiam iungitur. Plin. lib. 9. c. 17. Acipēser vnus omniū scamnis ad os versis cōtra aquam nando meat. Cur lib. 8. Haud amplius, quàm vt duo ex tribus filijs secum militarent, exegit. Cic. in Orat. Quoniam secundum erat de tribus. Idem 2. Off. Erat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinerent, hoc tertium.

Mutatur interdum genitiuus superlatiui in accusatiuum cum prępositione inter, vel Ante.

Cic. pro Sex. Rosc. Rectum putabat pro eorum se honestate pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur.

Lib. 2. cōtrouer. Seneca, ille Crœsus inter reges opulentissimus, ad tormenta post terga vinctis manibus ductus est.

Pompo-

Pomponius Mela. Gentem suis nominis alluit Boristhenes inter Scythiæ amnes amœnissimus.

Liu. Multitudini gratior fuit, quàm patribus, longe ante alios acceptissimus militum animis. *Lib. 2.c. 2. Ab Vrb. 1.*

Superlatiuum nomen cum præpositione, Inter, non solum apud poetas, sed etiam apud Oratores inuenitur. Quin.6.Declam. Et, quod inter ista difficillimũ est, amore mei vicit etiam matrem. Plin.libr.13.c.2.Inter omnes potentissimus odor, quisquis nouissimè additur. Iustin.lib.36. Minimusq; inter fratres Ioseph fuit. Harum præpositionum adminiculo licebit nobis, has, & similes locutiones, quæ parum latinæ putantur, (Lucretia est castissima suarum sororum: Antonius est doctissimus aliorum) sine vlla Grammaticorum reprehensione efferre; hoc modo, Lucretia castissima inter suas sorores numeratur, vel habetur: Antonius longè ante alios doctissimus est, vel inter cæteros doctissimus est.Seneca de uita beata.c.28. Inter cætera mala illud pessimum est. Non ne vides quemadmodum res diuersi generis comparentur? Nec enim Sex.Rosc.de quo Cicero loquitur,unus fuit ex suis municipibus; neque Romulus, de quo agit Liuius, unus de alijs fuit: nec illud malum,de quo Seneca,unum è cæteris malis fuit:Age uero,cur reprehendamus eum,qui sic loquatur,Lucretia castissima est suarum sororum? Certè M. Tul. Pro Sex. Rosc.ferè eodem modo locutus est.Sex.inquit, Roscius pater huiusce,municeps Amerinus fuit,cum genere,& nobilitate, & pecunia nõ modo sui municipij, verum etiam eius vicinitatis facile primus: Primus sui municipij, quid aliud est,quàm suorum municipum primus? Item Gellius lib. 8.cap.12.Vir ætatis suæ doctissimus:perinde est,ac si dixisset,suorum æqualium doctissimus.Quod si tantopere Censoriam Grammaticorum virgulam perhorrescimus, utamur verbo pro Superlatiuo,ad hunc modum, Lucretia suis sororibus plurimum castitate præstat:Lucretia suas inter sorores longe castitate præstat. Antonius eruditione cæteris condiscipulis plurimũ præstat,vel suos inter æquales longe doctrina præstat. Audi Ciceronem de Clar.Orat.Nihil tam dissimile, quam Cotta Sulpitio,& vterque æqualibus suis plurimum præstitit.Ibidem de Hortensio loquens: Suos inter æquales longe præstitit. Idem 2. de Fin. Homini, qui cæteris animantibus plurimum præstat,præcipuè à natura nihil datum esse diceremus? Certè Plin.lib.34.ca.10. tam morosæ, & anxiæ obseruationis securus,Ostracitis,dixit,tota nigra, & cæterarum sordidissima. Tacit. in Agricola,ij sunt cæterorum Britannorum fugacissimi, ideoq; tandiu superstites.

IIII. APPENDIX.

Superlatiua præter proprium casum, admittunt etiam casum suæ positionis.

Cic. de Claris Oratoribus, Fuit Sextus Aelius iuris quidem ciuilis omnium peritiſſimus: Omnium, ſuperlatiui: Iuris Ciuilis, poſitiui caſus.

Admittunt & genitiuum partitionis, more nominum, vnde formantur.

Li. 9. ca. 51. Pli. Plurimi piſcium tribus menſibus, Aprili, Maio, Iunio pariunt.

Sunt qui ſuperlatiua partitiuorum generi ſubijciant, cum hæc nudam partitionem, illa vero præcipuè comparationem adſignificent. Quamuis etiã hæc, illa aliqua cognatione attingant, quòd ſcilicet vnum à multis ſignificent, non cõtinuò tamẽ partitiua ſunt. Si quãdo tamen more partitiuorũ cõſtruũtur, poſitiua, à quibus fiũt, imitantur. Vt enim, Multus, partitiuè ponitur, ſic Plures, & Plurimi. Eiuſdem generis videntur illa, quæ ſubſtantiuis deſtituta genitiuum habent.

Luca. lib. 2. — minimas rerum diſcordia turbat.

Suet. in Veſp. cap. 8. Hos partim ſubijci in ſeruos, ac venire imperauit, partim in aſperrimas inſularum auehi. Tacitus lib. 8. Prima conſiliorum fruſtra ceciderunt. Et illud Quintiliani, quod ſupra attulimus, Nam is eminẽtiſſimos Græcorum eſt ſecutus. In his enim, & ſimilibus, nulla uidetur comparatio eſſe, ſed partitio: quod facilè intelligitur, ſi genitiuum eodem caſu iungamus cum ſuperlatiuo, hoc modo, Minimas res, Aſperrimas inſulas, Eminẽtiſſimos Græcos: quod ipſis maxime partitiuis uſu uenit. Quid enim aliud, Nulla belluarum, Quidam militum, Nemo principum, quam, Nulla bellua, Quidam miles, Nemo princeps ſignificat?

Genitiuus, vel datiuus poſt nomen.

Nomina, quæ ſimilitudinem, aut diſſimilitudinem ſignificant, interrogandi, vel dandi caſum exigunt.

Ter. in Eunuch. Domini ſimilis, &c.

Lib. 5. Cic. de Fin. Non video, cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.

Phil. 2. Idem in M. Anton. Antonius ſaturauit ſe ſanguine diſſimillimorum ſui ciuium.

Item, Communis, Proprius. Cic. de Senect. Id quidem non proprium ſenectutis eſt vitium, ſed commune valetudinis. Idem pro Sex. Roſ. Quid tam commune, quam ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis?

Li. 7. ca. 25. Plin. Cæſari proprium, & peculiare ſit præter ſupradicta, clementiæ inſigne.

Quæ

Quæ similitudinem, dissimilitudinē ve significant, siue ad mores, seu ad formam referantur, interrogandi, vel dandi casum assumunt. Proposita exempla ad mores pertinēt, ad formam ille Ciceronis locus spectat 2. de Nat. Plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornib. ijs, quæ ad neruos resonant in cantib. Idem ibidē lib. 1. Est enim vis tanta naturæ, ut homo nemo velit nisi homini, similis esse, & quidem formica formicæ. Sed tamen cuius hominis? Ecce in vtroq; loco vtrunque casum coniunxit.

Datiuus post nomen.

Nomina quibus Commodum, Voluptas, Gratia, Fauor, Aequalitas, Fidelitas, & his contraria significantur, datiuum poscunt, vt Consul salutaris, Perniciosus reipublicæ: Iucundus, Molestus, Gratus, Inuisus, Propitius, Infestus ciuibus. Fidus, Infidus Imperio: Par, Impar tanto oneri.

Cice. ad Cæcinnam, Erat meum consilium cum fidele Pompeio, tum salutare vtrique. *lib. 6.* Idem ad Att. O gratas tuas mihi, iucundasque literas. *lib. 12.*

Item verbalia in, Bilis, vt Amabilis, Formidabilis, Optabilis, Cic. in M. Anton. Pax præsertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. *Phili. 7.*

Quædam præterea, quæ ex præpositione, Con, componuntur, vt Conscius, Consentaneus, Concors, Concolor, Confinis.

Cic. 2. Tusc. Mihi conscius sum nunquam me nimis cupidum fuisse. Idem in M. Anton. Sulpitij mors consentanea vitæ fuit, sanctissimè, honestissimeque actæ. *Phili. 9.*

Fidus frequentissimè datiuum habet, cum genitiuo raro admodum reperitur.

Virg. 12. Præterea regina tui fidissima dextra Occidit ipsa sua.

Par apud poetas etiam genitiuo casui adiungitur.

Luca. 2. Quem metuis, par eius erat.

Aequalis. cum ad ætatem, tempusq; refertur, ferè genitiuum habet: Cic. 4. de Fin. Conferā autē auunculum tuū cum C. Graccho eius ferè æquali. Quę in Bilis, exeūt, passionem significāt. Penetrabilis, sæpe apud poetas actiuè ponitur.

Virg. 10. Aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.

Conscius, cum ad personas refertur, datiuum habet.

Terent. Adel. — conscia mihi sum, à me culpam hanc esse procul.

Cum verò ad rem, genitiuo frequentissimè. Cice. pro Cæl. Multarū rerum conscij serui. Interdum datiuum. Cicer. pro Cæl. Huic facinori tanto tua mens li-

beralis conscia.Pro Clu.Conscium illi facinori fuisse arbitrabantur.Seneca de Vita beata c.8.Concors sibi.Colum.li.7.c.3.Palatum,atque lingua concolor lanę est.Pli.li.8.c.10.Sed tamen in extremis Africę,quę confinis Aethiopię est.Idē li.12.c.8.Cōtermina Indis gens Arriana appellatur.Supplex, Obuius,Obnoxius,Absonus,Peruius etiam huc spectāt.Cic.1.Tusc.Nec iudicib. supplex fuit.Idē Att.6.Volent mihi obuiæ literę tuę.Pli.Epi.58.Vides,quot periculis,quot contumeliis,quot ludibriis simus obnoxii?Teren.Adel. Fratri ædes fient peruię.Liu.6.belli Punici,Peruiæ naues pugnantibus erant.

Datiuus, vel Accusatiuus cum præpositione. Ad post nomen.

Accommodatus,Appositus,Aptus,Idoneus, Habilis, Vtilis,Inutilis,Natus huic rei, vel ad hanc rem.

Cic.in Pisonem,Ille gurges,atque helluo natus abdomini suo, nō laudi, atque gloriæ,omneis fortunis, multos fama, vitaque priuauit.

Idem de Claris Orat. Cn. Pompeius vir ad omnia summa natus.

Prætermitto omnium exempla,ne longior sim, laborem,molestiamq́, afferā ediscentib.Cic.7.In Verr.Homo bene appositus ad istius audaciam. Quin. li.4.Iudicis natura noscenda est,iuri ne magis, an ęquo sit appositus. Cic.Leptę libro 6.Eius Falernum mihi semper idoneum visum est hospitio. Idem Att.lib.15.Instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium. Idem 1.de Leg. Natura figuram corporis habilem, & aptam ingenio humano, dedit. Columel.lib.2.cap.2. Habilis frumentis terra. Cic. 1.de Or. Si mihi calceos Sycionios attulisses,non uterer, quāuis essent habiles, & apti ad pedem. Liu.lib.7.ab Vrbe.Hispano cingitur gladio,ad propiorem habili pugnā. Cic.3.Offic.Non ne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini ad nullam rem utili? Idem 1.de Fin.Quod acutum genus est,& ad Vsus ciuium non inutile.

Accusatiuus, vel Ablatiuus post nomen.

Adiectiua, quibus generalis dimensio significatur; accusatiuum, vel ablatiuum casum postulant, qui certam mensuram significet.

Liu.

Liu.Fossam sex cubitis altam, duodecim latam, cum duxisset: extra duplex vallum fossæ circundedit, Columella, Esto ager longus pedes mille, & ducentos, latus pedes centum viginti. Li.5.c.3.

Generalem dimẽsionem significant, Lõgus, latus, altus, profundus, crassus: certam mensuram Digitus, vncia, palmus, dodrans, pes, cubitum, seu vlna, quod idem est, Passus, stadium, miliare, siue milliarium. Plin. lib. 31. cap. 14. Didoron, quo vtimur, longum sesquipede, latum pede: Interdum adhibetur genitiuus. Colum. lib. 11. ca. 2. Medicæ singulos cyathos serere oportet in areolis longis pedum denum.

Ablatiuus post nomen.

Extorris, nudus, dignus, contentus, inanis.
Atque refertus, inops, locuples, alienus, onustus,
Immunis, plenus, cassus, diuesq; potensq;.
Tum fretus, vacuus, tum captus, præditus, orbus,
Indignus, liber, viduus sibi iure Latinum
Assumunt casum, vt Summo vir dignus honore.

Liu. li. 5. dec. 4. Hoc (iusiurandum) patria extorrem in tuam regiã adduxit. Cic. ad Att. lib. 7. Huic tradita Vrbs est nuda præsidio, referta copijs. Idẽ Cœlio li. 2. Tu mihi obuiam mitte epistolas te dignas. Idem pro Quin. Mediocri quæstu contentus esse non poterat. Idem de Cla. Orat. C. Lentulus non tardus sententijs, non inops verbis. Idẽ 5. Verr. Locuples copijs ciuitas. Idem de Diuin. li. 1. Neque hoc dij alienum ducunt sua maiestate. Idem de Prouin. Cõsul. Alienum sibi videri dignitate imperij. Idem 1. de Diuin. Onusti cibo, & vino perturbata, & confusa cernimus. Pli. li. 17. c. 14. Caprificus omnibus immunis est, quæ adhuc diximus. Senec. Hipp. Metu immunis. Cic. 3. de Finib. Eò beatior quisque sit, quò sit corporis, aut externis bonis plenior.
Virg. 1. Aen. — nunc cassum lumine lugent.
Cic. 1. Off. P. Crassus tum cognomine diues, tũ copijs. Virg. lib. 10. Mantua diues auis. Liu. 1. ab Vrb. Anco regnante Lucumo vir impiger, ac diuitijs potens, Romam commigrauit. Ibidẽ lib. 6. nouè dixit, Multitudo hostium nulli rei, præterquã numero freta, et oculis. Cic. 2. de Finib. Vacui negotijs honestè, ac liberaliter possumus viuere. Ci. pro Rab. Cõfectus senectute, præditus morbo, mancus, & mẽbris omnib. captus, ac debilis. Idem Figulo li 4. Rebus omnibus, quibus & natura me, & voluntas, & consuetudo assuefecerat, orbus. Idem 5. de Finib. Liber terrore animus. Colum. lib. 2. ca. 25. Viduus pecudib. ager. Plin. lib. 3. proœm. Nomina vidua fama sua. Quædam ex his (vt su-

prædictum est(etiam genitiuum poscunt:item Dignus, Balbus ad Ciceronem lib.8.ad Att.Obsecro te mi Cicero suscipe curam, & cogitationē dignissimā tuæ virtutis. Sueto.in Othone.cap.4.Vt iā vix vllus esset, qui nō & sentiret, & prædicaret solum successionis imperij dignū. Illud Ciceronis de Arusp.deprauatè affertur,Vnum esse in hac ciuitate dignū huius imperij:sic enim habent libri omnes,Vnum esse in hac ciuitate dignum huius imperij gloria. Indignus,Orbus,Cassus,Onustus eundem casum,rarissimè tamen,recipiunt.

Opus.

Opus nomen adiectiuum antecedente uerbo substantiuo, ablatiuum postulat.

Terent. Andr. Nihil isthac opus est arte, ad hanc rem, quam paro. Cic.ad Att. Apud Terentiam gratia opus est nobis,& tua autoritate.

lib. 12.

Sæpe etiam cum substantiuis more adiectiuorum consentit, neque tamen in casus declinatur.

lib. 2. Idem ad Curionem,Dux nobis, & autor opus est.

lib. 16. Idem ad Tironem,Is omnia pollicitus est, quæ tibi opus essent.

lib.6. Idem ad Att. Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi. Liuius.Scipio ad comparanda ea, quæ opus erant, tempus habuit.

bel. Pu. 10.

Opus,cum genitiuo iunxit Plācus ad COSS.Pratt.&c.lib.18.Epist. Sed aliquantum nobis temporis,& magni laboris,& multæ impensę opus fuit,vt quæ Reip.bonisq; omnib.polliceremur,exitu præstaremus, nisi fortè subest aliqua figura,quæ nos latet.nam Temporis,ab Aliquantū pendet:genitiui verò Laboris,& Impensæ nō video vnde pendat.Illud Quintiliani lib.12.c.3. Sed etiam si nosse,quid quisque senserit,volet,lectionis opus est. Castigatiores codices habent Lectione. Iungebant prisci Opus etiam cum accusandi casu. Plaut.Trucul.Puero opus est cibum.

Vsus,Cum Opus significat,eodem modo fere construitur.

Plau.Asin.Viginti iam vsus est filio argenti minis.

Verg.8. Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus,
Nunc manibus rapidis,

Plaut.Pseud.Ad eam rem vsus est hominem astutum,doctū, scitum, callidū pro opus est homine astuto, &c.

Idem Persa, Ad eam rem vsus est tua mihi opera.

Cicero 4.Tusc.Vsus pro Opus vtitur,sed sine casu, De cęteris studijs alio loco di-

dicemus, si vsus erit. Itaque Vsus pro Opus cum ablatiuo ferè apud poetas, maximè Comicos in vsu est.
Terent. Hecy. non vsus facto est mihi nunc hunc intro sequi.

Adiectiua diuersitatis, & numeralia ordinis, ablatiuum cum præpositione, A, vel Ab, admittunt.
Cic. Certa cum illo, qui à te totus diuersus est. *Acad.*
Idem ad Att. Nauigationis labor alienus ab ætate nostra. *Lib. 6.*
Idem, Post autē conficta à Carneade, qui est quartus ab Arcesila. *Acad.*
Hirtius Imperio, & potentia secundus à rege. *Bel. A[...] 4.*

Alienus etiam genitiuo, & datiuo coniungitur. Cic. 1. de Fin. Quis alienū putet esse eius dignitatis, quam mihi quisq; tribuit? Sallust. in Catil. Ille eos in domum D. Bruti pertucit, quòd foro propinqua erat, nec aliena consilij propter Semproniam. Cic. pro Cæcin. Quòd illi causæ maximè est alienum. Quin. li. 1. proœm. Ego autem cum existimem, nihil arti oratoriæ alienum. Vsitatius tamen ablatiuo iungitur.

Item, Securus, Liber, Vacuus, Purus, Nudus, Inops, Orbus, Extorris. *Lib. 4.*
Cic. in Verrem, His quidem temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerunt ab omni sumptu, molestia, munere.
Idem pro Domo sua, tam inops aut ego eram ab amicis? aut nuda Resp. à magistratibus?

Pli. li. 28. ca. 9. Pelles eiusdem animalis substratæ securos præstant ab eo metu somnos. Cic. de Arus. Quæ tandem est in hac vrbe tanta domus ab ista religionis suspicione tā vacua atq; pura? Sen. epist. 3. Mens ab omni labe pura, & splēdida. Cic. pro Flac. Vsq; eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Meandrius. Liu. 5. ab Vrb. Ne exulem extorrem P. Romanum ab solo patrio, ab dijs Penatibus in hostium vrbem ageret.

COMPARATIVA.

Comparatiuo vtimur cum ablatiuo, quando vel plura diuersi generis comparantur: Cic. in Cat. Luce sunt clariora nobis tua cō silia. *Ora. 1.*
Curtius, Maiora sunt præmiis pericula. *Lib. 9.*
Vel, cum duo eiusdem aut diuersi generis conferuntur.

 Cic.

Cice. ad Octaui. Quæ non posterior dies acerbior priore? & quæ non insequens hora antecedente calamitosior populo Ro. illuxit?

Virtus multo pretiosior est auro.

Apud ueteres interdum leges comparatiuũ cum ablatiuo, etiam cum res eiusdem generis conferuntur. Plin. li. 36. c. 7. vbi de generibus marmoris agit, Pretiosissimi, inquit, quidem generis Lacedæmoniorum viride cũctis hilarius. Eodem li. c. 9. ubi de ea naui agit, qua Caius Obeliscum ex Aegypto Romam importauit. D. Claudius, inquit, aliquot per annos asseruatam, qua Caius importauerat, omnibus, quæ vnquam in mari visa sunt, mirabiliorẽ. Val. Max. li. 3. c. 4 Idem sentit Fabricius Licinius honoribus, autoritate, omni ciuitatę tẽporibus suis maior. Gellius li. 1. c. 5. Hortensius omnibus ferè oratorib. ætatis suæ, nisi M. Tullio, clarior.

Virg. — sed cunctis altior ibat Anchises

Iuniores Grammatici subaudiunt uocem excludentem, Cæteris, vel, Reliquis, Donatus secunda Edit. Seruius in eundem, Diomedes li. 2. Prisc. li. 3. docent, Cõparatiuo locum esse etiam, cum res eiusdem generis comparantur. In illo Salustij, Nulla arte cuiquam inferior: item Plinij, Nulli omnium claritate inferior: Comparatiuum, ut uides, Datiuo adiungitur.

APPENDIX.

Ablatiuus comparatiui intercedente coniunctione, Quàm, mutari potest in casum verbo congruentem.

Cic. in Verr. Tu innocentior, quam Metellus,

b. 5. Idem ad Att. Nemo unquam nec poeta, nec orator fuit, qui quenquam meliorem, quàm se arbitraretur.

b. 14. Liu. Melior, certiorq; est tuta pax, quàm sperata victoria.

l. Pun. Teren. in Phor. Ego hominem callidiorem vidi neminem, quam Phormionem.

Si ablatiuus à nominibus, Nemo, Nullus, aut à relatiuo, Qui, quæ, quod fiat, non erit locus huic permutationi: ut enim benè Latinè dicimus. Marco Tullio, quo nemo Romanorum fuit eloquentior, caput per summam iniuriam abscissum est: Ita ineptè dicemus, Marco Tullio, quam qui nemo Romanorũ fuit eloquentior, &c.

II. APPENDIX.

Comparatiua, quemadmodum & cætera adiectiua, cum partitionem adsignificant, genitiuum desiderant.

Liu.

Liu. In hanc sententiam vt discederetur, iuniores patrum euincebant. *Ab V 3.*

Horatius in Arte, O maior iuuenum.

Autores tamen sæpius ablatiuo vtuntur cum præpositione, E, vel Ex.

Cic. ad Att. Antè scripta epistola ex duabus tuis prior mihi legi cœpta est. *Lib.1*

Plin. ad Caninium, Minorem ex duobus liberis amisit. *Lib.3.*

Cū partitio significatur, potest comparatiuus genitiuum admittere, siue de duobus, siue de pluribus agatur: Sic Liu. Iuniores Patrū euincebant. Cur. li. 7. Cleander priores eorum intromitti iubet. Plin. li. 11. cap. 37. Animalium fortiora, quibus sanguis crassior. sapientiora, quibus tenuior: timidiora, quibus minimus: & quibus nullus, hebetia. Hor. lib. 4. Car. Ode 14. Maior Neronum. Idem lib. 1. Serm. satt. 6. — qui se

Vultum ferre negat Nouiorum posse minoris.

Scriptores sæpius, vt dixi, ablatiuo cum præpositione vtuntur, qui casus partitioni, maximè vbi nomen est comparatiuum, aptissimus est. Quint. 19. Decla. Ego sum infelicior ex duobus parentibus. Idem 8. Si Dij non sinant, ut ex liberis Vilior incipiat esse periturus. Cæsar. libro 3. bel. Ciuil. In testamento Ptolemæi patris, hæredes erant scripti ex duobus filijs maior, & ex duabus ea, quæ ętate antecedebat. Aliquandò genitiuus in accusatiuum, antecedente præpositione Inter, mutatur. Quin. decl. Ille quoq; occisus est, qui inter nos, vt apparet, fortior est.

III. APPENDIX.

Præter suum casum admittunt comparatiua ablatiuum significantem excessum, Hercules fuit procerior te cubito.

Curt. Turres denis pedibus, quam murus, altiores sunt.

Item casum suæ positionis. Cic. ad Plancum, Mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec carior Attico. *Lib.5*

Denique hos ablatiuos. Opinione, spe, æquo, iusto, solito, dicto.

Cic. de Claris Orat. Opinione ego omnium maiorē cœpi dolorē.

Liuius, Reate saxum visum volitare, sol rubere solito magis, sanguineoq; similis. *Bel.P 5.*

Colum. lib. 3. cap. 19. Malleolus nec maior pede, nec dodrante minor esse debet. Ibidē, Paulo minor dodrante, longior semipede. Ouid. 4. Fast. Speq; redit citius. Cic. de Amic. Ne quod plus æquo in amicitia cōgeratur: Quint. li. 9. ca. 4. Membrum longius iusto, tardum, breuius instabile esse. Liu. lib. 3. bel. Pun. Dicto prope citius, equum in viam Claudius egit.

Ablatiuus significans laudem, uituperationem, partem.

Pleraque adiectiua ablatiuum postulant significantem laudem, vituperationem, vel partem.

Q. Cicero de petitione Consulatus, Non erit difficile certamẽ cũ ijs competitoribus, qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam
Lib.1. vitijs nobiles.

Cic. de Orat. Sunt quidam aut ita lingua hæsitantes; aut ita voce absoni, aut ita vultu, motuque corporis vasti, & agrestes: vt etiam si ingenijs, aut arte valeant: tamen in oratorum numerum venire
Lib.3. non possunt.

Idem in Verr. Ob ius dicendum M. Octauium Ligurem hominẽ ornatissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copijs po-
Bel Catil. scere pecuniam non dubitauit.

Sallustius, Ex altera parte C. Antonius pedibus æger, ꝙ ad præliũ adesse nequibat, M. Petreio Legato exercitum permittit.

Quãuis oratores libẽtius substantiua cũ adiectiuis copulent, vt Vir summa eloquentia, eximia virtute, excellenti ingenio: tamen non rarò ipsis adiectiuis ablatiuum laudis, aut vituperationis attribuunt. Cic.4. de Fin. Horridiores euadunt, asperiores duriores & oratione, & moribus. Idem 1.de Ora. Ego neminem nec motu corporis, nec ipso habitu, atque forma aptiorem, nec voce pleniorem, aut suauiorem mihi videor audiuisse. Idem de Cla. Vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Ablatiuo partis rarius vtuntur. Idem 4.Tusc. Ergo is, quisquis est, qui moderatione, & constantia quietus animo est, sibi quę ipsi placatus. Quintil.lib.6.c.4. Qui pedibus æger, cum vellet videri commodioris valetudinis, &c. Poetæ frequenter.

Mart. lib. 12. Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus.

APPENDIX.

Aen.1.
Ablatiuum partis frequenter in accusatiuum mutãt poetæ. Virg.
Ep.li3. Os, humerosque Deo similis,
Bel.Pu.1 Horat. Excepto quod non simul esses, cætera lætus.
Item Historici, sed rarius. Liu. Falarica est Saguntinis missile telũ,
Li.3.c.1. hastili oblongo, & cætera tereti, prxterquam ad extremum.
Pom. Mela, Sarmatæ totum brachati corpus, & nisi qua vident, ora etiam vestiti.

Cur-

Curtius li.6.ablatiuo usus est, Ego inquit, cæteris lætus, hoc uno torqueor. Accusatiuus, Cætera, frequens est apud Liu. 1. ab Vrbe, Proximum regnum cętera egregium, ab una parte haud satis prosperum fuerat. Idem apud Plin. lib.12.cap.6. Est & terebyntho similis cætera, pomo amigdalis. & lib.37.ca.9. Est & alia iris cætera similis, & prædura. Gell. lib.19.cap.10. Memini, me quondam, & Celsinum Iulianum Numidiam ad Frontonem Cornelium, pedes tum grauiter ægrum ire visere. Hanc constructionem, quam Seruius figuram Græcam appellat, recentiores Synecdochen vocant: fortasse non malè, quod substracta præpositio, Secundū intelligatur a Latinis, vt Grecis κατὰ. Nam synecdoche non solum tropus est, sed etiam lexeos figura, cum nimirum subtractum verbum aliquod satis ex cæteris intelligitur. Vide Quint. lib.9. cap.3. Denique, siue hac de causa ita appelletur, siue quia id, quod partis est, toti attribuitur, vt aliqua ex parte synecdochen tropum imitetur: missa hæc faciamus, nam pueris tenebras offundunt.

DE CONSTRVCTIONE transitiua verbi.

Verba, quod ad significationes, seu genera attinet, (vtrunque, enim teste Donato, & Diomede idem valet) quinque sunt, Actiua, Passiua, Neutra, Communia, Deponentia: Actiua, ea demum crediderunt Phocas, Donatus, Diomedes, cæterique veteres, quæ, O, litera terminata, passiua fierent, litera, R, apposita, vt Laudo, Laudor. Neutra sunt, inquit Donatus 2. Editione, quæ, O, litera terminantur, & accepta, R, litera, Latina non sunt, vt Sto, Curro: sunt etiam neutra, quæ, I, litera ternantur, vt Odi, Noui, Cœpi, Memini. Item quæ in, Vm, syllabam desinunt, vt Sum, prosum. Sunt etiam, quæ in, T, literam exeunt, & impersonalia dicuntur, vt Pudet, tædet, pœnitet, libet, oportet: sed hæc, & similia defectiua sunt existimanda. Sunt præterea neutro passiua, vt Gaudeo gauisus sum, Soleo solitus sum, Audeo ausus sum, Fio factus sum, Fido fisus sum: Hactenus Donatus. Diomedes neutra, O, litera finita doctè & acutè, in tria genera distribuit, quorum alia agentis significationem habēt, siue (vt Phocas nobilis, & antiquus grammaticus inquit) quæ actum significant, & actiuam habent significationem, vt Facio, ambulo, curro: alia, quæ patientis habent significationem, vt Veneo, vapulo: alia postremo sunt in quibus nec agentis, nec patientis significatio dignoscitur, hoc est, que nec actionem, nec passionem significant, vt Sedeo, iaceo, sto, nescis enim agat ne quis, an patiatur. Hæc vltima quidam Supina dixerunt, inquit Diomedes, alij Absolutiua. Hinc apertissimè intelligitur, veteres verba omnia, quæ literam, R, assumere non possent, quantumuis cum accusatiuo coniungerentur (vt Facio, calefacio, odi,

no-

noui) in neutris numerasse. Passiua sunt, quæ ita, R, litera terminantur, vt ea deposita, actiua fiant, vt Laudor, laudo. Communia, quæ R, litera terminata, tum actionem, tum passionem significant, vt Hortor, complector. Deponentia quæ itidem litera, R, terminata, actionem tantum significant, vt Aucupor, loquor. Ego (dicam enim, quod sentio) quadripartitam existimo esse hanc distributionem: Quædam nanque actionem significant, vt Aedifico, curro, sequor. Alia passionem, vt Vapulo, verberor. Alia tum actionem, tum passionem, vt Dignor, amplector; de quibus, suprà in Rudimentis copiosè dictum est, multaq; veterum exempla allata sunt. Alia denique nec actionem, neque passionem significãt, vt Sedeo, iaceo: hæc, & similia propriè neutra sunt, meritoq; Supina verba à quibusdã appellata, quod videlicet veluti ociosa, resupinaque stertãt, vtriusque actionis expertia. Hactenus de verborum generibus.

Quod vero ad constructionem attinet, duplex est verbum; Alterum Intransitiuum, quod post se, aut nullum casum habet, vt Venio, redeo: aut similem præcedenti. Liu. 1. ab vrbe. Iustè, pieq; legatus venio. Terent. And. Redeo inde iratus. atq; ægrè ferens. de quo supra dictum est. Alterum Transitiuum, quod in casum diuersum à præcedente transit: hoc in Actiuum, Passiuũ, & Neutrum partitur. Actiuum verbum est, quod post se accusatiuum postulat, cuiuscunq; sit positionis, vt Laudo, facio, sequor, amplector, odi: Doleo vicem tuam, Ingrati animi crimen horreo. quanuis hæc duo postrema, & similia, neutro passiua possint appellari, vt postea dicemus: libenter hoc genus uerborum, si per grammaticos liceret, Accusatiuum appellarim, quemadmodum quidam ueterum accusatiuas præpositiones uocant, que accusandi casu gaudent. Passiuum est, quod in ablatiuum transit, cum præpositione A, uel Ab, ut Laudor à te. Senec. Epist. 91. Infirmiores à ualidioribus tuebantur. Verrius Flac. apud Prisc. lib. 8. Sæuitiaq; eorum abominaretur ab omnibus. Hoc ferè in Or, desinit. Neutrum, quod transit in genitiuũ, datiuum, uel ablatiuum casum, ut Egeo tui, Opitulor tibi, Fungor meo munere. Quæ diximus, de proprijs casibus accipienda sunt: nam de Communibus omni uerborum generi post dicendum erit. Per hæc tria genera fusa, atq; dispersa sunt, Inpersonalia, Actiua, ut Pudet. piget: Passiua, ut Pugnatur, Itur: Neutra, ut Libet, licet: De Neutris primò dicemus, tum quia casuum ordo id exigit: tum (quod magis me mouet) ut, cognita Neutrorum turba, facilius cognoscant adolescentes Actiua, siue Accusatiua verba.

Genitiuus post verbum.

Sum genitiuum petit, cum possessionem significat.

lib. 2. Cic. ad Cœlium, Iam me Pompeii totum esse scis.

Aut ad aliquid pertinere.

Phili. 12. Idem in M. Anton. Cuiusuis hominis est errare: nullius nisi insipien-

pientis, perseuerare in errore.

Idem de Off. Adolescentis est, maiores natu vereri. *lib.1.*

Item hæc duo, Interest, & Refert. *lib.1.*

Idem de Finibus, Interest omnium rectè facere. *lib.9.*

Quintilianus, Plurimum refert compositionis, quæ quibus anteponas. *cap.4.*

Est, Interest, Refert, cum officium, atq; ad rem pertinere significant, prima, et secunda persona carent, qua de causa impersonalia verba, siue verba sine personis (vt Varro loquitur) possunt appellari. Itaque cum verbum impersonale dicimus, præpositio, In, priuationem declaret primæ, & secundæ personæ, quibus verbum priuatur, non nominatiui, siue personæ agentis, seu patientis, vt grammatici iuniores volunt. Sed hac de re suprà in Rudimentis dictum est; pluraq; suo loco dicentur. Hæc tria verba (vt ad rem redeamus) modo nominatiuum habent apertè. Cic. 5. Tusc. Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere. Idem in Partit. Quod enim permagni interest, sæpe pro necessario habetur. Idem ad Rufum lib. 5. Non scripsi id, quod tua nihil referebat. Modo infinitum verbum, aut orationis membrum loco nominatiui accipiunt. Idem 2. de Orat. Tardi ingenij est riuulos consectari, fontes rerum non videre. Idem ad Appium lib. 3. Vtriusq; nostrum magni interest: prius vt te conueniam, quam decedas: (Prius vt te conueniam, quam decedas) hoc membrum, siue pars totius orationis, uerbi Interest nominatiuus est: Itidem, Maiores natu uereri, uice nominatiui ponitur: nisi quis uelit, Officium, seu proprium, subaudire, ut Adolescentis officium est maiores natu uereri: ut illud, Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere posſit, facere.

Exceptio.

Interest tamen, & Refert, hos ablatiuos habent, Mea, tua, sua, nostra, vestra.

Cic. Tironi, Et tua, & mea maximè interest, te valere. *lib.16.*

Terent. in Hecyra. Tua quod nihil refert, percontari desinas.

Cic. pro Cluët. Hic sua putat interesse, se re ipsa, & gesto negocio, non lege defendi.

Idem pro Syl. Vestra enim, qui cum summa elegantia, atq; integritate vixistis, hoc maximè interest.

Cuia, vel Cuius interest, pereleganter dicitur, Cicero pro Vareno, Ea cædes si potissimum crimini datur, detur ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit.

Idem in M. Anton. Quis enim est hodie, cuius intersit istam legem manere? *Phil.1.*

Priscianus lib. 12. Intereſt, & Refert, inquit, genitiuo ſolent adiungi omniũ caſualium, abſque ſupradictis quinque pronominibus, pro quorum genitiuis ablatiuos ponimus poſſeſſiuorum, vt Intereſt, & refert mea, ſua, noſtra, veſtra. Cuia quoque infiniti poſſeſſiuum cum ſupradictis verbis pro genitiuo primitiui ponitur. Cic. pro Vareno, Ea cædes ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit. Hæc ille. Vides vt Priſcianus, qui de Comicis verſibus accuratiſſimè ſcripſit, affirmet, Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cuia caſus eſſe ablatiuos, non accuſatiuos? Scio quantas tragœdias hi caſus excitauerint, alij enim ſumma vi nituntur docere accuſandi eſſe, quibus Plautinos, ac Terentianos pedes non arbitror admodum fauere, cum eos huc, atque illuc non ſecus ac Lesbiam normam flectere, ac torquere posſis: illud Donati in Teren. Phorm. Quid tua, malum, id refert? magis vrget. Et quære, inquit, quomodo dicatur: Quid mea, quid tua? an deeſt, Ad? vt ſit, ad mea, ad tua? Sed hæc viderint ijdẽ Coryphæi. Pueri dumeta iſta ne per ſomnum quidem attingant. Quibus genitiuis iungantur pronomina Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter. Item, dicatur ne benè Latinè, Tua adoleſcentis intereſt maiores natu vereri. Mea conſulis refert Remp. vigilanter adminiſtrare, & cætera id genus ſuo loco inuenies.

Verbum Eſt, pro Ablatiuis, Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra, habet Meum, Tuum, Suum, Noſtrum, Veſtrum.

lib. 2. Cic. de Fin. Si memoria fortè defecerit, tuum eſt, vt ſuggeras.

lib. 6. Idem Cæcinnæ, Puto eſſe meum, quid ſentiam, exponere,

Faſt. 4. Ouid. Nulla mora eſt operi: veſtrum eſt dare, vincere noſtrum.

APPENDIX.

Magnum, paruum, tantum, quantum iunguntur in genitiuo cum verbis Intereſt, & Refert.

lib. 16. Cic. ad Tironem, Magni ad honorem noſtrum Intereſt quàm primum me ad Vrbem venire.

lib. 2. Idem Att. Per Magni noſtra intereſt, te eſſe Romæ.

lib. 1. Idem ad Q. Fr. Parui refert, abs te ipſo ius dici.

Ep. ad At. 8. Pompeius Lentulo, Scio, quanti Reip. interſit, omneis copias in vnum locum primo quoque tempore conuenire.

Obiter notabis verbum Intereſt, loco genitiui, poſſe accuſatiuum cũ prępoſitione Ad, recipere. Cic. Luceio lib. 5. Et quidẽ ad noſtram laudem non multũ video intereſſe. Poſtremum locum quidã legunt, Scio quanti reipub. ſit: Interſit, tamen legendum eſſe confirmat epiſtola Ciceronis 15. eiuſdem lib. ad Pompeium

peium, in qua refert Cicero eadē verba, Magniq; inquit, interesse reipub. scripseras, omnes copias primo quoque tempore in vnum locum cōuenire. Cic. pro lege Man. Etenim illud primum parui refert, vos publicanis amissa vectigalia postea victoria recuperare. Vlpia. lib. 47. Pand. Scilicet, si tanti interfuit.

Cætera huiusmodi per aduerbium adduntur, vt, Plurimum interest, Maximè refert, Nihil interest. Cic. 1. Tusc. Theodori quidem nihil interest, humi'ne, an sublime putrescat.

Idem ad Luceium, Equidem ad nostram laudem non multum uideo interesse: sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare. lib. 5.

Huius classis sunt, Parum, paululum, aliquātulum, multum, permultū, magis, maximè, minus, minimè, nihil, aliquid, vehemēter, tantopere, magnopere, infinitum, tantulum, plus, plurimum. Plin. lib. 16. cap. 30. Infinitū refert lunaris ratio. Cęterorum passim occurrunt testimonia: quę, ne lōgus sim, prætermitto. Quantum apud Ciceronem inuenies. Pro Mur. ostendam alio loco, quātum salutis communis intersit, duos Consules in repub. Kal. Ianuarijs esse. Idem pro Mil. Semper ille, & quātum interesset Publij Clodij, &c. Plin. lib. 2. cap. 16. Tantum interest, subeant radij, an superueniant.

Misereor, Satago, genitiuum casum asciscunt.

Cic. Att. Qui misereri mei debent, non desinunt inuidere.

Terent. Heaut. Clinia rerum suarum satagit. lib. 4.

Misereor interdum dandi casum postulat. Seneca, Misereor tibi puella. lib. 1. contro.

Miserendi verbum etiam dandi casum olim habuisse, apertè Diomedes, & Priscianus docent, & quod pluris faciendum est illud Senecæ lib. 1. Cōtrou. 2. Controuersia, Fortuna hoc me cogit pati, misereri debēt omnes mei. Et ego misereor tibi puella: sed nō facimus miserandas sacerdotes. Sic habēt libri correctissimi. Adducitur & alter locus eiusdem à quibusdā de Vita beata cap. 2. Hūc promereor, illi reddo, huic succurro, huic misereor. Priscianus tamē docet in veteribus codicibus haberi, Huius misereor. Vide eiusdem castigationes. Neque illud Cic. 2. Tusc.

Perge aude nate, illachryma patris pestibus,
Miserere, gentes nostras flebunt miserias:

Videtur ad rem facere, cum datiuus Pestibus, non cum verbo, Miserere, sed cum illachryma iungatur, quod elegantissime dādi casum petit. Idem 3. de Nat. Quid dicam de Socrate, cuius morti illachrymari soleo, Platonem legēs?

Liu.

Liu.10.belli Maced. Meo infelici errori unus illachrymasti. Recolo tui, nondum apud ueteres, quod meminerim, legi.

Obliuiſcor, recordor, reminiſcor, memini pro recordor, tum genitiuum, tum accuſatiuum poſtulant.

Cic.3.Tuſc. Eſt proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum.

Idem in M.Anton. Omnia obliuiſcor: in gratiam redeo.

Phil.8. Terent. Eunuch. Faciam, vt mei ſemper memineris.

Cic. de Senet. Omnia, quæ curant ſenes, meminerunt.

Cic. pro Planc. Huius meriti in me recordor. Idem 2. In Rul. Eſt operæ pretium, maiorum diligentiam recordari. Cæſar 1. belli Gal. Sin bello perſequi perſeueraret, reminiſceretur, & ueteris incommodi Romanorum, priſtinæq́; uirtutis Heluetiorum. Sulpitius Ciceroni lib.4. Ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. Recordor, Memini pro recordor, etiam cum ablatiuo, & præpoſitione De, iunguntur. Cic. pro Planc. Quoniam iſtis ueſtris lachrymis de illis recordor, quas pro mea ſalute ſæpe, & multum profudiſtis: Idem ad Att.15. De Planco memini. Ibidem, & de Herode, & Metio memini, & de omnibus, quæ te uelle ſuſpicor. Ex illo Ciceronis loco pro Ligar. Quoniam hoc eſt animi, quoniam etiam ingenij tui, te aliquid de huius Quæſtoris officio cogitarem, etiam de alijs quibuſdam Quæſtorib. reminiſcentem recordari. Non ſatis intelligitur an Reminiſcor eodem modo conſtruatur, nam ablatiuus (de alijs quibuſdam Quæſtoribus) ad infinitum, Recordari referri poteſt, ſi quidē reminiſcendo, aliquid in memoriam reducimus, ac recognoſcimus. Idem 1. Tuſc. Declarare ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere. Sic illic Reminiſcentem pro Reminiſcendo uidetur poſitum.

Memini, pro Mentionem facio, cum genitiuo, vel ablatiuo, & præpoſitione De, iungitur.

lib.11.c.2. Quint. Neque omnino huius rei meminit vſquam poeta.

Ibidem. Idem, De quibus multi meminerunt.

Datiuus poſt uerbum.

lib.6. Sum modo Datiuum vnum habet: Cic. Att. ſed nunciant, melius eſſe ei.

lib.3. Terent. Adel. Natura tu illi pater es, conſilijs ego.

Modo duos. Cic. Att. Reſpondebo primum poſtremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnæ moleſtię fuit.

Sum,

Sum, variè cum datiuo iungitur: modo enim pro Habere ponitur, ut sunt mihi omnia scripta Ciceronis. Summa necessitudo mihi tecum est. Cum duobus datiuis iunctum, plerunque per verbum Afficio, seu, Affero, exponitur: Epistola tua fuit mihi magnæ molestiæ, voluptati. Et parentibus honori, & amicis vtilitati, & reipublicæ emolumento esse poteris. Modo datiuus pro nominatiuo ponitur. Cic. 1. de Diuin. Quod ne dubitare possimus, maximo est argumento, quod nuper contigit. Idem pro Domo sua, Libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quæ domus ipsa erat indicio tui crudelissimi tribunatus. Denique multa, quæ putātur datiuum habere, vt Proximus, Propinquus, Cognatus, Amicus, Socius, Familiaris, Commilito, Conseruus, Condiscipulus, & alia id genus substantiua datiuum habent, beneficio verbi substantiui, ut Cæsar est propinquus Marcello: Lentulus est familiaris Ciceroni. Nam hæc separata à verbo Substantiuo non datiuum habent, sed genitiuum, vt Annibal occidit omnes propinquos Fabij, non Fabio. Omnes commilitones Iulij iugulati sunt, non Iulio. Proximus, Propinquus, Cognatus adiectiua, & quæ sunt generis eiusdem, datiuum ferè postulant, etiam absente verbo, Sum.

Verba, quæ Auxilium, Adulationem, Commodum, Incommodum, Fauorem, Studium significant, dandi casum postulant, vt Auxilior, adulor commodo, incommodo, faueo tibi, studeo philosophiæ. *Li. 6.*

Cic. in ver. Homini iam perdito, & collum in laqueum inserenti subuenisti. *Lib. 12.*

Cic. de Ora. Cū ita balbus esset Demosthenes, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putetur.

Exceptio.

Incumbo cum ad studium refertur, accusatiuum cum præpositione, In, postulat, ut incumbo in studium philosophiæ, literarum, &c.

Cic. de Orat. Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes: atque in id studium, in quo estis, incumbite. *Li. 1.*

Idem ad Att. Nunc mi Attice tota mente incumbe in hanc curā magna enim res est. *Lib. 16.*

Vel A D, Idem ad Plancum, Mi Plance incumbe toto pectore ad laudem. *Li. 10.*

Idem in Catil. Quare patres Conscripti incumbite ad salutem Reip. circumspicite omnes procellas, quæ impendent. *Ora. 4.*

AP-

APPENDIX.

Consulo tibi, hoc est, prospicio tibi, non consilium do.

Orat.4. Cic. in Catil. Consulite vobis, prospicite patriæ.

Consulo te, id est, consilium à te peto.

Lib.2. Cic. in Verr. Nunc ego iudices iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis: id enim consilij mihi profecto taciti dabitis, quod ego met mihi necessario capiendum intelligo.

Auxilium significãt. Auxilior, Opitulor, Patrocinor, Subuenio, Succurro, Medeor, Medicor. Adulationem, Adulor, Assentor, Blandior, Lenocinor, Palpor, Subparasito. Commodum, Consulo, Prouideo, Prospicio. Caueo, Metuo, Timeo. Incommodum, Doleo, Displiceo, Incõmodo, Detraho, Impono, Insulto, Illudo, Insidior, Irascor, Malecupio, Maledico, Malefacio, Maleuolo, Noceo, Officio, Obtrecto. Fauorẽ, Faueo, Studeo, Arrideo, Assẽtio, vel Assentior, Accedo tibi, & tuæ sententiæ, Adstipulor, Benefacio, Benignefacio, Benecupio, Benedico, Beneuolo, Consentio, Subscribo, Suffragor. Studiũ, Studeo, Vaco singulorum exempla frequentissime tibi occurrent. Quare ad alia transeamus.

Datiuo item adhærent composita ex verbo Sum, & quæ obsequium, obedientiam, submissionem, repugnantiam, significant: vt, Prosum, Obsequor, Obtempero, Seruio, Repugno tibi.

Lib.2. Cic. de Off. Contemnuntur ij, qui nec sibi, nec alteri prosunt, (vt dicitur) in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est.

Idem pro Syl. Ego vero quibus ornamentis aduersor tuis? aut cui dignitati vestræ repugno.

Quæ ex uerbo substantiuo cõponuntur, sunt hęc, Absum, Adsum, Desum, Insum, Intersum, Obsum, Præsum, Prosum, Subsum, Supersum, quæ & alios casus possunt admittere, antecedẽte præpositione, vt Nec in Antonio desuit hic ornatus: In Oratore perfecto inest omnis philosophorũ scientia: Roscius ne in conuiuio quidẽ vllo interfuit: In hac re nulla subest suspicio. Paucæ sententię ad consulatũ defuerunt. Siluerunt principes: neq; in illa concione affuerũt. Hæc apud Ciceronem, & his similia, eius scriptis euoluẽdis, leges. Verbũ, Possum, quamuis his genere, & cognatione proximum sit, vsu tamen alienum est. Cic. Pro Sex. Rosc. Apud me, & amicitia, & beneficijs, & dignitate plurimũ possunt. Pro eodẽ, Ego qui neq; vsu satis, & ingenio parum possum. Iungitur etiam cum accusatiuo, qui tamen à uerbis, Facio, & Ago uidetur regi. Cice. pro Planc. Quid enim possum aliud, nisi mœrere? nisi flere? Obsequium significant,

ficant, Inseruio. Indulgeo, Morigeror, Obsecũdo, Obsequor, Placeo, Satisfacio Obedientiam, Ausculto, Obedio, Obtempero, Pareo. Submissionem, Ancillor, Famulor, Seruio, Cedo. Repugnantiam, Aduersor, Obsto, Obsisto, Obstrepo, Reluctor, Repugno, Resisto, Reclamo, Refragor.

Dandi præterea casum desiderant, quæ euentum significant: vt Accidit, Cadit, Contingit, Euenit, Obuenit, Obtingit. Lib. 1.

Cic. ad Q. Fr. A te mihi omnia semper honesta, & iucunda ceciderunt. Lib. 4.

Idem Verr. Sorte prouincia Sicilia Verri obuenit. Lib. 1.

Idem de Off. Quod cuique obtigit, id quisque teneat.

Eiusdem generis sunt, Incidit, Cecidit, Succedit, Beneuertit, Maleuertit, Vsuuenit, quæ prima, & secunda persona priuantur. Vnde verba sine personis, quando præcipuis personis carent, nominantur, siue Impersonalia, eodem sensu. Hæc habent a fronte nominatiuum casum, modo aperte, Cic. de Senec. Si id culpa senectutis accideret, eadem mihi vsuuenirent omnia. Sal. Iugur. Metelloque Numidia euenit. Liu. 3. ab Vrb. Quod bene verteret ipsi, reique publicæ. Modo membrum orationis, Vice nominatiui. Quin. 6. Declam. Non contigit mihi, quod cæteris miserrimum est, filium efferre. Cic. 3 in Ver. Accidit, ut illo die veniret Lampsacum.

Item, Libet, Licet, Liquet, Expedit, & quæ sunt generis eiusdem.

Teren. Adel. Facite, quod vobis libet.

Cic. de Orat. Si tibi id minus libebit, non te vrgebo.

Idem in Verr. Non idem mihi licet, quod ijs, qui nobili genere nati sunt. Lib. 1.

Idem Aca. Si habes, quod tibi liqueat, neque respondes, superbis. Lib. 7. Lib. 4.

Hæc, vt apertum est, nominatiuus antecedit. Cic. pro Marcel. Multi dubitabant, quid optimũ esset: multi, quid sibi expediret. Antecedit & infinitum, siue orationis membrum, loco nominatiui. Cice. 5. Tusc. Peccare nemini licet. Idem, de Senec. Non libet mihi deplorare vitam. Generis eiusdem sunt, Conducit, Competit, Constat, Dolet, Suppetit, Superat pro suppetit, Suppeditat pro suppetit, Præstat, Placet, Restat, Stat, Sedet pro placet. Cic. ad Rufum lib. 13. Conducit hoc tuæ laudi. Pli. Competit ferme & hoc omnibus: Cic. 5. Ver. Nympho, antequam planè constitit, condemnatur. Teren. Adel.

Sed hoc mihi dolet, nos penè sero scisse.

Cicero. Parad. Vter igitur est ditior, cui deest, an cui superat? Idem de Claris Orat. Cui si vita suppeditasset, Consul factus esset. Idem Tironi li. 16. Mi-

bi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares. Idem pro Sest. Multò mihi, multò, inquam, iudices, præstat, in eandem illam recidere fortunam, quã tantam importare meis defensoribus, & conseruatoribus calamitatem. Idẽ. 3. Off. Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam Vir. 5. Idque pio sedet Aeneæ.

Cic. Varroni li. 9. Modo nobis stet illud, vna viuere in studijs nostris. Adde supradictis, Incessit, Accedit, Confert, Conuenit, Patet, Vacat. Liu. 1. belli Maced. Grauior cura Patribus incessit. Cic. pro Quin. Illud quoque nobis accedit incommodum. Quin. li. 3. c. 9. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas: vt cum idem, Tydea paruum sed bellatorem dicit fuisse. Cice. 3. de Fin. Posterius priori non conuenit. Idem Att. 4. Velim domũ ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse adesses.

Ouid. 2. de Trist. Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.

Multa denique ex verbis neutris, & præpositionibus Ad, Con, In, Inter, Ob, Præ, Sub dandi casum sibi assumunt, vt Assurgo, Consentio, Immineo, Illachrymo, Interuenio, Obuersor, Præluceo, Succumbo.

Cic. pro Sest. Mihi ante oculos obuersatur reipub. dignitas.

Idem in Sall. Ego meis maioribus virtute præluxi.

b. 11. Cic. Bruto, Te obsecro vt in perpetuum Rempu. dominatu regio liberes: vt principijs consentiant exitus.

Multa sunt huius loci, quorum nonnulla testimonia afferam. Cic. in Pison. Quis tibi paruit? quisnã in curiam veniẽti assurrexit? Idem pro Domo sua, Impendebat direptio imminebat tuus furor omnium fortunis. Suet. in Vesp. c. 15. Iustis supplicijs illachrymauit etiam, & ingemuit. Liu. 1. ab Vrb. Huic orationi Seruius cum interuenisset. Ibidem, Muro lapideo circundare vrbem parabat, cum Sabinum bellum cœptis interuenit. Cic. pro Deiot. Deiotarus nũquam succumbat inimicis, ne fortunæ quidem. Huc spectant, Acclamo, Accubo, Accumbo, Accresco, Adiaceo, Adnascor, Assisto, Assideo, Assuesco, Cõsuesco, Insulto, inhio, incumbo, indormio, incubo, illuceo, impendeo, ingemisco, insuesco, insideo, interiaceo, Occurro, Occurso, Obrepo, Oborior, Obequito, Præsideo, Præeo, Præcurro, Subiaceo, Subrepo, Succresco, Suboleo, Succlamo, & alia, quæ ordine elementorum digesta paulo post uidebis. Sunt præter ea, quæ hactenus numerauimus, alia, quæ locis communibus comprehendi minime possunt, vt Confido, Nubo, Proficio, Sufficio, Hæreo, itemq; cætera. Neque ij loci, quibus vsi sumus, placent: nam uerba quàm plurima necessario sunt excipienda, si rem diligentius inspicias. Quid Iuuo, Adiuuo, Lego, Subleuo, Erigo, confirmo, Corroboro, Alo, Nutrio, Sustento, Hortor, Moneo,

&

& alia penè infinita, non ne ad auxilium, commodum, fauorem pertinent? Perdo, Vexo, Infesto, Crucio, Occido, & alia innumera quis non videt incōmodum significare? Quæ cum ita sint visum est non inutile, neutra, quæ datiuum admitterent, literarum ordine recensere, non vt memoriæ à pueris mandentur, sed ut crebrius legantur.

Natura, quæ datiuum petunt ordinem literarum.

Absum, Acclamo, Accumbo Accubo, Accresco, Accedo tibi, & tua sententiæ, idest, Assentior, accedit hoc meis malis, pro additur, Acquiesco, Accidit, Adsum, Adulor, Adhæreo, Adhæresco, Allaboro, Adequito, Adnascor, Adno, Adnato, Aduluor, Affulgeo, Antecedo, Antecello, Anteeo, Antesto, Ancillor, Appareo, Applaudo, Appropinquo, Arrideo, Assisto, Assideo, Assuesco, Assurgo, Asseruio, Assentor, Assentior, Adstipulor, Ausculto, pro obedio, Auxilior. Benecupio, Benedico, Benefacio, Benignefacio, Beneuolo, Bene sit tibi, Beneuertat, Blandior. Caueo, Consulto, pro prospicio, Cōfido, Consentio, Cōsuesco, Commodo pro prosum, Cedo, pro locum do, Conducit, Confert, Cedit, Cadit, Contingit, Competit, Constat, Collibet. Detraho, Despero, Deseruio, Desum, Deficio, Displiceo, Dissentio, Diffido, Dolet. Euenit, Expedit, Excello. Fido, Famulor, Faueo. Gratulor, Gratificor. Hæreo. Illudo, Illabor, incessit, indulgeo, insum, insulto, inhio, incumbo, pro imitor, inseruio, insusurro, insisto, ignosco, illacbrymor, illachrymo, incommodo, indormio, incubo, illuceo, impono, pro decipio, impendeo, immineo, immoror, inhæreo, ingemisco, inuideo, irascor, innoas, innitor, insto, insuesco, insideo, interuenio, interiaceo, intersum, intercedo, id est, oppono me, & impedio, interdico, pro repugno. Libet, Licet, Lenocinor, Liquet. Malecupio, Maledico, Maleuolo, Malefacio, Malefit, Maleuertat, Medicor, Medeor, Metuo amicè, Morigeror, Moderor, id est, modum adhibeo. Nubo, Noceo. Obedio, Obsecundo, Obtempero, Obsequor, Obluctor, Obsto, Obsisto, Obtrecto, Oberior, Obnitor, Obrepo, Obsum, Obloquor, Obequito, Obirascor, Obuersor, Obuenit, Obtingit, Occurro, Occurso, Officio, Opitulor. Palpor, Patet, Patrocinor, Placeo, Parco, Pareo, Præsto, Præsum, Præcurro, Præco, Præcello, Præluceo, Præsideo, Prouideo, Prospicio tibi, idest, consulo tibi, Præstolor, Præstat, Proficio, Prosum, Proximo. Recipio tibi idest, promitto, Renūtio, idest abstineo, & alieno me, Refragor, Reclamo, Reluctor, Repugno, Resisto, Respondeo, pro satisfacio. subiaceo, succurro, succedo succresco, succlamo, suboleo subrepo. succumbo. subsum, subseruio. subscribo, id est, assentior, sufficio, idest, parsum, suffragor, seruio, superſum suppetit, suppeditat, & superat, pro suppetit, satisfacio, stat studeo, supplico. Timeo amicè, Tempero, pro abstineo Vaco, idest, Operam do, Vacat, Vsu venit, Venit mihi in mentem.

A B C D E, F G, H, I L, M N, O P R S V

Datiuus, vel Accusatiuus post verbum.

Antecedo, Anteeo, Anteſto, Anteuerto, Attendo, Præſto, Præcurro, Præeo, Præſtolor, Inceſſit, Illudo dandi, vel accuſandi caſum admittunt.

Lib. 4. Cic. de Fin. Virtus tãtum præſtat cæteris rebus, vt dici uix poſſit.
Bel. Ma. 7. Liu. Robore nauiũ, & virtute militũ Rom. Rhodios præſtabant.

Verba, quæ varios caſus poſtulant.

Sunt quædam uerba, quæ varios caſus, pro uaria ſignificatione admittunt, cuiuſmodi ſunt, Auſculto, Caueo, Cõſulo, Cedo, Commodo, Detraho, Formido, Incumbo, Impono, Inſideo, Interdico, Moderor, Metuo, Prouideo, Proſpicio, Recipio, Reſpondeo, ſubeo, ſuccedo, ſuperat, ſuppeditat, ſufficio, Timeo, hæc ambigua appellantur. Alia eadem manẽte ſignificatione, uarios nihilominus caſus habent: huius generis ſunt Antecedo, anteeo, &c. Cicer. 2. Off. Natura hominis pecudibus cæteriſq; beſtijs antecedit. Cæſar. 3. belli Gall. ſcientia, atque vſu nauticarum rerum cæteros antecedunt. Cic. 9. Phil. Cum Seruius Sulpitius ætate illis anteiret, ſapientia omnibus, ſubito ereptus, totam legationẽ orbam, & debilitatam reliquit. Idem 2. Off. Admiratione quadam afficiuntur ij, qui anteire cæteros uirtute putantur. Idem 2. de Inuen. Crotoniatæ omnibus corporum viribus anteſteterunt. Pom. Mel. li. 3. c. 6. Ex ijs Codanonia, quam adhuc Theutori tenent, ut magnitudine alias, ſic fœcunditate anteſtat. Teren. Eun. Miror, ubi ego huic anteuerterim. Tacit. Damnationem veneno anteuertit. Cicer. pro Archia, Quoniam me in hoc genere dicendi tam diligenter attenditis. Idem 3. de Fin. Quare attendo te ſtudioſe. Idem pro Cluen. Attendite exitum. Proximum ſeculum datiuum dedit huic uerbo. Pli. li. 1. Epiſt. Nunc rogo, ut non tantum uniuerſitati eius attendas, verum etiam, &c. Idẽ li. 7. Neminem deſpicit, ac ne ſermonibus quidem malignis attendit. Idem in Panegy. Iurat in legem attendentibus Dijs; nam cui magis, quam Cæſeri attendant? Suet. in Galba pro operam dare, uidetur poſuiſſe: Inter liberales, inquit, diſciplinas, attendit & iuri. Cic. 4. in Catil. Hæc, non ut uos, qui mihi penè ſtudio præcurritis, excitarem, locutus ſum. Idem in Orat. Horum vterque Iſocratem ætate præcurrit. Idem pro Mil. Heſterna etiam concione incitati ſunt, ut uobis uoce præirent, quid iudicaretis. Pli. li. 28. c. 2. De ſcripto præire aliquem. Liu. 8. ab Vrb. Agedum Põtifex publicus populi Romani, præi uerba, quibus me pro legionibus deuoueam. Teren. Eunuch.

Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium?

Cic. Att. 2. ita tamen. vt quoniam tu nihil certi ſcribis, in Formiano tibi præſtolor,

ftolor vsque ad tertium nonas Maij. Idem ad eundem 3. Ego huic spei, & expectationi, quæ nobis proponitur, maxime tamen volui præstolari apud te. Idem 1. in Catil. Quanquam quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos, qui tibi ad Forum Aurelium præstolarentur armati? Val. Max. in prol. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Liu. 1. ab Vrbe; Grauior cura Patribus incessit. Colum. lib. 22. c. 10. Incessit hominibus sterilitas annonæ. Incessit, multo frequentius cum accusatiuo legitur. Liu. 1. ab Vrb. Timor deinde Patres incessit. Idem. 4. belli Pun. Ipsum ingens cupido incesserat, Tarent di potiundi. Lib. 7. deca 4. Timor incessit Liuium. Tacit. lib. 1. cum Pannonicas legiones timor incessit. Terent. Andr.

Noua nunc religio vnde te istbæc incessit?

Cic. pro dom. sua, Hic nō illudit autoritati horum omnium, qui adsunt, summorum virorum? Idem 1. de Orat. Ipsa vero præcepta sic illudere solebat, &c. Adulor, etiā cum accusatiuo iungitur. Cic. in Pis. Sine vlla specie cōsulari horrentem, trementem, adulātem omnes, videre te volui; vidi. Colum. lib. 7. capit. 12. de canibus, illi quoque furem adulantur. Despero, cum accusatiuo: Cæs. 5. belli Gall. Desperare fugam: Cic. 2. in Cat. Honores, quos quieta repub. desperant, perturbata consequi posse arbitrantur. Cum datiuo, Idem in Pis. Quid? quod tu toties diffidens, ac desperās rebus tuis, in sordibus, lamētis, luctuque iacuisti? Cæs. 3. belli Gall. Suis fortunis desperare cœperant. Allatro, Prçcedo, Anteuenio, Deficio, frequentissimè cum accusatiuo iunguntur, rarò cū datiuo. Plin. de Viris illust. In capitolium in intēpesta nocte eunti nunquam canes allatrauerunt. Plau. Asin.

Vt vestræ fortunæ meis præcedunt Litane longe.

Anteuenio, apud cūdem leges, cum eodem casu. Cæs. 3. belli Gall. Cū iam amplius horis sex continenter pugnaretur, ac nō solū vires, sed etiam tela nostris deficerēt. Ci. accusatiuo vtitur 4. In Ver. Me dies, vox, latera deficerēt, si hoc nunc vociferari vellem. Idē pro S. Ros. Tempus hercle te citius, quam oratio deficeret. Insulto, Medicor, interdum accusatiuū habent, vt, Decet, datiuum. Indignor, cum accusatiuo rei iūgitur, Quint. lib. 6. Quidā indignātur imperia, quosdam cōtinet metus. Cic. 2. de Inuen. Et dicere ea, quæ indignātur aduersarij, tibi quoq; indigna videri, Insulto frequēter datiuo iungitur Liu. 1. ab Vrb. Satis illum diu per licentiā eludentem insultasse bonis. Rarius accusatiuo, Terent. Eun. Insultare fores calcibus. Tacit. lib. 3. Qui nunc patientiam senis, & segnitiam iuuenis iuxta insultet. Medicor, Terent. Andr.

-- quum ego possim in hac re medicari mihi?

Ibid. -- gnato vt medicarer tuo. Plin. lib. 25. cap. 2. Vt omnibus malis humanis illius potissimū principis semper medicetur maiestas. Petit & accusatiuū Plaut. Mostel. Habe bonum animum, ego istum lepide medicabor metum. Omitto, Palpo, Voce actiua quod iuuenalis Satyr. 1. cum accusatiuo iun-

xit. Nubo nō solum datiuum, sed etiam ablatiuum cum præpositione, Cum, po stulat. Cic. Catoni lib. 15. Hique mihi nunciassent regis Parthorum filium, quo cum esset nupta regis Armeniorum soror, &c. Plaut. Asin. -- ego istbuc scio

Ita fore illi, dum cum illo nupta eris.

Excello sine controuersia datiuo gaudet: aiunt apud Latantium cum accusatiuo etiam reperiri, quem locum nondum potui inuenire. Antecello docent mul ti iunxisse Ciceronem cum accusatiuo: pro Cornel. Qui eloquentia cęteros antecellit: qui locus in ea oratione quæ extat nusquam est. Prisca. lib. 10. citat Ciceronem in 1. pro Cornel. hoc modo, Qui eloquentia cęteris antecellit: non cęteros. Habuit itaque Cicero plures orationes pro Cornelio: nam idem Priscianus eodem libro eundem citat lib. 2. pro Cornel. idemq; Cicero in Orat. secundæ Cornelianę meminit: Credo tamen habuisse accusatiuum, nam Autor ad Heren. lib. 2. pasiuè eo vsus est: An ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur. Noceo non solum apud Plautum, sed etiam apud Senecam accusatiuum nonnūquam habet, lib. 5. Controuer. vltima controuersia, Dum filium vindico, vbi me grauissime nocere possit, ostendit. Et epistola 104. aliis 103. Non, ne te noceant, sed ne fallant. Libri tamen castigatiores sic habent, Sic viuendo quid consequeris? Non, ne noceant, sed ne fallant. Quidam etiam Liuium 3. ab Vrb. huius constructionis laudat autorem, Qui deorum quemquam nocuerit: sed corruptè, vt alios non paucos. sic enim est apud Liuium, Sancien do, vt qui Tribunis plebis, Aedilibus, Iudicibus, Decemuiris nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset, &c. Hac lege iuris interpretes negant quenquam sacrosanctum esse, sed eum qui eorum cuiquam nocuerit sacrum sanciri. Idem ait Facio pro Proficio dandi casum exigere, citatq; Plinium lib. 23. Mustum capitis doloribus facit. quæ constructio non solum contra grammaticę præcepta facit, sed etiam medicinæ leges funditus euertit. Longe aliter locutus est Plin. c. 1. Mustum, inquit, omne stomacho inutile, venis iucundum. & paulo post, Capitis dolores facit, & gutturi inutile. Idem verbum adiunctis aduerbijs Bene, Benigne, Male, Præclare, datiuum petit. Idem lib. 22. c. 19. Radix Cœliacis præclare facit in cinere tosta. Idem Plautum deprauatè citat in Captiuis, Dicto haud audiebat, cum vera lectio sit,

Memini cum dicto haud audebat, facto nunc lædat licet.

Quædam datiuum simul, & accusatiuum admittunt, ut metuo, timeo tibi calamitatem, inuideo tibi laudem, assentior tibi cętera, gratulor tibi uictoriam, cur tibi hoc non gratificer nescio. Alia etiam casum præpositionis petunt repetita præpositione, cuiusmodi sunt absum, adhæreo, adhæresco, detraho, despe ro, insum, insideo, inhæreo, appropinquo, illudo, insulto. Cicero Att. 11. Nō cessat de nobis detrahere. Idem de Orat. 3. Quæ cum dixisset in Albutium illudens, ne a me quidem abstinuit. Idem pro Mil. Qua tot annos illum in hanc RE publicam insultare uideret, & pateretur. Sunt præterea, quæ supra elemento-

rum ordine enumerauimus, & alia ferè poetica. Adiugilo, adfremo, allabor, bello, certo, contendo, concurro, colludo, constrepo, diffideo, grator, insurgo, inuigilo, insileo, lateo, indoleo, immorior, immurmuro, inserpo, intercurro, occumbo neci, morti: obambulo, obmurmuro, præsilio, pugno, remurmuro. Plin. ad Romanum lib. 8. Certo, more poetarum, cum datiuo iunxit, in descriptione cuiusdam fontis: Rigor, inquit, aquæ certauerit niuibus, nec color cedit. Quædam alia, quæ à nonnullis adduntur consultò prætermisi, quod apud veteres, aut nulla testimonia repererim, aut non satis aperta: uerbi causa, Verbo dominandi dandi casum tribuũt, citantq́ Ciceronem pro Caio Rabirio Posth. Dominatus est enim, inquit, Alexandriæ. Item Virg. 1. Aen. Victis dominabitur Argis: cum uterq́ casus non proprius, sed communis uideatur. Eodem enim modo, dicimus Mortuus est Alexandriæ, & Morietur Athenis, Argis. Itaq; malim uti ablatiuo cum præpositione, In, quod frequẽtissimum est apud bonos autores Cic. Tusc. 1. Vetat. n. dominans ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare. Idem pro Cæc. Deniq; nimia ista, quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc solo genere quiescit. Aut accusatiuo cum eadem præpositione. Idem de Senect. Ita enim senectus honesta est, &c. si usque ad extremum spiritum dominatur in suos. Diomed. lib. 1. numerat hoc uerbum inter ea, quæ ablatiuum habent, Dominor Græcis, inquit ille, & dominatus sum, magis tamen inclinat animus, ut eos sequar, qui dandi casum tribuunt. Verg. 3. Aen. Hinc domus Aeneæ cunctis dominabitur oris.

Interdico.

Interdico singulare est, nam præter datiuum, ablatiuum habet. *Bel. Ga. 1* Cæsar, Postea quam in vulgus militum relatum est, qua arrogantia in colloquio Ariouistus vsus, omni Gallia Romanis interdixisset, multo maior alacritas, studiumq; pugnandi maius exercitui iniectum est.

Item accusatiuum. Liui. Fœminis duntaxat vsum purpuræ interdicemus. *Be. Ma. 4*

Interdico frequenter præter datiuum, accusatiuum habet. Valer. Max. li. 2. cap. 2. Interdixit etiam ei conuictum hominum, usumque balnearum. Seneca lib. 3. de Ira. Si iubes Cæsar, statim illi domum meam interdicam. Sic Iustinus lib. 5. Sueton. in Nerone. Cum ablatiuo frequentissime reperitur. Cicer. 6. Philip. Sic comtemnit tanquam si illi aqua, & igni interdictum sit. Videntur dixisse etiam ueteres interdico tibi aquam, & ignem, unde à Cicerone dicitur pro domo sua, Vbi enim tuleras, ut aqua, & ignis mihi interdiceretur? Ibidem, Velitis, iubeatis ne, ut M. Tullio aqua, & ignis interdicatur?

Verba sunt Clodij. Verbum hoc præter accusatiuum, non uidetur habere ablatiuum, ut interdico te aqua, & igni. Nam illud Cæsaris ita scriptum est in libris, quos quidem viderim quemadmodum citauimus, prope finem. 1. Bel. Gall. neque arbitror Romanos, ut quidam citant, usquam esse.

Ablatiuus post Verbum.

b.1. Sum ablatiuum petit significantem laudem, vel vituperationem.

Cic. Lentulo, Tu fac animo forti, magnoq; sis.

Idem post reditum ad Quirites, Bona valetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt.

Idem contra Rullũ, Quem vestrũ tam tardo ingenio fore putauit.

Idem in Bruto, Summo iste quidem ingenio dicitur fuisse.

APPENDIX.

Sum, interdum genitiuum habet etiam cum laus, vel vituperatio significatur.

Cic. pro Sestio, Nimium me timidum, nullius animi, nullius consilij fuisse confiteor.

lib. 4. Idem ad Octau. Antonius vir maximi animi, vtinam etiam sapientis consilij fuisset.

Plinius ad Clementem, Erat puer acris ingenij, sed ambigui.

Non semper quæ ablatiuo efferuntur, genitiuo efferri possunt, cuiusmodi sunt hæc. Terent. Eun. Bono animo es. Idem Adelph. Bono animo fac sis. Idem Phorm. Animo uirili, præsentiq; sis. Cic. in Brut. Nunc si es animo vacuo, expone nobis, quod quærimus. Idem ad Canin 2. Hoc animo qui sunt, deteriores fiunt. Idem Att. 6. Equidem sum magna animi perturbatione. Itẽ illa apud eundem: Hic capite, & supercilijs semper est rasus. Mira sum alacritate ad litigandum. Incredibili sunt solicitudine. Sum magno dolore, & multa id genus alia. Itaq; delectu opus est. Alia contrà genitiuo potius, quã ablatiuo efferuntur. Terent. Andr. Nullius consilij sum. in August. Cibi minimi erat, ac fere vulgaris.

Ablatiuus.

His Egeo, Indigeo, Careo, Vaco, Victito, Vescor,
Viuo, Supersedeo, Potior, Delector, Abundo,

Ma-

Mano, Redundo, Fluo, Scateo, Fruor, atq; Laboro,
Glorior, Oblector, Lætor, quibus addito Nitor,
Consto, Pluit, Valeo, Possum, Sto, Fungor, & Vtor,
Quem Graij ignorant casum, tribuere Latini.

Cic. Q. Fr. Incredibile est mi frater, quam egeam tempore. lib. 3.

Idem offi. 1. Nihil honestum esse potest, quod iustitia vacat.

Plin. lib. 6. ca. 30. Pars quædam Aethiopum locustis tantum viuit, fumo, & sale duratis.

Cic pro Sex. Rosc. Commoda, quibus vtimur, lucemque, qua fruimur, spiritumq;, quem ducimus, à Deo nobis dari, atque impertiri videmus.

Liu. 1. ab Vrbe, Nunciatum est Regi, patribusque, in monte Albano lapidibus pluisse.

Quibus adde, Periclitor, Quintilia. Si aut statu periclitari, aut opinione litigator videtur. li. 6. c. 1.

Careo, abundo, scateo apud ueteres etiam cum genitiuo iungebantur. Vnde Terent. Heaut. dixit, Tui carendum. Lucilius, Quarum abundamus rerũ. Gell. lib. 1. c. 1. Irarumq; scatebat. Vaco pro careo huius est loci. Nam cum operam dare significat, datiuũ amat. Exempla facilè inuenies apud idoneos autores. Plaut. Most. Victitabam uolupe parsimonia, & duritia. Solinus, si modo tibi satis idoneus uidetur, de Essæis loquens, ca. 47. Palmis, inquit, uictitant. Viuo pro uictito, alor. Cic. 7. Verr. Ego naues fuisse dico, remiges, nautasq; demissos, reliquos stirpibus uixisse palmarum. Supersedeo, idest, abstineo. Idem de Inuent. 1. Omnino narratione supersedendum est. Idem de Diu. 1. Herculis simulacrum sudore manauit. Idem ibid. Quid? quòd fluuius atratus sanguine fluxit? Sic affluo, diffluo, circunfluo. Laboro, idest, premor, male habeo: Cæsar lib. 3. Belli Ciuil. Maxime re frumentaria laborant. Sic laborare fame, frigore, morbo. Quin. lib. 2. c. 17. Constat experimentis medicina. Cic. in Orat. Quidam nominibus ueterum gloriantur.

Idem 1. Tusc. Fiducia uirtutis nobis nitendũ est ad spem beatè uiuẽdi. Cic. Off. 1. Alios uidemus uelocitate ad cursum, alios uiribus ad luctandum ualere. Idem pro Quint. Verum ita se res habet, ut ego, qui neque vsu satis, & ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer. Sto pro obtemperare, assentiri, fidem habere, hærere, persistere, elegãter iungitur cum ablatiuo. Cic. pro Flac. Marcus Gratidius legatus, ad quem est aditum, actionem se daturũ negauit, re iudicata stari ostendit placere. Idem pro Cluen. Et si uterque Censor Censoris opinione standum putauit, quid est, quam ob rem, &c. Hinc sunt illæ locutiones, stare decreto, pacto, iureiurando, promissis. Huc accedunt & illa, Abire magistratu, consulatu: cedo patria, urbe, domo. Exundo, exubere

bero addi possunt, quamuis rara sint. Ex his, quæ suprà posuimus, Consto, labo ro, frequentissimè præpositionem, ex, admittunt. Cic. Tusc. 3. Cum constemus ex animo & corpore. Idem in Ora. Actio constet è uoce, atq; motu. Quo modo ferè loquitur Cicer. Laborare ex desiderio, ex renibus, ex intestinis, ex pedibus, ex inuidia, Tulliana sunt. Nitor, glorior præpositionem, In, interdum admittunt. Idem pro Mil. Huius uita nititur in salute ciuitatis, Idē de Nat. 2. Propter uirtutem iure laudamur, & in uirtute rectè gloriamur. Idem in Vat. De tuis diuitijs intolerantissimè gloriaris. Ablatiuum uerborum Lætor, Tristor, Oblector, Delector, si quis dixerit cōmunem esse, atq; spectare potius ad causam, minimè ei repugnauerim: hæc ad alia nonnulla quæ uersiculis continentur, non putauimus exemplis confirmanda, ne in re trita, & quotidiana tempus frustra consumeremus. Periclitor cum ad periculum, discrimenq; refertur, ablatiuum etiam postulat. Martial. lib. 6. Periclitatur capite Sotades noster. Capitis, siue de capite periclitari, nōdum apud idoneos scriptores, quod meminerim, legi. Cum experiri significat, accusatiuum petit. Cic. pro Quint. Omnia circunspexit Quintius, omnia periclitatus est.

APPENDIX.

Egeo, Indigeo, Potior, etiam casum interrogandi admittunt.

lib. 7. Cic. Att. Egeo consilij, quod optimum factu videbitur, facies.

Phil. 6. Idem in Anton. Hoc bellum indiget celeritatis.

lib. 1. Idem Lent. Otium nobis exoptandum est, quod ij, qui potiuntur rerum, præstaturi videntur.

Potior frequentissimè cum genitiuo iungitur etiam pro, Frui, Tenere, & interdum Vincere. Cic. ad Lent. 1. Si exploratum tibi sit posse illius regni potiri. Idem de Fin. 1. Nullas etiam consequuntur uoluptates, quarum potiundi spe inflammati multos labores, magnosq; susceperunt. Salust. Romani signorum, & armorum potiti sunt. Idem Catil. Cui fatum foret urbis potiri. Autor ad Her. 4. Atheniensium potiti sunt Spartiatæ. Crebra occurrūt exempla, maxime apud historicos. Cum genitiuo, Rerum, elegantissimè copulatur, significatq; summam imperij administrare.

APPENDIX II.

Potior, Vescor, Fungor, Pluit non recusant accusandi casum.

Cice. Tusc. 1. Ego doleam, si ad decem millia annorum gentem ali-

Libr. 10. quam urbem nostram potituram putem?

cap. 3. Plin. Aues nonnullæ vescuntur ea, quæ rapuere pedibus.

Terent. Adelph. — neque boni.
Neque liberalis functus officium est viri. *li. 1. dec.*
Liu. In area Vulcani, & Concordiæ sanguinem pluit.

Hæc quatuor verba non rarò accusatiuo adhærent. Terent. Adelph.
Ille alter sine labore patria potitur commoda.
Ibidem, Miseriam omnem capio, hic potitur gaudia. Plau. Asinar.
Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum.
Cic. Philip. 13. Vincamus odium, pacemq; potiamur. Legitur & pace. Plin. lib. 8. cap. 50. Si caprinum iecur vescantur. & li. 9. cap. 50. Oua vescentes. Et lib. 11. cap. 37. Qui absinthium uescuntur. Tacitus in uita Agricolæ. Eò ad extremum inopiæ uenere, vt infirmissimos suorum mox sorte ductos uescerentur. Terent. Heaut. — attente tute illorum officia fungere.
Ibidem, — hæc egò præcipio tibi, Hominis frugi, & temperati functus officium. Taci. lib. 3. Suprema erga memoriam filij sui munera fungeretur. Ibidem lib. 4. Ego me Patres conscripti mortalem esse, & omnium officio fungi, & cætera meminisse posteros uolo. Liu. 10. bel. Pun. Sanguinem pluisse per biduum in area Concordiæ satis credebant. Valer. Max. lib. 1. cap. 6. Eiusdem generis monstra alio tumultu credita sunt, puerum infantem semestrem in foro Boario triumphum proclamasse: in Piceno lapides pluisse. Iullius Obsequens de prodigijs, In area Vlcani per biduum, in area Concordiæ totidem diebus sanguinem pluit. Item Vtor apud priscos. Plaut. Casin.
Cætera, quæ uolumus uti, Græca mercamur fide.
Neque illud Ciceronis 2. de Orat. quod quidam affert, Si ærarij corpus vtimur ad belli adiumenta: contra nos facit, cũ ubiq; sic legatur, Si ærarij copijs, & ad belli adiumẽta, & ad ornamẽta pacis utimur, uectigalibus seruiamus. Abutor apud Comicos sæpe accusatiuum habet. Ter. Prologo Andriæ,
Nam in prologis scribundis operam abutitur.

APPENDIX III.

Neutra sæpe ablatiuum admittunt significantem partem.

Cic. de Orat. Equidem & in vobis animaduertere soleo, & in me ipso sæpissime experior, vt exalbescam in principijs dicendi, & tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. *lib. 2.*

Idem ad Quint. Frat. Si tibi bellum aliquod magnum, & periculosum administranti prorogatum imperium uiderem, tremerem animo. *lib. 1.*

Hoc genere loquendi frequentius vtuntur poetæ, qui ablatiuum etiam in accusatiuum mutare consueuerunt.

Horat.

Epi. 1. Horat. — animoque,& corpore torpet.

Se. 2. fa. 7. Idem — tremis ossa pauore.

Geor. 3. Virg. Stare loco nescit, micat auribus,& tremit artus.

Plura exempla non solũ apud Ciceronem, Verũ etiam apud alios scriptores inuenies. Idem Att. 5. Stamus animis, & quia consilijs, ut uidemur, bonis vtimur, speramus etiam manu. Idem Tusc. 4. Dicit Hectorem toto pectore trementem. Cæc. ad Cic. 6. Cum vero ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremisco. Huc accedunt illa. Cadere, concidere animo. Itẽ Pendere animis Cic. Tusc. 1. Quod si expectando, & desiderãdo pendemus animis, cruciamur angimur. Cum vero singulari numero utimur, genitiuo locus est. Idẽ 1. de Leg. Ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus, si traducor aliò. Cælius ad Ciceronem lib. 8. Ego quidem vehementer animi pendeo. Sic Cic. Att. 8. 11. 12.

DE CONSTRVCTIONE
VERBI ACTIVI.

VErbum Actiuum, vel potius Accusatiuum verbum cuiuscunq; id demum positionis sit, post se accusandi casum postulat.

Vt Deum cole. imitare diuos.

Amplectere virtutem. Noui animi tui moderationem.

Non decet ingenuum puerum scurriis iocus.

Heu quam miseram vitam viuunt auari.

lib. 9. Cic. ad Att. Ingrati animi crimen horreo.

lib. 14. Idem ad eundem, Amariorem me senectus fecit, stomachor omnia.

APPENDIX.

Hæc tria postrema,& similia tantisper actiua censentur, dum accusandi casum sibi vendicant.

Nihil ferè in tota constructionis ratione difficilius est, quam uerbi actiui naturam cognoscere. Ego, vt verum apertè, & ingenuè confitear, nondum rationem inire potui, qua hãc præceptionem ita tyronibus proponerẽ, facile vt intelligi posset. Nam illud tritum, & peruulgatum præceptum. Omne verbum significans actionem post se accusatiuum postulat, ne ij quidem, qui philosophiç præceptis sunt imbuti, facilè intelligent, neq; mirum. Cur enim pugno, dimico, seruio, noceo, malefacio, insidior, aduersor, & sexcẽta alia, non habeant accusandi casum, cum actionem significent? Nisi uero quis existimat minorẽ ibi esse actionẽ vbi res ferro, & flammis agitur, quã ubi lingua, & calamo.

Quod

Quid enim causa est, quamobrem Lego, & Scribo actionem significent, Pugno, Dimico actionis sint expertia? Quid? Seruio, noceo, insidior otiosa erunt: canto, rideo actuosa? Verum quoniam suprà ex veterum grammaticorum sententia confirmauimus, hæc etiam actionem significare, neque idem valere actionem significare, & actiuum esse verbum, nihil est cur his diutius immoremur. Nobis, quod ad cõstructionem attinet, illud erit verbum actiuum. vel potius accusatiuum (sic enim velim appellare omne id, quod in accusatiuum transit) quod post se accusatiuum postulat, cuiuscunque positionis. Porrò verborum omnium positiones, siue terminationes quinq; sunt, cum quinq; nõ amplius literis indicatiuo modo, vt placet Diomedi, finiãtur: O, R, T, M, I: vt amo, amor, pudet, possum, noui. Diomedes, Phocas, Priscianus, ea demum appellant actiua, quæ O, litera finita, passiua fieri possunt, R, litera apposita: quibus facio, calefacio, volo, noui, odi, & reliqua omnia quantumuis, accusandi casu gaudeant, neutra sunt, si R, literam assumendi negetur facultas. Nobis tamen, vt puerorum imbecillitati consulamus, dabunt veniam veteres illi huius artis proceres, si omnia, quæ accusatiuum admittunt, cuiuscunque illa sint terminationis, actiua appellauerimus. Horum quinque sunt genera, siue ordines. Primum genus transit in accusatiuum primæ, secundæ, & tertiæ personæ, vt amo me, te, illum. Secundum in accusatiuum tertiæ personæ rei mutæ fertur, vt aro campum: colo agros. Tertium in accusatiuum significantem rem verbi, vt viuo vitam, curro cursum, aut in accusatiuum mensuræ, qua rẽ ipsam metimur, vt dixi duas ætates, curro stadium. Res verbi interim ablatiuo effertur. Cælius ad Cic. lib. 8. Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. Cic. ad Q. Fr. 3. Patiamur illum ire nostris itineribus. Quartũ genus multa deponentia amplectitur, & communia omnia cum actionem significant, vt sequor bonos. amplector hospitem. Postremum genus amplectitur nonnulla verba mutilia, siue defectiua, cuiusmodi sunt Noui, memini pudet, & cętera eiusmodi. Itẽ quæ Neutro actiua licet appellare, cuius generis sunt, anhelo, erubesco, crepo, calleo, doleo, horreo, indignor, ingemo, inclamo, lætor, maneo, mœreo, obstupesco, roro, sono, sudo; studeo stomachor, Cic. Philip. 2. Edormi crapulã istam, & exhala. Terẽt. Adelph. Ego illius sensum pulchrè calleo. Senec. ep. 66. Non contremiscamus iniurias, non vulnera, non egestatẽ. Plin. lib. 17. cap. 10. Periculum tantum eo die est, si rorauerit quantulumcunque imbrem. Idem Præfat. Quanto tu ore patris laudes tonas.

Conferamus, quæ diximus in pauca. Verba O, finita, quæ addita R, litera fiunt passiua, vt laudo, vitupero: item quæ ad res mutas pertinent, vt fero colo, plãto, rigo, pastino, occo, puto, ablaqueo, vindemio meto: præterea quibus res verbi, seu mensura rei additur, vt viuo vitam, ætatem, curro cursum, stadium. Postremò communia omnia cum actionem significant, accusatiuum exigunt. Deponentia cum latissime pateant, nam quædam interrogãdi, alia dandi, alia

accu-

accusandi, alia deniq; sexto casu gaudēt, hac ratione, quæ accusatiuū petūt, deprehendes Verbū deponens, aut transitiuum, aut intransitiuum est. De intransitiuis satis dictum est. Transitiua, quæ genitiuum, datiuū, ablatiuum petunt, paulo ante cōmemorata sunt. Superest igitur, vt cętera accusandi casum poscant. Quod idem de ijs, quæ O, litera finiūtur, dictum sit: nam si transitiua sunt, neq; aut interrogandi, aut dandi, aut sextum casum exigūt, actiua sunt. Quę causa me impulit, vt prius de verbis neutris quā actiuis agerem. Mutila, quę accusatiuo gaudēt, pauca sunt, Memini. odi, noui, cedo pro da, Esse pro ede re, pœnitet, piget, pudet, miseret, miserescit, tædet. Neutro actiua legendis pro
A *batis scriptoribus obseruāda. Deponētia literarū ordine colliget, cui otioso esse licebit. Abominor, Adipiscor, Adorior, Admiror, Admetior, Aemulor, Aggredior, Alloquor, Architector, Aßequor, Aspernor, Auguror, Auspicor,*
C *Aucupor, Auersor. Calumnior. Comitor, Cōmētor, Commereor, Cōminiscor, Consolor, Consequor, Contemplor, Cohortor, Confiteor, Conspicor, Conqueror,*
D *Confector, Contestor, Contueor, Conor. Demereor, Demoror, Demolior, Demetior, Demiror, Deprecor, Depopulor, Depeculor, Detestor, Dignor, Diffiteor,*
E *Dilargior, Dispartior, Emetior, Emētior, Effaris, vel effare, Eloquor, Execror,*
F *Exsequor, Exortor, Exordior. Fateor, Faris, vel fare, Fabulor, Fabricor, Fæne-*
H, I *ror, Frustor, Fruor. Hortor, Helluor. Iaculor. Imitor, Imprecor, Imperior,*
L *Inficior, Insequor, Insector. Intueor, Lamentor. Loquor, Lucror, Ludificior,*
M *Machinor, Meditor, Mētior, pro imitor, Mercor, Mereor, Metior, Minor, Mini-*
N *tor, Miseror, Moderor, Molior, Moror, Muneror, Mutuor. Nanciscor, Nun-*
O, P *dinor, Nutricor. Obliuiscor, Obtestor, Obminor, Opinor, Operior, Ordior. Patior. Paciscor, Percontor, Periclitor, hoc est experior, Persequor, Pigneror,*
Q *Polliceor, Populor, Precor, Prædor, Præmeditor, Præstolor, Profiteor, Prose-*
R, S *quor. Queror. Rimor, Recordor, Reor, Remoror. Scitor, Sciscitor, Scrutor, Se-*
T, V *quor, Speculor, Solor, Suspicor. Testor, Testificor, Tueor, Tutor. Veneror, Vereor, Vlciscor. Cic. Att. 9. Hic quidem mera scelera loquuntur. Cæs. 1. Bel. Gal. Non minorem laudem exercitus, quàm ipse Imperator meritus esse videbatur. Mereri bene, uel malè de aliquo, est ei commodare, vel incommodare. Cic. ad Lent. lib. 1. Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Idem pro Mil. Non. n. inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi non malè aliquādo de me meriti, sed optimè.*

Decet, dedecet, iuuat, delectat, modo nominatiuum habēt apertè. Cicero in Brut. Decet hoc illum nescio quomodo. Senec. li. 2. de Benef. Te omnia dedecēt. Plin. li. 9. Ad Sabinianum, Iuuabit hoc te. Plaut Cap.

Neque unquam quidquam me iuuat, quod edo domi.

Cic. 1. Fam. Me status hic Reipublicæ non delectat. Modo infinitum, aut uerbum cum suo casu loco nominatiui habent. Idem Tusc. 4. Oratorem uero irasci minime decet, simulare non dedecet. Plinius Epi. 13. iuuat me, quòd vigent studia.

studia. Cic. ad Quint. Frat. 2. Teq; hilari esse animo ualde me iuuat. Quint. li. cap. 1. Tum praecipuè in epistolis secretis, & familiaribus delectabit, ne hoc quidem neglectum reliquisse. Decet etiam dandi casum habet. Terent. Adelph. — imo hercle ita nobis decet. Plaut. Amph. Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet. Illud quod afferunt quidam Ciceronis de Ora. Quandoq; id deceat prudentiae tuę, suspicor nusquam esse. Antiqui, inquit Donatus, si addebant statim uerbum, Nos decet fatere, Nos decet dicere: si non addebant, Nobis decet, dicebant. Verbum, Oportet, cum his, quæ modo commemorauimus quidam coniungunt, quasi vere accusatiuum post se postulet, cum uerbum sit absolutum, atque intransitiuum; Quod modo nominatiuum apertè habet. Terent. Heaut. Hæc facta ab illo oportebant Syre. Cic. pro Cor. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si liceat. Modo membrum orationis loco nominatiui. Idem. Irritari Antonium non oportuit. Plau. Milit. datiuum dedit huic uerbo — nā homini seruos suos Domitos habere oportet oculos, & manus. Aut ἀρχαϊσμὸς, est Hominem seruum scripsit Plautus.

Genitiuus præter Accusatiuum.

Verba Accusandi, Absoluendi, Damnandi, potissimùm Accuso, Accerso, vel Arcesso, Arguo, Alligo, Astringo, Coarguo, Defero, Incuso, Infamo, Insimulo, Postulo, Absoluo, Damno, Condemno, Conuinco, præter accusatiuum, genitiuum admittunt, qui pœnam, crimen ve certum, aut incertum significet.

Cic. pro Caio Rab. An non intelligis primum quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas? Li. 2.

Autor ad Herennium, Caius Cæcilius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucium poetam in scena nominatim læserat. Li. 4.

Idem. Maiores nostri si quam vnius peccati mulierē damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant.

Cic. pro Caio Rab. Ciuem Romanum capitis condemnari coegit

Teren. Eun. Hic furti se alligat. Plautus Pœnul. Homo furti se astringit.

Liu. 5. bel. Pun. aliquot matronas apud populum probri accusarunt. Sal. Iugurth. Quos pecuniæ captæ accerserent. Pro Deiot. Non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis accersere. Idem pro Cæcin. Ne arguere rei capitalis uidear. Plin. ad Macrinum li. 7. Libertos eius eosdemq; co hæredes suos falsi vt ueneficij detulerat ad Principem. Tacit. lib. 5. Albacilla defertur impietatis in Principem.

Plaut.

Plaut. Trucul. — quia qui Alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Quint. Declam. 2. Ut peius imfamaretur parricidij. Cęcus Senec. epistola 22. Puto nunc & Stoicam sententiam quaeris: non est, quod quisquam illos apud te temeritatis infamet, cautiores, quam fortiores sunt. Cicero 2. Philip. Probri insimulasti pudicissimam fœminam. Suetonius in Cæsare dictat. c. 3. Cornelium Dolobellam Consularem, & triumphalem virum, repetundarum postulauit. Idem 3. in Catil. Sed iam me ipsum inertiæ, nequitiaeque condemno. Idem 2. Philip. At ego non nego. teq; in isto ipso conuinco non inhumanitatis solum, sed etiam amentiæ. Genitiuus Pœna: Vlpianus lib. 47. Pandect.

Dupli nihilominus condemnatus est. Cicero 5. Verr. Cupio Octupli damnari Apronium.

Rogabis fortasse, cur hæc potissimum uerba subiecerim: ne si uerborum turbā congessissem, ansam rudibus præberem errandi, nec n. corripio, reprehendo, uitupero, culpo, castigo, punio, plecto, multo, excuso cum genitiuo iunguntur. Certè, Reprehendo te auaritiæ, culpo te pertinaciæ, multo te exilij, atq; alia eo dem modo nonausim sine alicuius probati autoris testimonio dicere. Ago te iniuriarum, furti, non puto apud idoneos autores inueniri: sed ago tecum iniuriarum, furti: est namq; uerbum neutrum cum ad crimē refertur. Cic. pro Cluen. Deinde aliquando cum seruo Habiti, furti egit. Autor ad Heren. lib. 1. Cum eo Actius egit iniuriarum. Ibidem, Possit dicere secum furti agi non peculatus oportere. Sugillare aliquē parsimoniæ, taxare ambitionis, traducere luxuriæ, video quisdam placere, nihil tamen simile apud veteres, quod meminerim, legi. Quare interim dum hæc inuestigantur dicam potius Culpare, reprehendere, sugillare, taxare alicuius parsimoniam, ambitionem, luxuriam, &c. Senec. lib. 10. Epist. 8. Cum cœperat uoluptates nostras traducere, laudare castum. Peccas parricidij, quod quidam afferunt nondum potui reperire apud Quint. Declam. 6. In 8. est, In utroq; parricidium consumis, non uerò, Parricidij pec cas: neq; Infamas parricidij apud eundem 8. Declam. Quanuis posterius bene Latinè dicatur, ut paulò ante ex Seneca docuimus. Purgo me apud aliquē, seu alicui de aliqua re, vsitatiuus est quam, alicuius rei. Cic. ad Att. lib. 10. De altero ei me purgaui.

Plaut. Amph. Et id huc reuerti, ut me de hoc purgarem tibi.

Liuius lib. 7. dec. 4. genitiuo usus est. Quibus, inquit, purgantibus ciuitatem omnis facti, dictiq; hostilis aduersus Romanos, & iuuisse eos cōmeatu classem hostium arguit, &c. Interrogare, & Vrgere apud Tacitum huius ordinis sunt: li. 13. Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in postremum interrogaretur. Idē lib. 5. Quia male administratæ prouinciæ, aliorumque criminum urgebatur. Malim cum Cicerone dicere, Arrogantiam alicuius increpare, improbitatem notare: quàm aliquē arrogantiæ increpare, notare improbitatis, quod loquēdi genus durissimum, rarissimumque est. Suet. In Calig. ca. 39. Modo auaritiæ sin

gulos increpans, quod non puderet eos locupletiores esse, quàm se. Gel.li.4.c. 12. Si eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur. Libentius etiam cum Cicerone pro Mil. dicam, inuidiose potentiam alicuius criminaris, quàm, aliquem potentiæ criminari. Postremo illud, Teneo te mendacij, quod quidam Plauti testimonio confirmant, non facit ad rem: Plauti locus in Truculenta habet, -- manifestam mēdacij mala Te teneo. Mendacij, à nomine manifestam regitur. Sic. Sallu. in Iugurth. Iugurtha manifestus tanti sceleris. Teneri voce passiua furti, damni, commodati, depositi, crebrò dicunt iuris periti. qua de re paulò post. Quibusdam persuasissimum est, verba accusandi, absoluendi, damnandi ablatiuum sine præpositione poscere, si nomen criminis sit incertum, cuiusmodi est, Peccatum. maleficium, scelus, facinus, & cætera, cum hæc genitiuo efferantur; quemadmodū, quæ certum crimen significant. Cic. Tus. 3. Peccati se insimulant, quòd dolere intermiserint. Autor ad Heren. lib. 4. Maiores nostri, si quam vnius peccati mulierem damnabant, &c. Cic. Verr. 7. Conuictus maleficij. Autor ad Herē. lib. 4. Multorum maleficiorum conuictam putabant. Cic. ad Teren. lib. 14. Adiuuat etiam Piso, quòd ab vrbe discedit, & sceleris condemnat generum suum. Idem pro Caio Rab. Caium Marium, quem verè patrem patriæ, parentem, inquam, nostræ libertatis, atq; huiusce reipublicę possumus dicere, sceleris, atque parricidij nefarij, mortuum condemnabimus? Sic est in libris correctis non Criminis nefarij, quod etiam nobiscum facit. Idem: Non intelligis quales viros mortuos summi sceleris arguas? Sic est in emendatis: Laurentius legit criminis, quod non minus ad rem facit. Plin. li. 13. c. 3. Cuius sceleris nos coarguimus illum primum. Cic. pro Cæl. Nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur. Sallust. Cati. Quid aut acerbum, aut nimis graue est in homines tanti facinoris conscios? Cice. Verr. 3. In quo video Neronis iudicio non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse cędis. Ipsum etiam vocabulum Criminis aliquando genitiuo effertur. Marcellus lib. 46. Pandect. Reo criminis postulato interim prohibet rectè pecuniam a debitoribus solui. Iustinus li. 9. Apud quos cum potentissimi quinque rei eius ipsius criminis postularentur, &c. Quæ cum ita sint, non video cur non dicatur benè latinè. Hūc accusare potes vel furti, vel sacrilegij, vel vtriusque maleficij, aut criminis, aut sceleris. Item accusastine eum vnius peccati, an multorum maleficiorū? Condemnatus ne es furti, an sacrilegij, an alterius tantum? Credo te vtriusque sceleris, facinoris condemnatum iri: vel subaudito substantiuo. Credo te vtriusque accusatum iri.

APPENDIX.

Genitiuus Criminis maximè cum his verbis Accuso, Arguo, Defero, Postulo, Appello, Absoluo, Damno, Condemno, in ablatiuum cum præpositione, De, mutari potest.

Cic.Att.Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis.

Bel. Pu. 6. Liu.Blactius de proditione Dasium appellabat.

Verba hæc elegãter ablatiuum admittunt cum præpositione.Cic.pro Ros. Amer.Iam,quos nemo propter ignobilitatem nominat,sexcenti sunt, qui inter sicarios,& de veneficijs accusabantur.Idem 2.de Inuen. Negari oportebat de vita eius,& moribus quæri;sed de eo crimine,quo de arguatur. Idem pro Sex.Ros.Nomina filiorum de parricidio delata sunt. Idem Att. Sestius ab iudice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus. Idem ad Q.Fr.lib.2. Quo die hæc scripsi,Drusus erat de præuaricatione à Tribunis ærarijs absolutus.Idem Verr.2.Quod in Marco Attilio,qui de maiestate damnatus est,hoc planum factum est,eos pecuniam ob rem iudicandam accepisse.Idem Phi.2. Cuius etiam familiares de ui condemnati sunt.

Exceptio.

Hoc tamen nomen,Crimen,ablatiuo sine præpositione effertur.

Cicero Curioni, Si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.

lib. 2. Dicimus etiam,Capite aliquem damnare,punire,plectere.

Autor ad Heren.Eum uos iurati capite damnastis.

li.4.c. 1. Suetonius in Othone, Ausus est milites capite punire.

Pandec. 48. Marcellus,Capite plecti debent,vel in insulam deportari.

Vocabulum Criminis uidetur Grammaticis occasionem dedisse iungendi etiã cætera nomina ablatiuo casui sine præpositione,cũ verbis accusandi,absoluendi,damnandiq́;.Præcipiunt enim in vniuersum omnia hæc posse genitiuum,vel ablatiuũ admittere,vt Accuso te furti,vel furto: arguo te auaritiæ, vel auaritia, atque eodem modo cætera, quod nullius veteris testimonio probant.Postulare repetũdis fateor dixisse Suet.in Oth.c.2.& Tacitum li.3.Si modo libri vacant mendo. Certè malim cum Cælio ad Ciceronem li. 8. Fam. De repetundis dicere:Pilius,inquit,de repetundis eum postulauit.Idẽ ibidem, Ipse de pecunijs repetundis est postulatus.Quin.lib.5.ca. 13. Eras hæres, & pauper,& magna pecunia appellabaris à creditoribus.Cicero præpositionem adiunxit,Phil.2.Appellatus es de pecunia,quam pro domo,pro hortis, profectione debebas.Illud Solini cap. 66.Quod si etiam ipse peccato aliquo argutus sit,ac reuictus,morte multatur;non me magnopere mouet,tũ quòd in correctis libris adhibeatur præpositio,In,tũ etiã, quod autor hic uideatur nõ parum de pura,ac recta loquẽdi ratione desluxisse. Posterior lectio propior uero est,

est, nam uerba hæc interdum præpositionem, In, admittunt. Cic. de Inuē. Quarē uitā eius, quem arguit, ex antefactis accusator improbare debebit, & ostēdere, si quo in pari antē peccato conuictus sit. Idem ad Q. Fr. 2. Primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso. Damnare uotis dixit. Verg. Eclog. 5.
-- damnabis tu quoque votis. *Liu. li. 7. ab Vrb. Damnatos uoti: & 7. Bel. Pun. Damnarenturque ipsi votorum.*

APPENDIX II.

Absoluo, Libero, Alligo, Astringo, Multo, Obligo, Obstringo, quēadmodum suapte natura ablatiuum petunt, ita & ablatiuum significantem pęnam, crimen ve sine præpositione admittunt.

Liu. Ego me, & si peccato absoluo, supplicio non libero.

Cic. de Ora. Vitia hominum, atque fraudes, damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, morte multantur. *Ab Vrb. 1. lib. 1.*

Hæc extra crimen, ablatiuum, vt perspicuum est omnibus, exigunt: exempla ne molesti simus, prætermittimus: ueniamus ad crimē. Liu. 2. ab Vrb. Latæ deinde leges, quæ consulem suspitione absoluerent. Hoc uerbum etiā ablatiuum cum præpositione, vt paulo ante diximus, recipit. Cic. pro Cęlio, Præuaricatione est Ascitius liberatus. Idē pro Flac. Ne Lucius Flaccus nūc se scelere alliget, cum iam testē illum effugere non possit. Idem Phil. 4. Quem si consulē illa prouincia putaret, neq; eū reciperet, magno scelere se astringeret. Dāno, cùm pro Multo accipitur, eodem modo construitur. Vnde Tacitus in lib. de Germa. Damnare tributis, dixit. Et Seneca li. 15. Epist. Damnari morbis virilibus. Cic. de Arusp. Qui ludos certissimo scelere obligares. Idem 2. Offi. Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem? Papinianus li. 47. Pandect. Ob pecuniam ciuitati subtractam, actione furti, non cirmine peculatus tenetur. Quædam ex his cùm genitiuo reperiuntur. Liu. li. 1. Dec. 5. Senatus nec liberauit eius culpę regem, neque arguit. Hoc rarissimū est. Absoluo sæpissime cum genitiuo copulatur, de quo supra. Alligo, astringo, supra cum interrogandi casu vidisti. Vide nunc obligo, obstringo. Caius lib. 47. Pandect. Eum, qui quid vtendum acceperit, si ipse alij commodauerit, furti obligari responsum est. Vlpianus ibidem, Furti obligetur. Idem ibidē ablatiuo usus est, Ne furto sis obligatus. Ibidem Iabolenus, Furto se obligat. Vlpianus eodem libro. Qui alienum quid iacens in terra, lucrifaciendi causa sustulit, furti obstringitur. Teneor passiuum uerbum etiam ad crimen spectat. Caius Ibidem. Si pignore creditor vtatur, furti tenetur. Pomponius ibidem, Debitori iste tenetur furti. In eodem lib. inueni & Teneri damni, commodati, depositi, quæ locutio figurata est: nam deest ablatiuus Actione.

ne. Crimine, vel similis, quem iuris periti aliquando adhibent. Papinianus ibi dē, Ob pecuniā ciuitati subtractam actione furti, non crimine peculatus tenetur. Paulus ibid. Furti actione tenebitur. Vlpianus, Dicendum est teneri eum furti iudicio. Ibidem furti actione non teneor. Quæ cum ita sint, non video cur non dicatur bene latinè. Si quis furetur rem sacram de profano, tenetur ne sacrilegij, an furti, an utriusque? Cur. n. non audiatur ablatiuus actione, vel iudicio? Eodem modo, Qui sustulerit rem suam de sacro, furti ne tenetur, an sacrilegij, an neutrius? Perinde est, ac si dicas. Furti ne actione tenetur, an sacrilegij, an neutrius? Qui hæc, & similia nomina tantum ablatiuo efferenda esse docent, veterum testimonijs cōfirment. Dicitur præterea aliquis furti cōueniri, vel actione furti: quo pacto loquitur Vlpianus eod. li. Quædam cōsultò, & cogitatò prætermisimus, cuiusmodi sunt, Prehēdi furti, et furto, apud Gel. li. 11. c. 18. Perdere aliquem capitis, apud Plautum &c. eiusdem generis. Sunt qui laudandi verba, & his contraria adiungant. vt laudo, commendo, probo te parsimoniæ, admiror te iustitiæ. Tu si vis latinè, & oratoriè loqui dicito, Laudo tuam parsimoniam, admiror tuam iustitiam. Nam illud Silij lib. 4. Laudabat lethi iuuenem: Item Virgilianum illud li. 1.

Vir Troiane quibus cælo te laudibus æquem,
Iustitiæ ne prius mirer, belli ne laborum?

ad Hellenismum spectat. Neque excusandi verba huius loci videtur esse; Nolim enim dicere, Excuso me tibi tarditatis, sed cum Cicerone, Excuso tibi tarditatem meam, aut affero excusationem tarditatis meæ: sic ille ad Att. li. 15. Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearū. Idem in Fam. ait, Afferre excusationem cessationis. Reum facere rei capitalis, alienæ culpæ, de ambitu, de ui, ad nominis substantiui constructionem spectant. Nam reus interrogandi, vel auferendi casu, cum præpositione, De, gaudet. Cic. pro Mil. Milo reus est præclari facti. Idem pro Flac. Reus auaritiæ. Idem Att. 2. Nunc reus erat apud Crassum diuitem de vi.

Admoneo, Commoneo, Commonefacio, genitiuum habent cum accusatiuo.

lib. 1. c. 5. Quint. Grammaticos sui officij commonemus.

lib. 4. Autor ad Heren. Cum ipse te ueteris amicitiæ commonefaceret, commotus es?

Liu. 5. Bel. Mac. Qui admonerent eum fœderis Romani. Admoneo, & commoneo, pro genitiuo possunt & ablatiuum cū prępositione, De, admittere. Cic. pro leg. Man. De quo uos paulo ante inuitus admonui. Idē ad Marcel. li. 4. Putaui ea de re te esse admonendum. Idem 7. Ver. Te neq; præsens filius de liberorū caritate, neque absens pater de indulgentia patria commonebat.

Item

Item Miseret, Miserescit, Piget, Pœnitet, Pudet, Tędet.
Plautus Trinum. Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.
Terent. Heaut. — inopis nunc te miserescat mei.
Cic. pro Plan. Vide quàm me verbi tui pęniteat.
Terent. Adelph. fratris me quidem pudet, pigetq́;
Cic. in Pisonem, Crasse pudet me tui.
Idem Att. Quid quæris? tædet omnes nos vitæ. *lib.5.*

Verbis Impersonalibus, quæ ad hunc locum sese obtulerunt, facilè nominandi casum apertè, vel obscurè tribuimus. Hæc quæ in manibus habemus, non ita facilè antecedit nominatiuus: dabimus tamen operam, ut in lucem prodeat tandem aliquando. Primum omnium hæc priscis illis temporibus integra fuisse omnibus personis, numerisq́, absoluta, docent non obscura vestigia. Enn. Hecub. Miserete manus, date ferrum, vt me anima priuem. Virg. 8.

— Arcadij quæso miserescite regis.

Plautus Menæ: Adolescens quæso loquere tuum mihi nomen nisi piges. Quint. lib. 9. cap. 3. Eò vsque processum est, vt non peniturum, pro acturum pœnitentiam dixerit Sallust. Cic. Tusc. 4. Vix à se manus abstinuit, tanta fuit vis pœnitendi. Pacuuius apud Nonium, & Prologo nunc pœnitebant, libant liberi grato ex loco. Plaut. Casin. Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo. Gell. lib. 1. cap. 2. Has ille inanes cum fleret glorias, iamq́, omnes finem cuperent, verbisq́, eius defatigati pertæduissent. Nominatiuum apertè simul cum accusatiuo nunc accipe. Terent. Adelph. Non hæc te pudent?

Lucan. lib. 8. — semper metuet, quæ sæua pudebat. Terent. Phorm.

— quare obsecro, Ne plus, minus ue faxit, quod nos postea pigeat.

Idem Adelph. — quem neque pudet quicquam, neque metuit quenquam.

Plaut. in Sticho. Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.

Hæc loca apertè docent verba hæc figuratè genitiuum habere pro nominatiuo. Nam iusta, & recta constructio est huic Plautino, Hæc conditio pœnitet me: figurata vero Pęnitet me huius conditionis. Sic, Non hæc te pudent? Iusta est: Non horum te pudet? figurata. Iusta tamen exoleuit, atque in eius locum figurata successit. Huic locutioni similis est illa, Venit mihi in mentem Pompeij, vel Pompeius. Cic. de Fin. 5. Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus hic disputare solitum. Idem pro Rosc. Amer. Venit mihi in mentem oris tui. Atticismus est, vt docet Prisc. libr. 18. Vbi Græca cum Latinis confert. Budæus Comment. linguæ Grecę etiam docet esse Hellenismum. Nam iusta oratio est, cum nominatiuus verbum, venit, antecedit. Cic. Att. lib. 12. Nunquam ea res tibi tam bellè in mentem venire potuisset. Quinque hæc verba videntur quondam fuisse deponentia, cui rei argumento est carmen Turpilij apud Nonium,

Quàm matris, nunc patris me miseretur magis.

Quadrigarius apud Gellium lib.20.cap.5. Cai Mari, ecquando te nostrum, & Reipublicæ miserebitur? Cic.1.de Inuent. commune est, quod omnes vulgo probarunt, & sequuti sunt: Huiusmodi est, vt maioribus natu assurgatur, vt supplicum misereatur. Vnde adhuc illa extant, Misertum est, pigitum est, puditum est, pertæsum est.

Plaut. Trin. Nam nunc eum vidi miserum, & me eius misertum est.

Teren. Heau. Sic me dij amabunt, vt me tuarum misertum est fortunarum.

Stat. lib.7. Nec pigitum, paruosque lares, humilesque subire.

Plaut. Bac. Neque mei, neque te tui intus puditum est factis, quæ facis.

Liu.3. ab Vrbe. Nec nominis homines tum pertæsum esse. Cic. ad Q. Fr. lib.1. Pertæsum est enim leuitatis, assentationis animorum, non officijs, sed temporibus seruientium. Suet. in Cæs. cap.7. Et quasi pertæsus ignauiam suã, quòd nihil dum à se memorabile actum esset. Aliquando omittitur accusatiuus.

Virg.4. Aen. Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset.

Cic. vt modo diximus, Pertæsum est enim leuitatis. Id quod sæpe numero actiuis vsu venit: Idem Att.2. Prorsus vitæ tædet. Idem Phil.1. Fortunæ, amplitudinis, claritatis, gloriæ num pœnitebat?

Terent. And. Num cogitat quid dicat? num facti piget?

Illud Cic. pro Ligario, Cai Cæsar caue credas, caue ignoscas, caue te fratrum pro fratris salute obsecrãtium misereatur, in libris correctis legitur Misereat. Priscianus tamen lib.8. Misereatur, legit. Et vt demus à Cicerone fuisse scriptum, non video, cur passiuum verbum sit appellãdum, cum passiua accusatiuum minime regant: Quare si quæ huius generis reperiantur, deponentia vidẽtur potius appellanda. Cuiusmodi est vereor, Pacuuius apud Nonium,

Nihil ne te populi veretur, qui vociferare in via?

Accius, Si tui veretur te progenitoris, cedo.

Cicero hoc eodem non personaliter vsus est, vt ex Gellio initio huius libri ostẽdimus. Priscianus lib.8. docet ex Apollonio in ipsis verbis nominatiuũ latere, verbi causa, Pudet me tui, hoc est, Pudor me habet tui, Miseret me tui, miseratio me habet tui. Mihi magis placet Plautina resoluẽdi ratio. Habẽt quemadmodum & cætera Impersonalia nonnunquam infinitũ. aut membrũ orationis loco nominatiui. Cic. ad Q. Frat. lib.2. Nõ me hoc dicere pudebit. Idẽ 4. Acad. Pœnitet eum illa sensisse. Idem ad Att.2. Quod te offenderim, me pœnitet.

Verba Aestimandi.

Verba æstimandi, præsertim Aestimo Duco, Facio, Habeo, Pendo, Puto, præter accusatiuum hos ferè genitiuos assumunt, magni, maximi, pluris, plurimi, parui, minoris, minimi, tanti, tantidem, quanti, quanticunque.

Cic.

Cic.Att.Ego pro Pompeio libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem. lib.8.

Terén.And.Merito te semper maximi feci Chreme.

Idem Heaut.Tu illum nunquam ostendisti quanti penderes.

Cic.2.de Fin.Magni æstimabat pecuniam.Ibidem, Sed quia id parui duceret.Idem 6.Verr.Quanti is à ciuibus suis fieret, quanti autoritas eius haberetur ignorabas? Idem 9.Phil.Habetur hic pluris, quàm alius. Idē ad Lēt. lib.1.Putare aliquid minimi.Idem pro Planc.Magni putare honores. Quidā genitiuum Maioris addunt, sed sine veterum testimonijs: addunt & verbum Curandi: sed Terentianus locus, quo id confirmant, uitiose legitur, sic enim restituendus est, Heaut. Actu 4. Scena 3.

Tu fortasse quid me fiat paruipendis, dum illi consulas.

Ne igitur parui curas, ut uulgo legitur, dixeris.

APPENDIX.

Dicimus etiam, Magno, permagno, paruo, & magno pretio æstimare.

Cic.de Fin.Næ ego istam gloriosam, memorabilemque virtutem non magno æstimandam putem. lib.3.

Idem in Verr.Tu ista permagno æstimas? lib.3.

Valer.Max.Magno vbique pretio virtus æstimatur. lib.5.c.

Senec.Nisi forte paruo te æstimas. De Ben 1.

APPENDIX II.

Nauci, flocci, pili, assis, teruntij, nihil, cum verbo Facio iungūtur.

Cic.de Fin.Eum nihil facit. lib.2.

Dicimus etiam, Tuas minas huius non facio.

Flocci, nihili tuas fortunas pendo.

Non assis, non flocci te æstimo.

Pro nihilo habeo, puto, duco diuitias omnes præ virtute.

Non nihilo bonam valetudinem æstimo.

Hos genitiuos separatim posuimus, quòd non cum omnibus verbis Aestimandi coniungantur.

Plaut.in Bacch. Perij, hoc seruum meum non nauci facere esse ausum?

Cic.Att.13.Prorsus auco scire, nec tamen flocci facio.

Catullus, — nec facere pili cohortem.

Senec.li.7.ep. Iſtos triſtes, & ſuperciliosos alienę uitæ cenſores aſſis ne feceris.
Plaut. in Capt. Neque ridiculos iam teruntij faciunt.
Terent. Adelph. — hanc iniuriam mihi nolle Factam eſſe, huius nō faciā.
Idem Eunuch. Inuidere oēs mihi, mordere clanculū: ego non flocci pēdere.
Ibidem, Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem?
Plaut. Moſtel. Neque quod dixi, flocci ęſtimat. Illud primo de Inuen. Non habeo nauci Marſum augurem, uidetur priſci alicuius poetę. Cic. pro Domo ſua, Dixi apud Pontifices iſtam adoptionem nullo decreto huius collegij probatam, pro nihilo etiam habendam. Idem pro Cæcin. Reſpuere defenſionē, & pro nihilo putare. Idem 4. Verr. Tu auſus es pro nihilo prę tua pręda tot res ſanctiſsimas ducere? Idem 4 de Fin. Quippe qui primum valetudinem bonam expetendam negent eſſe, eligendam dicant, non quia ſit bonum valere, ſed quia ſit non nihilo æſtimandum.

III. APPENDIX.

Sum, pro æſtimor, genitiuos magni, maximi, pluris, plurimi, cæteros que admittit.

Cic. pro Seſt. Quis Carthaginienſium pluris fuit Annibale, conſilio, virtute, rebus geſtis?

Lib. 15. Idem ad Caſſ. Magni erunt mihi tuæ literæ.

Singularia.

Aequi, boniq;, vel æqui boni facio, boni conſulo, ſingularia ſunt.

Ep. 127. Teren. Heaut. -- equidem iſtuc Chreme Aequi, bonique facio.

De Bene. Cicero ad Att. Tranquilliſſimus animus meus totum iſtuc æqui boni facit.

Seneca, Hanc coqui, ac piſtoris moram boni conſulo.

Idem, Hoc munus rogo qualecunque eſt, boni conſulas.

Datiuus cum Accuſatiuo.

Verba dandi, reddendi, committendi, promittendi, declarandi, anteponendi, poſtponendi pręter accuſatiuum, datiuum exigunt.

Cicero pro Planc. Salutem tibi ijdem dare poſſunt, qui mihi reddiderunt.

Ter. And. Facile omnes cum valemus recta cōſilia ægrotis damus.

Idem Eun. Ego me tuæ commendo, & committo fidei.

Phi. 10. Cicero in Anton. Græcia tendit dexteram Italiæ, ſuumque ei præſidium pollicetur.

Idem Att. Meas cogitationes explicaui tibi superiorib. literis. Lib. 10.

Idem Part. Ista tua studia vel maximis meis occupationibus anteferrem libenter. Lib. 13.

Plin. Cyrenaica regio loton suæ postposuit paliuro. c. 19.

Dandi, vt Do, Dedo, Tribuo, Largior, Concedo, Ministro, Suppedito, Commodo, Præbeo, Exhibeo, Impendo, &c. Reddendi, vt Reddo, Restituo, Refero, Remunero, Rependo, Remetior, Soluo, &c. Committendi, vt Committo, Mando, Commendo, Trado, Credo. Promittendi, vt Promitto, Polliceor, Spondeo. Declarandi, vt Aperio, Declaro, Expono, Explico, Significo, Indico, Demonstro, Ostendo, Dico, Narro, Loquor, &c. Anteponendi, vt Antepono, Antefero, Præpono, Præfero. Præoptoetiã huius est ordinis. Liuius lib. 4 dec. 5. Si quem id facere piget, ocium vrbanum militiæ laboribus præoptat, è terra ne gubernauerit. Postponendi, vt Postpono, Posthabeo, Postfero. Plinius lib. 3. c. 4. Vrbibus, & agrorum cultu virorum, morumque dignatione, amplitudine opum, nulli prouinciarum postferenda.

I. APPENDIX.

Verbum, Mutuo non est huius loci: non enim dicimus, Mutuaui tibi pecunias: Mutuasti mihi centum numos. Sed Dedi tibi pecunias mutuas: Dedisti mihi mutuos centum numos: Dedisti mihi mutuum frumentum.

Cic. Att. Egeo rebus omnibus, quod is quoque in angustijs est, qui cum sumus, cui magnam dedimus pecuniam mutuam. Lib. 11.
Teren. Heaut. Huic drachmarum argenti mille dederat mutuum.

Nondum, quod meminerim, verbum Mutuo, pro mutuum dare cum datiuo post accusatiuum legi apud veteres, imo vero ne ipsum quidem verbum cum huius significationis aiunt grammatici esse: nam illud Plauti in Trinum. Si quis quid mutuauerit, fit pro proprio perditum, quo quidam suam sententiam confirmant, nusquam est: sic enim habet Plautus,
Siquis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum. Reperitur hoc verbũ, sed alia significatione, nimirum cũ aliquid mutuũ sumere significat, postulatq́, post accusandi casum, ablatiuum. Val. Max. li. 6. c. 2. prope finem: Igitur æquitatem, quã impetrare non potuerat, extorsit: ac potius præsidium à libertate, quam ab innocentia mutuauit. Citatur & Seneca ep. 82. sed deprauatè, Quãto hilarior est qui soluit, quam qui mutuatur. Non mutuat. Commodare interdum & de pecunia dicitur. Plautus in Asinaria, Viginti argenti commodare minas, dixit. Ait quidam dici & de tritico, citatq́, Ciceronem 6. in Verr.

sed

sed incidit in librum malè distinctum: At publicè, inquit, commodasti tritici modios sexaginta. Audi ipsum Ciceronem, Qui te, inquit neque debent adiuuare, si possint: neque possunt si uelint: quibus tu priuatim iniurias plurimas, contumeliasq́; imposuisti, &c. At publicè commodasti, Non sine magno quidem Reip. prouinciæque Siciliæ detrimento. Tritici modium LX. millia empta populo Rom. dare debebant, & solebant; abs te solo remissum est. Vides vt Priuatim nocere, & Publicè commodare sibi aduersentur?

APPENDIX. II.

Alia præterea sunt huius ordinis, vt Facio tibi iniuriam: Facio tibi fidem.

Ago vobis maximas gratias. Interdixisti nobis vsum purpurę.

Minor, minitor tibi mortem, tormenta: Scribo, mitto tibi, & ad te literas.

lib. 5. Vatinius ad Ciceronem, Omnia mihi dura imperas.

lib. 4. Sulpitius ad Ciceronem, Ea tute tibi subijce, quę alijs tute pręcipere soles.

lib. 13. Cic. Att. Tu qđ ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato.

lib. 14. Idem ad eundem, Hoc velim tibi penitus persuadeas.

lib. 10. Ad eundem, Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te chariorem.

Impero, præcipio tibi hoc, latinè dicitur. Cic. pro Rosc. Amer. Nonnunquam etiam puerum uocaret, credo cui cœnam imperaret. Præcipio tibi vt scribas, ne scribas. Salust. Iugur. Micipsa pater meus moriens mihi pręcepit, uti regni Numidiæ tantummodo procurationem existimarem meam. Cic. de Amic. Recte etiam pręcipi potest in amicitijs, ne quis intemperata quadam beneuolentia, &c. Plin. epi. 172. Imperare dolori, vt scriberem, potui. Iubeo tibi hoc, iubeo tibi vt scribas, ne scribas, nondum, quod meminerim, apud classicos reperi. Macrob. lib. primo Saturnal. cap. 12. datiuo usus est sequente particula Ne, Propter quod inquit, Hercules facturus sacrum, &c. sacrorum custodibus iussit ne mulierem interesse permitteret. Iubeo te, vt scribas, ne scribas arbitror non bene latine dici, cum hoc uerbum accusatiuum personæ respuat: quem si aliquando habere uideatur, occulte aliunde pendet. Plaut. Aulul.

Aut si respexeris donec ego te iussero: simul enim auditur respicere. Terent. Heaut. Ch. Quin egomet iā ad eam referā. Sy. imo filium Iube potius. subaudi, deferre. Cic. Att. 6. Spero, quæ tua prudētia, & hercule, vt me iubet Acastus, confido te iam, vt volumus, valere. Interdum duos accusatiuos videtur habere. Idem ad Sulpit. li. 13. Quod quo minore dubitatione facere possis,

literas

literas ad te à Marco Lepido Cos, non, quæ te aliquid iuberent (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitrabamur) sed quodam modo quasi cõmendatitias sumpsimus. Deest infinitum Facere: Te, enim præcedit infinitum suppressum. Aliquid vero sequitur. Malim, ut ad rem redeam, uti infinito, quam finito uerbo accedente particula, Vt, vel Ne. Iubes me Romam proficisci, quàm iubes mihi, ut Romam proficiscar. Iubeo sequente Vt, sine casu apud Plautum Amphitr. legitur. Iubet sententiam ut dicam suam. Iubeo accusatiuum rei habet. Cic. 1. de Leg. Lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetq; cõtraria. Hinc legimus passiuum iubeor, iubemur, iubetur, iussus apud idoneos scriptores. Cum Decernere, statuere, creare significat, non solum accusatiuum rei, sed etiam personæ admittit. Idem pro Corn. Populus Romanus legem iussit de ciuitate tribuenda. Idem Phili. 2. Hic autem iratus, quæ dixit, Dij boni: cum primum Cæsar ostendisset se priusquam proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum. Iussurum, idest, creaturum.

III. APPENDIX.

Multa denique composita ex actiuis, & præpositione Ad, In, Ob, Præ, Sub, præter datiuum, etiam accusandi casum postulant.
Cic. Att. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt. *lib. 3.*
Idem ad eundem, Vereor, ne Pompeio quid oneris imponam. *lib. 10.*
Idem in Anto. Antonius ignobilitatem obijcit C. Cæsaris filio. *Phil. 3.*
Idem de Vniuers. præfecit Deus animum vt dominum, & imperatorem obedienti corpori.
Idem pro Mur. Nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ.

Non omnia, quæ ex actiuis verbis, & præpositionibus Ad, In, Ob, Præ, Sub, cõponuntur, huius sunt ordinis sed quã plurima, cuiusmodi sunt Assero, Admoueo, Adijcio, Adiũgo, Addo, Addico, Admetior, Applico, Admisceo, Appono, Adiudico, &c. infero, infigo, importo, iniungo, inijcio, indo, ingero, incutio, insero, inuro, &c. Oppono, Offundo, Offero. Præcludo, Præcipio, Præscribo, præfinio, præparo, subduco, subscribo, subiungo, suppono, suggero.

IIII. APPENDIX.

Habeo tibi fidem, idest, credo, vsitatissimum, elegãtissimumq; est.
Adhibeo tibi fidem, in eadem re, dubium controuersum est.

Sunt qui libentius adhibere fidem, quàm habere usurpẽt: cum illud semel, apud Ciceronem 2. de Diuin. Quod si insanorum visis fides non est adhibenda quòd falsa sunt, &c. reperiatur, in multisq; exemplaribus, Habenda, sit: hoc verò passim occurrat.

Gemi-

Gemini datiui præter accusatiuum.

Sunt, quibus geminus datiuus præter accusatiuum apponitur, Do tibi hoc laudi, vitio, culpæ, crimini, pignori, fœnori.

Vertis id mihi vitio, stultitiæ.

Ducis honori, gloriæ, laudi, vitio, damno.

Cic. pro Sex. Ros. Profectò te intelliges inopia criminum summã laudem Sex. Roscio vitio, & culpæ dedisse.

Plaut. Epid. Quis erit, uitio qui id non vertat tibi?

Teren. Adelph. — tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.

Cic. pro Planco, Tu id in me reprehendis, quod Quinto Metello laudi datũ est? Idem pro domo sua, Id quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res post natos homines pulcherrima.
Plaut. Mostel. — quadraginta etiam dedit hucusque pignori?
Cic. Verr. 4. Idem pecuniã his, qui ab isto aliquid mercabãtur, fænori dabat.
Plaut. Capt. Neque pol tibi nos, quia seruus, æquum stultitiæ vertere.
Sallustius in Iugurt. Quod apud Numidas honori ducitur. Cic. in Sallust. Neque te tui piget homo leuissime, cum ea culpas, quæ in historijs gloriæ mihi ducis. Teren. Adelph. Prologo,
Vos eritis iudices, laudi, an vitio duci factum oporteat.
Plaut. Bacch. — minusq; id mihi damno ducam.

Geminus Accusatiuus post verbum.

Moneo, Doceo cum cõpositis. Item, Flagito, Posco, Reposco, Rogo, Interrogo, Ceso, duos accusandi casus admittunt.

lib. 14. Cicero Att. Idipsum, quod me mones, quatriduo ante ad eum scripseram.

lib. 9. Idem ad eundem, Illud me præclarè admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & cum grauitate potius loquar.

lib. 7. Idem ad Trebatium, Silii causam te docui.

lib. 1. Idem ad Q. Fr. Hoc te ita rogo, vt maiore studio rogare non possim.

Cic. ad Treba. li. 7. Vt ego quoque aliquid te admoneã de vestris cautionibus. Idem 6. in Verr. Hoc modo me commonuit Pisonis annulus, quod totũ effluxerat. Sic quidam hunc locum legunt: sed in omnibus libris, quos quidem viderim,

viderim. Hic modo me commonuit, legi: quare sine veterum testimonio non ausim huic verbo geminum accusatiuum dare, sed accusatiuum cum genitiuo, vel ablatiuo, vt supra dictum est. Sallust. Catil. Iuuentutem multis modis facinora edocebat. Cic. 2. de Orat. Hæc sunt illa, quæ me ludens Crassus flagitabat. Idem 3. in Ver. Nummos magistratū Sicyonium poposcit. Idem 6. in eundem, Ad Verrem adirent, & eum simulacrum Cereris, & Victoriæ reposcerent. Idem 5. Tusc. Non quemuis hoc idem interrogarem. Idem Cælio lib. 2. Non enim te celaui sermonem. Terent. Adelph. Ea ne me celet, consuefeci filium. Plaut. Trin. Vxorem quoque ipsam hanc rem vt celes, face. Peto cum duobus accusatiuis nondum, quod meminerim, apud veteres inueni. Petere iura Cordubam dixit Plin. lib. 3. c. 1. ea dicendi figura, qua petere in Indos, in Elymæos, in Carmanos, ad Seras, ad Trogloditas, pro ab Indis, ab Elymeis, à Carmanis, à Seris, à Trogloditis. Vide lib. 12. c. 7. & 17. & 8. & 15. & proœmium eiusdem libri. Sic Tacit. lib. 12. Experimentis cognitum est, Barbaros malle Romam petere reges, quàm habere. Pro Rom. quomodo scriptum legi. vterq; tamen præpositionem subtraxit nominibus proprijs. Prisci dicebant, Exigere pecunias, portorium, vnde videntur enim dixisse. Exigo te pecunias, portorium. quę sæculum eruditius reiecit. Vide Gell. lib. 15. c. 14. Erudio, Instituo, Informo, Instruo, Imbuo, quamuis sint verba docendi, non tamen geminum accusatiuum habent, sed ablatiuum cum accusatiuo: Erudire aliquem artibus, institutis, præceptis, laboribus, disciplina, &c. Informare, instituere, instruere aliquem ingenuis artibus, doctrina, literis Græcis: Imbuere bonis moribus, doctrina, religione. Erudio, apud poetas duos accusatiuos admittit. Stat. 10. Theb. Et quæ te leges, præceptaq́, fortia belli

Erudijt genitrix, nimium didicisse querentur.

Sic Ouidius aliquoties.

I. APPENDIX.

Moneo, Admoneo, Commoneo, Doceo, Edoceo, Erudio te de hac re, id est commonefacio, certiorem facio.

Cic. Att. Extremum est quod te orem, cum Camillo communices. *lib. 11.* vt Terentiam moneatis de testamento.

Sall. Senatum edocet de itinere hostium. *Catil.*

Cic. ad Cœlium, Obuiæ mihi, velim, sint tuæ literæ, quæ me eru- *lib. 2.* diant de omni repub.

Interrogo, Celo, eandem præpositionem admittunt.

Idem in Part. Si ego te vicissim iisdem de rebus interrogem.

Idem ad Trebat. Bassus noster me de hoc libro celauit. *lib. 7.*

Celo etiam datiuo gaudet maximè voce passiua.

Terent. Phor. Si hoc celatur patri, in metu sum.

Verba,

Verba, Admoneo, Commoneo, supra illustrauimus exemplis: Doceo, frequenter præpositionem recipit. Cic. 2. de Orat. Equidem soleo dare operam, vt de sua quisq; re me ipse doceat. Celo frequentissimè hoc modo construitur. Idem pro Deiot. De armis, de ferro, de insidijs te celare voluit. Et 6. in Verr. Cupisse te celari de phaleris.

Ablatiuus præter accusatiuum.

Induo, Insterno, Vestio, Exuo, Calceo, Cingo, & his similia ablatiuum præter accusatiuum sibi asciscunt.

lib. 2. Cicero de Nat. Deor. Oculos natura membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit.

lib. 3. Ibidem. Diligentius vrbem religione, quam ipsis mœnib. cingitis

Liu. lib. 7. belli Pun. Nec antè abscessum est, quàm castris quoque exuerunt hostem. Plin. lib. 8. c. 42. Neminem hic, quàm Alexandrum, regio instratum ornatu, cœpit in sedem. Autor ad Heren. lib. 4. Cum citharœdus prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus. Plin. lib. 7. c. 20. Nos quoq; vidimus Athana tum nomine progidiosæ ostentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnis quingentorum pondo calceatum, per scenam ingredi. Liu. 7. ab Vrbe, Armant iuuenem æquales: pedestre scutum capit, Hispanico cingitur gladio. His similia, sunt Conuestio, Amicio, Orno, Tego, Accingor. Cic. pro Domo. Ergo eius domum euersam duobus lucis conuestitam videtis. Idem 2. Philip. Sedebat in Rostris collega tuus, amictus toga purpurea. Nondum hæc verba, quod meminerim, legi apud veteres cum duobus accusatiuis iuncta voce actiua: passiua quidem, apud historicos, & poetas reperiuntur. Curt. libro 10. Itaque reuocatus, vestem fratris eam ipsam, quæ in sella erat, induitur. Suet. in Ner. Plerunq; synthesim indutus. Virg. 2. Aen.

— deinde comantem Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum Induitur.

Sen. in Hercul. Oetæo, Nondum teneras vestita genas.

Quid si hæc more Græcorũ dicta sunt? Cuiusmodi illud Virgilij est 2. Aeneid.

Perfusus sanie vittas, atroq; veneno.

Nisi forte quis dicat apud priscos geminum accusatiuum etiam habuisse. Ex calceo, discalceo, discingo, nõdum cum accusatiuo, & ablatiuo iuncta inueni.

Item Implendi verba, Onerandi, Liberandi, & his contraria.

Cic. de Vniuer. Cum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere.

Philip. 2. Idem in Ant. Omnibus eum contumelijs onerasti.

lib. 6. Idem in Verr. Apollonium omni argento spoliasti.

Idem

Idem in Cat. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus interſit. *Orat.1.*

Item de Off. Nunquid ſe obſtrinxit ſcelere, ſi quis tyrannum occidit? Multa præterea, priuandi. *lib.2.*

Cic. Att. Aegritudo me ſomno priuat. *lib.9.*

Terent. Phor. Emunxi argento ſenes.

Huius claſſis ſunt, Impleo, Compleo, Expleo, Repleo, Satio, Saturo, Farcio, Refercio, Cumulo, Augeo, Obuio, Onero, Premo, Opprimo, Leno, Exonero, Exhaurio, Nudo, Viduo, Spolio, Orbo, Euerto, vt Euerto, miſeros omnibus fortunis. Libero, Soluo, Exſoluo, Expedio, Alligo, Obligo, Aſtringo, Impedio, Implico, Irretio, Illaqueo, Priuo, Abſtineo, Fraudo, Prohibeo, Pello, Abdico me Pratura, Conſulatu, magiſtratu. Afficio, Muneror, Dignor, Proſequor. Horum exempla, quoniam vbique ſeſe offerunt, prætermittimus, ne longiores ſimus, quàm res poſtulat. Impleo, etiam genitiuum admittit. Cic. ad Papyrium, lib.9. Sed quando, vt video, æſtimationes vendere non potes, neque ollam denariorum implere. Liu. 1. ab Vrb. Adoleſcentem ſuæ temeritatis implet. Idem lib. 5. Multitudinem, quæ ſemper ferè regenti eſt ſimilis, religionis iuſtæ implet. Frequenter ſic loquitur Liuius, ſed ablatiuus vſitatior eſt. Interdum ablatiuum habet cum præpoſitione, De Cic. 4. Acad. Res iam vniuerſas profundam, de quibus volumina impleta ſunt, non à noſtris tantum, ſed etiam à Cryſippo. Mart.

Hos niſi de flaua loculos implere moneta
Non decet. *Nec hic Laurentij diſcrimen videtur locum habere*
Compleo apud Plautum cum genitiuo reperitur, Menæh.

Paraſitus, qui me compleuit flagitij, & formidinis.

Superioribus addi poſſunt, Muto, Commuto, Permuto. Sal. Catil. Nec, niſi victor pace bellum mutauit. Cic. pro Cluen. Fidem ſuam ad perniciem innocentis pecunia commutauit. Permutare aliquid pretio, ære, merce, &c.

Ablatiuus cum præpoſitione A, vel, Ab, præter Accuſatiuum.

Verba petendi, percontandi, præter accuſatiuum ferè ablatiuum cum præpoſitione A, vel Ab, poſtulant: vt, Poſco, Repoſco, Flagito, Efflagito, Poſtulo, Deprecor, Peto, Contendo, Exigo, Percontor, Quæro, Sciſcitor.

Cic. in Ver. Nihil eſt, quod minus ferendum ſit, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere. *lib.1.*

Idem Figulo, Quid acta vita, quid ſtudia tua à te flagitent, videbis. *lib.4.*

Idem

Lib.3. Idem de Orat. Quo facilius id à te exigam, quod peto, nihil tibi à me postulanti recusabo.

Idem pro Sylla, Quam multorum hic vitam est à L.Sylla deprecatus.

Quæro, percontor, sciscitor à te, vel ex te.

Cicero in Vatinium, Quæro illud etiam ex te, quod priuatus admisisti.

Lib.1. Idem de Na. Deo. Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam,

Lib.1. Autor ad Heren. Ab aduersarijs percontatur accusator, quid futurum sit.

Verba petendi, percontandi accusatiuum cum ablatiuo poscunt, nonnulla et duos accusatiuos admittunt, vt supra diximus. Cic. 6. in Verr. Non debebā ego abs te has literas poscere. Idem in eundem 4. Si hoc me muneris non uniuersa prouincia poposcisset. Idem in eūdem 7. Flagitat abs te filium, Idem in eundem 3. Accidit, cum iste à Cn. Dolabella efflagitasset, vt se ad regem Nicomedem remitteret. Idem Appio lib. 3. Omnia volo à me & postules, & expectes. Idem pro. Mur. Quæ deprecatus sum à Dijs immortalibus, eadem precor ab ijsdem Dijs immortalibus. Cic. Philip. lib. 13. A te autē pro vetere nostra necessitudine etiam atq; etiam peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi cōdones. Quidam sublata præpositione locum hunc deprauarūt. Te aūt pro vetere nostra necessitudine etiam atque etiam peto, &c. Rogo etiam habet ablatiuum. Idem Memmio lib. 13. Nunc à te illud primum rogabo, ne quid inuitus mea cā facias. Sallust. Iug. A Metello petendi consulatum gratia missionem rogat. Interrogo à te, non memini legisse. Cic. ad Cassium lib. 15. Hoc à te ita contendo, ut in eo omnes fortunas meas positas putem.

Plaut. in Amph. Nunc me orare à vobis, iussit Iupiter.

Idem in Bacch. Nunc, si me fas est, obsecrare abs te pater.

Idem Trin. — res quædam est, quam volo
Ego me abs te exorare —. Cic. ad Philip. li. 13. A te autē pro vetere nostra necessitudine etiam, atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi condones. Supplico datiuū habet, vt suo loco diximus. Cic. pro Sex. Rosc. Non quæro abs te, quare patrem Sex. Roscius occiderit. Idem 1. de Nat. Ab vtroque autem sciscitor, cur mundi ædificatores repente extiterint. Idem de Claris Orat. Cum Theophrastus percontaretur ex anicula quadam, quanti illud venderet. Scitor eiusdem est naturæ.

Ouid. 10. Met. — scitatur ab ipsa,
Nominibus dictis, cuius velit esse mariti.

Horat. 1. Ep. Scitare libet ex ipso, quodcunque refert.

Plaut. Aul. Secede huc; nam sunt, quæ ex te sciscitari volo.

Hæc quatuor Quæro, scitor, sciscitor, percontor, cum ablatiuum habēt personæ, ferè membrum orationis loco accusatiui habent. Quæso ablatiuum etiā habet cum præpositione, Ab, vel Abs. Cic. Sulp. li. 13. Magnopere à te quæso, vt eam voluntatem, &c. Idem pro Arch Quæso à vobis, vt mihi in hac causa detis veniam. Nonnulla huius classis præter ea, quæ supra commemorauimus, interdum duplicem accusandi casum admittunt. Cic. ad Q. Fr. lib. 1. Illud extremum te oro, & hortor. Idem ad Brut. in Ep. ad Brut. Hortare idē per literas Cassium. Sall. Iugur. Pauca pro tempore milites cohortatus. Idem in Ver. 7. Idque postremū parentes suos liberi orabant, vt leuandi cruciatus sui gratia pecunia lictori daretur.

Ter. Eun. Vnum vos oro, vt me in vestrum gregem recipiatis.
Idem in And. Sine, te hoc exorem. Plaut. Cap. Vnum exorare vos sinite nos.
Idem in Bacch. Hanc veniam illis te exorem, sine. Cic. pro Quin. Itaq; te hoc obsecrat, vt &c.
Plaut Aulul. Quæso, quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.

Non statim existimabimus, si qua verba præter proprium accusatiuum admittant hos, Hoc, Illud, Istud, Id, Idem, Quid, Quod, Aliquid, Nihil, Multa, Vnum, atque cæteros id genus, posse etiam quosuis alios admittere: nam his multò liberius, quàm cæteris vtuntur autores. Teren. Heaut. Ego domi ero, si quid me uoles. Cic. Att. li. 6. Non quo me aliquid iuuare posses. Teren. Eun. Id amabo adiuta me. Cic. Att. li. 7. Nec te id consulo. Idem in Catil. 1. Sin tu quod iamdudum te hortor, exieris. Oro, Exoro, Obsecro, Obtestor, post accusatiuum personæ, ferè subiunctiuum postulant, intercedente, Vt. Cic. Att. li. 11. Itaq;, vt facias, te obtestor, atque obsecro. Idem pro Mil. Oro, obtestorq; vos, vt misericordiā huic tribuatis. Idem 2. de Ora. Frater exorauit me ipsum, vt huc secum venirem. Ibidem 1. Nunc te iam exoremus, necesse est, vt nobis explices quicquid est illud, quod tu in dicendo potes.

Multa præterea verba auferendi, remouendi, abstinendi, accipiendi, præter accusatiuum, ablatiuum etiam casum cum præpositione A, vel Ab, admittunt.

Cic. pro Do. sua, Clodius pecunias consulares à senatu abstulit.
Idem pro Mil. Ego Clodij furorem à ceruicibus nostris repuli.
Cic. de Fin. Abstinet se ab iniuria. *lib. 2.*
Cic. Præclarum à maioribus morem accepimus.
Fœneror, mutuor abs te pecuniam.
Cic. 2. Tusc. A viris virtus est nomen mutuata.

Auferendi, vt Aufero, Abduco, Abstraho, Abalieno, Auello, Abrado, Auoco, Eripio, Abripio, Surripio, Furor. Remouendi, vt, Remoueo, Deterreo,

Absterreo, Amoueo, Arceo, Repello, Auerto. Abstinendi, vt Abstineo, Cõtineo, Refræno, Cohibeo. Accipiendi, vt Accipio, Audio, Emo, Conduco, Mercor, Sumo, Reporto, Fero, Colligo. Quædam etiam præpositionem, De, admittunt. Cic. pro Cor. Audiui hoc de patre meo puer. Idem pro Flac. Is fundum Romæ mercatus est de pupillo. Idem pro Sex. Rosc. Bona huius de L. Sylla duobus millibus nummum sese emisse dicit Chrysogonus.

Li. 2. Intelligendi verba præpositionem Ex, recipiunt: quæ interdum imitantur nonnulla ex ijs, quæ modò commemorauimus.

Cic. Cælio, Ea certissima putabo, quæ ex te cognoro.

Idem de Senect. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur, si matura, & cocta, decidunt.

Intelligendi sunt, intelligo, Cognosco, Agnosco, Conijcio, Disco. Ex ijs, quæ modo commemorauimus, maxime quæ è præpositione, Ex, componuntur, vt Expello, Eijcio, Eripio, præpositionem ipsam repetunt. Cic. pro Quin. Expelli, atque eijci è prædio.

Varia constructio.

Quædam modo datiuum, modo ablatiuum cum præpositione habent, preter accusatiuum, vt Furor, Surripio, Eripio, Aufero.

Cic. Att. Si ego tuum antè legissem, furatũ me abs te esse dicerem.

lib. 2. Plin. Nemo furetur alteri.

lib. 12. ca. 4. Induo, dono, impertio, aspergo, datiuum, vel ablatiuum sine præpositione habent.

Cicero pro Sext. Rosc. Non pauca suis adiutoribus largè, effuseq; donabat.

Idem pro Cornel. Eum Pompeius ciuitate donauit.

Induo, sæpissime cum datiuo coniungitur. Cic. 2. de Fin. Ex eius spolijs sibi, & torquem, & cognomen induit. Liuius 3. ab Vrbe, Nouum sibi ingenium induere. Exuo interdum eundem casum habet. Ouid. 2. Met.

— in ludum vincula pugnat Exuere ipse sibi.

Cic. pro Mur. Meum laborem hominum periculis subleuandis impertio. Ter. Adel. Sed cesso heram hoc malo impertiri? Cic. pro Mur. Si illius facilitatẽ, & comitatem tuæ grauitati, seueritatiq; asperseris. Idem pro Planc. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis. Inspergo etiam huc potest accedere. Plin. li. 12. c. 17. Folia brutæ arboris inspergunt potionibus Parthi. Cato ca. 63. Inspergere oleum sale. Item intercludo. Cæs. 1. Bel. Gal. Eo consilio, vti fru-

frumento, commeatuq́, qui ex Sequanis, & Heduis supportaretur, Cęsarem intercluderet. Liu. lib. 6. bel. Pun. Spem commeatus quoque hostibus, si naualis prelio possessionem maris ademissent, interclusuri.

Verbum passiuum.

Verbum passiuum ablatiuum cum præpositione A, vel Ab, postulat post se, qui ex nominatiuo verbi actiui fit.

Cice. de Nat. Deo. Nihil est virtute amabilius, quam qui adeptus est, vbicunque erit gentium, à nobis diligetur.

Idem ad Cęcinam, Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissimè. *lib. 1.* *lib. 6.*

Idem Att. An tu existimas ab vllo malle me legi, probariq́; quàm à te? *lib. 3.*

Verba passiua nonnũquam dandi casum pro auferendi, more Grecorum, admittunt. Idque ferme apud Poetas. Ouid. li. 3. de Ponto,

Quum toties eadem dicam, uix audior ulli. Huc etiã spectat illud Ciceronis de Claris Or. Auditus est nobis Lelię Caij filij sępe sermo. Interdũ accusatiuũ addita prępositione, Per. Idem li. 4. Careo cũ familiarissimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut detraxit fuga, tum omnibus amicis, quorum beneuolẽtiã nobis conciliarat, per me quondam, te socio, defensa Respublica. Idem Att. li. 2. Permagni ciuis interest, rem ad interregnum venire; id assequetur, si per pretores consules creantur: Nos autẽ habemus in libris non modo consules à prætoribus; sed ne prætores quidẽ creari, ius esse. Cũ actiua passiuis permutantur, accusatiuus in nominatiuum migrat, ut Legi librũ tuũ; Liber tuus lectus est à me. Si uerbum geminũ accusatiuum postulet, mutabitur in nominatiuum, qui præstantior est, hoc est, qui personam significat, altero permanẽte. Doceo Antoniũ literas; Antonius docetur à me literas. Si verò vterq; accusatiuus ad eandem rem spectet, uterq; in nominatiuũ mutabitur, ut Creo Cęsarẽ consulẽ; Cęsar creatur à me consul. Nero uocat Senecã magistrũ; Seneca vocatur à Nerone magister. Cęteri casus integri manẽt. Cic. 6. in Verr. Quãti is à suis ciuib. fieret; quãti autoritas eius haberetur, ignorabas. Cicero pro Cluẽ. Maiestatis absoluti sunt multi. Idem ad Oct. 2. Nulla remedia, quæ vulnerib. adhibentur, tã faciunt dolorẽ, quã quæ sunt salutaria. Pli. li. 33. ca. 3. Induitur ẽt pedib. aurum. Cic. pro Rab. Posth. Demetrius asp. de ad corpus admota, uita priuatus est. Manet itaq; genitiuus, datiuus, ablatiuus uerbi actiui, ut uides, nisi perturbetur sensus: quod fit cũ uerbũ actiuũ ablatiuũ admittit psona, ut Aufero à te uestẽ: Accipio à te literas: Multa à te audiui. Peto à te ueniã: Nã si dicas, uestis aufertur à me à te: Literę accipiũtur à me à te. Multa audita sũt à me à te: venia petitur à me à te: incertũ est, qd tibi u lis.

Verba passiua, quæ tempora sine personis habent, hoc est, præcipuis personis prima, & secunda.

Sunt verba passiua, quæ tertia persona contenta sunt: Hæc præcedit nominatiuus, si actiua sequatur accusatiuus, vt Dormio totam hyemem.

Lib. 13. Martialis. Tota mihi dormitur hyems.

Nunc tertiam viuo ætatem;

Met. 12. Ouidius. – nunc tertia viuitur ætas. Quod si in actiuis lateat accusatiuus, latebit etiam in passiuis nominatiuus.

Bel. Gal. 4. Cæsar, Nostri milites amplius quatuor horas fortissimè pugnauerunt: A nostris militibus amplius horis quatuor fortissimè pugnatum est. Interdum vterque casus apparet.

Plaut. in Pseud. Priusquam istam pugnam pugnabo, ego etiã prius
Dabo aliam pugnam.

Cic. pro Muræna, Ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel accerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata.

Sall. in Iug. Quæ negocia multo magis, quàm prælium malè pugnatum à suis, regem terrebat.

Quæ Grammatici vocãt verba Impersonalia passiuæ uocis, appellat Varro species declinationum, quæ tẽpora habent sine personis: cuius verba subijciemus, quo res omnis perspicua sit, Quæ verba, inquit, tẽpora habẽt, neq; casus, si habent personas, eorum declinationũ species sunt sex, Vna, quæ dicitur Temporalis, ut Legebam, gemebam, lego, meto. Altera personarum, ut Sero, meto, feris, metis: Tertia rogandi, vt, Scribòne? legis ne? scribis ne? legòne? Quarta respõdendi, ut Fingo, pingo, fingis, pingis: Quinta optandi, vt Dicerem, facerem, dicam, faciam: Sexta imperandi, vt Cape, rape, capito, rapito. Vides, quemadmodum Varro appellet verba, quæ habent tempora, & personas, quæ hodie appellamus Personalia? Vides itidem, quemadmodum primę, & secundæ personæ duntaxat meminerit, propterea quod propriè personæ dicantur? Audi quæ sequuntur. Item sunt declinationũ species quatuor, quæ tempora habent sine personis in rogãdo, ut Seritur ne: & feretur ne? Respondendi species eadẽ figura fiunt extremis syllabis demptis. Optandi species, vt Viuatur, ametur, viueretur, amaretur. Imperandi (hic postremus locus mutilus est, apparent tamen exempla) Paretur, pugnetur, Et infiniti modi, Parari, pugnari. Quis non videt Varronem hominem suæ ætatis doctissimum, quæ hodie impersonalia vocis passiuæ dicimus, appellasse declinationum species,

seu verba, quæ habent tempora sine personis? Quis vnquam Seror, viuor, pugnor, Sereris, viueris, Pugnaris dixit? Appellantur ergo verba, quæ habent tempora sine personis, siue (vt Iuniores loquuntur) Impersonalia, non, quòd sine patientibus personis à fronte expressis ferè legantur, sed quia personis priuantur: Cum audis personas, intellige, quæ principatum tenent. Idem sensit Phocas clarus grammaticus, Sunt, inquit, verba, quæ in personis deficiunt, & impersonalia dicuntur, vt Pudet, tædet, &c. Neque Donatus ab hac sententia alienus fuit, Sunt, inquit, quæ in T, literam exeunt, & impersonalia dicuntur, vt Pudet, tędet, pœnitet, libet, oportet. Sed hæc, & similia, defectiua existimanda sunt. Meritò hæc defectiua, siue mutila existimanda esse censet Donatus, vtpote quibus præcipuæ personæ deficiant. Ex hoc Varronis loco multa efficiuntur, primò, actiua illa, quæ transeunt in accusatiuum tertiæ duntaxat personæ; vt Sero, meto, pastino, aro, rigo, & cætera eiusdem generis, cum passiua fiunt, esse huius ordinis, nisi quis rebus mutis vocem tribuat, vt si terra de agricolis conquesta dicat, Aror ab ingratis agricolis: si agricola terram sic alloquatur, Terra parens nostrum omnium, quam sæpe à nobis araris? sed ad rem redeamus. Plaut. Epid.

Mihi istic neque seritur.

Plin. lib. 18. cap. 3. Actus vocabatur, in quo boues agerent, cum aratur vno impetu iusto. Cic. Philip. 2. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. Horum nominatiuus facilè intelligi potest Frumentum, ager, uinum, ludus. Ludere ludum, apud Terentium legitur. Deinde ab Amo, & similibus uerbis, quæ in omnes personas transeunt, fieri impersonalia, quod ueterum autoritate probari potest. Plaut. Pseu.

Quid agitur Callidore? Cal. amatur, atque egetur acriter.

Hoc est dicere, Quid agis? Amo, atque egeo. Cęterum ab his verbis tum demum fiunt impersonalia, cum voce actiua absolutè ponuntur, quod verbis, Amo, turbo, potissimum accidit. Terent. Adelph.

Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?

Idem Andr. Meum gnatum rumor est amare.

Idem, Omnes, qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt.

Tacit. lib. 3. Si una, alteraue ciuitas turbet. Idem 4. Cum repente turbare fortuna cępit. Hinc passiuum fit, Idem lib. 1. Postquam turbatum in castris accepere. Terent. Eun. Nescio quid profectò, absente nobis, turbatum est domi. Ne te moueat nomē, Quid; ponitur enim hic, vt apud Ciceronem Philip. 2. Nescio quid turbatus mihi esse uideris. Verū, ad Plautum redeamus, dices, vbi est nominandi casus vtriusque uerbi amandi, & egendi? Verbi Amandi, honestius tacetur, quam exprimitur. Egendi atque cęterorum, quæ primo aspectu prorsus uidētur absoluta, usitatius, ornatiusq; supprimitur, quam explicatur, ut in illo Martialis uersiculo.

Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico.

Seruitus elegantius omittitur, quam adhibetur, quamuis aliquãdo actiuo ad iungatur. Plaut. Mili. Nam ego iamdiu apud hunc seruitutem seruio. Sic à Cicerone, cum in Verr. 7. dixit, Curritur ad prætorium. nominatiuus, Cursus neglectus est; quamuis uerbo actiuo addiderit contra Rull. 2. Cur non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta, L. Torquato consulibus, cucurrerũt? Vrges Egendi verbum non eiusdem esse generis, nec enim dicimus, Egeo egestatem, vt Noceo noxam, Seruio seruitutem, qui enim diuitiarũ flagrant cupidine, non egent egestate, sed pecunia. Venit in mentem illud Quintiliani, quo tibi satisfaciam: Ex quo mihi, inquit, inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua nescire. Multa, quæ hodie sunt absoluta, aut neutra, apud priscos fuere actiua. Turpilius apud Non. Meos parentes careo: Afranius apud eundẽ, Male merentur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent. Teren. Eun. Eijciunda est hercle hæc animi mollities, nimis me indulgeo. Plaut. Mil. Iura, non nociturum esse hominem de hac re neminem. Sic euigilo, festino, propero, etiam apud posteros. Ouid. 1. Trist. Aspicies illic positos ex ordine fratres,

Quos studium cunctos euigilauit idem.

Idem 2. Met. -- iam, quas induat illa, Festinat vestes. Plaut. Pœn. Quicquid agit, properat omnia. Tacit. li. 2. Nisi voluntariã mortem properauisset. Vnde passiua etiam fiunt. Idem de moribus Germanorum, Nec virgines festinãtur. Plin. Paneg. Hinc delubra occulta celeritate properantur. Cic. Att. lib. 9. At quàm honesta, & quàm expedita tua consilia, quàm euigilata tuis cogitationibus. Verisimile est (vt eò se referat oratio, vnde egressa est) Egeo, vt careo, vt indulgeo, vt noceo, prisca illa ætate etiam accusatiuum admisisse. Egetur pecunia, vel quid simile, quod hodie neque apponitur, neque opus est. Factitatum hoc fuiße priscis illis seculis, argumẽto est illud Marci Catonis apud Gel. li. 10. c. 14 Contumelia mihi factum itur. Vides, quemadmodum Contumelia præcedat verbum, itur, quod monstri simile est hac ætate? Non video cur verba hæc interim non habeant, si opus erit, tertiam personam multitudinis. Cur enim non dicant glires, Totæ nobis dormiuntur hyemes? Nec desunt veterum testimonia, quibus id confirmemus. Ouid. Epist. Noctes vigilantur amaræ, Tacit. li. 17. Nec enim hic, ut cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus. Idem de German. Trans Lygios Gothones regnantur. Cic. 1. de Ora. Attamen ista, quæ abs te breuiter decursa sunt, audire cupimus. Idem pro Quin. Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo? Idem 1. de offi. Quo in genere etiam multa in rep. peccantur. Postremo docemur ex ijsdem verbis Varronis, verba impersonalia omnes modos habere, id quod nonnulli veterum (vt refert Diomedes) negarunt, vnde hæc, non verba impersonalia, sed modum impersonalem appellarunt: Hinc factum est, ut ipse Diomedes

non

non progrediatur ultra indicatiuum, cum impersonalia inflectit. Verùm cæterorum modorum exempla etiam apud veteres inueniuntur. Ouid. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Cæs. 3. bel. Gal. Cum iam amplius boris sex continenter pugnaretur. Cic. 3. Offi. Cum à Consulibus malè pugnatum apud Caudium esset. Idem Att. 10. Hic maneri diutius non potest. Teren. Hecy. Trepidari sentio, cursari sursum, deorsum.

Post se ablatiuum singularis vel pluralis numeri, cum præpositione A, vel Ab, exigunt.

Cic. ad Ampium, Nihil est à me inseruitum temporis causa. *Lib. 6.*

Idem Lent. Eius orationi vehementer ab omnib. reclamatum est. *Lib. 1.*

Hic casus sæpenumero tacetur.

Plaut. in Pseudolo, Quid agitur? P. statur hic ad hunc modum.

Idem in Persa, Quid agitur? viuitur.

Hæc verba passiuorum constructionem omninò sequuntur, nam modo ablatiuum habent, Cic. pro Dom. sua. Ab vniuerso senatu reclamatum est. Idem ad Att. li. 2. Non meo uitio fit, hoc quidem tempore (à te enim peccatū est) ut me ista epistola nihil consoletur: Modo datiuum, Mart. li. 13. Tota mihi dormitur hyems: Modo accusatiuum cum præpositione Per, Cic. 4. in Verrem. Cōfirmabat is, curaturum se esse, ne quid ei per filium suum noceretur. Itē seruatur casus actiui. Idē 2. Offi. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis, & eruditis. Diomed. li. 1. ait verba hæc habere significationem agentis, ut puta, inquit ille, Legitur, scribitur, hoc est, Omnes legunt, Omnes scribunt. Quæ interpretatio in causa fuit, ut quidam crediderint, ea generalitatem, ut uocant, significare, atque ablatiuum tantum multitudinis admittere. Idem tamen Diomedes alio in loco, vbi accuratius agit de impersonalib. docet impersonalia infiniti modi passionem significare, adducitq́, illud Ciceronis, Nihil mihi ab istis noceri potest: Item illud Sallustij in Iugurth. Cum Gallis de salute, non de gloria certari. Ibidem docet hæc admittere ablatiuum singularem: Tertiam, inquit, personam admittunt passiuam, & declinantur passiua declinatione more impersonali, quasi, Pugnatur à me, à te, ab illo. Mirum est existimasse Diomedem modum infinitum passionem significare, cætera uero actionem. Potuisset idem illo suo argumento docere, Verba, quæ maximè passiua sunt, actionē significare: Socrates laudatur ab omnibus: Omnes laudant Socratem: Legitur Cicero ab omnibus: Omnes legunt Ciceronem. Sed hæc hactenus. Deuorranda fuit tandem aliquando toties repetita crambe.

Verba communia.

Verba communia passiua significatione passiuorum more sextū casum interdum admittunt.

Apud Prisc. 8. Cicero ad Nepotem, Hoc restiterat etiam, vt à te fictis aggrederet donis.

Apud Prisc. 8. Idem de Senect. Mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa, & descripta.

lib. 7. † Varro, Ab amicis hortaretur.

Dec 4. Liu. Omnis ora maritima ab Achæis depopulata erat.

lib. 5. Idem, Amicum ab ipso per tot casus expertum.

Dec. 5. Seneca, Infirmiores à validioribus tuebantur.

Ep. 91. † Verius Flaccus, Sæuitiaq; eorum ab omnibus abominaretur.

Apud Prisc. 8. † Hirtius Caius. interim Virgilius postquam terra, marique clausus, se nihil proficere intellexit, Regem vagum, à suis desertum, ab omnibus aspernari.

De bel. Afr. Nonnunquam datiuum pro ablatiuo habent.

Teren. Phorm. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.

ADMONITIO.

Tyrones, maximè Præsenti tempore, & Imperfecto, à verbis cōmunibus significatione passiua, quoad eius fieri poterit, abstinebunt.

Hæc enim testimonia non tam eorum causa, quam in veteranorū gratiam allata sunt: quibus, pro sua prudentia, & eruditione, an sit vtendum, iudicabunt.

De Verbis communibus agit Gel. lib. 15. c. 13. Subijciam nonnulla, cætera si vacabit, perleges. Vtor, inquit, & vereor, & hortor, & consolor, communia verba sunt, ac dici vtroqueuersum possunt, vereor te, & vereor abs te, idest, tu me vereris; Vtor te, & abs te, idest, tu me vteris; Hortor te, & hortor abs te, id est, tu me hortaris; Testor quoq;, & interpretor significatione reciproca dicūtur. Sunt autem verba hæc ex altera parte inusitata, & an dicta sint in eam quoque partem, quæri solet: Citat nonnullos priscos autores. Prisc. lib. 8. multa verba numerat, quæ etiam in præsenti tempore, & imperfecto sunt communia, ex quibus nonnulla descripsimus. Cic. ad Nepotem, Qui habet vltro appetitur, qui est pauper, aspernatur. Idem in Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. Idem, Cupio eum tam inuidiosa fortuna complecti. Idem 2. de Inuen. Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam, & honore dignantur. Asinius Pollio, sed cùm ob ea, quæ speraueram, dolebam, consolabar ob ea, quæ timui. Tacit. lib. 12. Memmium Pollionem Consulem designatum ingentibus promissis inducunt sententiam expromere, qua hortaretur Clodius Octauiam despondere Domitio. Plau. Trinum.

Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

Ouid.

Ouid. 4. de Trist. eleg. 7. palmas adeptas dixit passiuè. Gellius lib. 15. cap. 7 Obseruatum in multa hominum memoria, expertumq́, est in senioribus plerisq; omnibus, &c. Cic. pro Rosc. Amer. Quo vno maleficio scelera omnia cõplexa esse videantur. Scæuola lib. 45. Pandec. de Verborum oblig. Nam sicut & ipsius, & hæredis caput: ita & ipsius vis, & hæredis, vel sæpius facta complectitur. Huc spectat testatus, interpretatus, largitus, dilargitus, ementitus, demetitus à demetior, blanditus, confessus, abominatus, quorum testimonia inuenies in Rudimentis DE Verborum generibus. Dicet fortasse aliquis hæc potius censenda esse verba passiua ab actiuis depopulo, comito, consolo, complecto, amplecto. Non eo inficias quàm plurima apud priscos etiam fuisse actiua, quæ modo ferè deponentia, aut communia sunt, cuiusmodi sunt amplecto, amplexo, aucupo, complecto, consolo, contemplo, crimino, digno, largio, & alia quàm plurima, quæ apud Priscianum lib. 8. & Non. Marcellum DE contrarijs generibus verborum inuenies.

Neutro passiua.

Vapulo, Veneo, Fio, vt passionem significant, ita passiuorum more construuntur.

Malo à parentibus vapulare, quàm assentatoribus aures patefacere.

Cic. ad Tironem, Quantam diligentiam in valetudinem tuam cõtuleris, tanti me fieri à te iudicabo. *Lib. 16.*

Quintil. Fabricius respondit, A ciue se spoliari malle, quàm ab hoste venire. *Lib. 12. c. 1.*

Quinque à Grammaticis hoc loco numerantur, Vapulo, veneo fio, exulo, liceo; quorum duo postrema prætermisimus; quod nondum ea cum ablatiuo personæ agentis legerimus. Cæterorum exempla accipe. Quint. lib. 9. cap. 2. Tum agendi criminis gratia, ita testis in reum rogatur; A ab reo fustib. vapulasset, Idem lib. 12. cap. 1. de Fabricio, Id mirantibus quibusdam respondit, A ciue se spoliari malle, quàm ab hoste venire.

APPENDIX.

Fio eleganter cum ablatiuo iungitur sine præpositione, sed alia significatione.

Terent. And. Nunc primum audio, quid illo factum sit.

Ibidem, Quid me fiet?

Idem Heaut. Tu fortasse, quid me fiat, paruipendis.

Cic. ad Terent. Quid puero misero fiet? *Lib. 14.*

Ibid.

Ibid. Quid Tulliola mea fiet?

Participium, futurus, eodem sensu eundem casum postulat.

Philip.2 Terent.Heaut. Quid me futurum censes? Et cum datiuo.

Cic. in Ant. Vide quæso Antoni, quid tibi futurum sit,

Constructio hæc figurata est, deest enim præpositio De, quæ tamen rarò adhibetur. Cicero ad Att.lib.6. Quid illo fiet, quem reliquero, quid de me autem, si non citò decedo? Idem ad Att.lib.2. Quid de P.Clodio fiat, rescribe. Iungitur etiam cum datiuo: Plaut. Bacch. Quid mihi fiet postea? Verbum Facio eodem modo vsurpatur à doctis. Cic.3. Verr. Quid hoc homine faciatis? aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reseruetis? Terent. Andr. Nec quid me nunc faciam, scio. Cic 4. Acad. Diodoro quid faciam Stoico? Idem pro Cæcin. Quid tu huic homini facias? Idem 4. Acad. Qui enim faceret huic conclusioni? Si lucet, lucet: Lucet autem, lucet igitur.

Communes omnium verborum constructiones.

Hactenus de propria, atque priuata verborum constructione dictum sit.

Deinceps de communi omnibus dicendum erit.

Genitiuus communis.

Propria pagorum, castellorum, vrbium, primæ, vel secundæ declinationis ponuntur in genitiuo post quoduis verbum, si interrogatio fiat per aduerbium, Vbi.

Lib.4. Cic. Att. Egnatius Romæ est.

Lib.2. Idem ad Q. Fr. Accepi literas tuas datas Placentiæ.

Lib.16. Idem Att. Veteranos, quiqui Casilini, & Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam.

Propria sequuntur appellatiua quatuor Humi, Belli, Militiæ, Domi, quorum postremo adiungi possunt adiectiua, Meæ, Tuæ, Suæ, Nostræ, Vestræ, Alienæ.

Cic.5.Tusc. Theodori nihil refert, humi ne an sublimè putrescat.

Lib.2. Idem de Off. Quibuscunque rebus vel belli, vel domi poterunt, rempublicam augeant,

In Catil. Sallust. Domi, militiæque boni mores colebantur.

lib.4. Cic. ad Marcellum, Nonne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ?

Humi

Humi iungitur interdum cum verbis significãtibus motum. Pli. lib. 9. c. 13. Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi vice pedum serpunt. Virg. 1. Aen. Nec prius absistit, quam septem ingentia victor, Corpora fundat humi. Plin. lib. 8. c. 83. Intentos ingenteis arcus defigunt humi. Colum. lib. 8. cap. 15. Canaliculus humi depressus. Ouid. 3. Met. Spargere aliquid humi. Et ibidem lib. 5. Prosternit humi iuuenem. Domi, etiam cum substantiuis copulatur. Cic. ad Att. lib. 1. Clodius deprehensus domi Caesaris. & Phil. 2. Qui tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum? Idem Att. 2. praepositionem addidit, Cum in domo Caesaris quondã vnus vir fuerit, nunc, &c. Quidam solent dubitare, dicendum ne sit, Marcellus natus est Romae, nobilis urbis, an nobili vrbe: Quibus respõdeat Cicero pro Archia, Primum (inquit) Antiochiae; nam ibi natus est, loco nobili, & celebri quondam vrbe, & copiosa, atq; eruditissimis hominibus, liberalissimisq; studiis affluenti, &c. Idem pro Rab. Posth. Sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella saepe videmus chlamydatum L. Sllam imperatorem. Idem Phil 4. Albae constiterunt in vrbe opportuna munita &c. Plinius ferè ablatiuo vtitur addita praepositione, lib. 2. cap. 73. Constatq; in Berenice vrbe Troglodytarum, &c. In eodem, cap. 96. In Nea oppido Troadis. ibidem, In Taurorum peninsula, in ciuitate Parasino terra est, qua sanantur omnia vulnera. Eodem lib. c. 97. Eadem natura in Hispali oppido vni puteo, caeteris vulgaris.

Si propria tamen fuerint tertiae declinationis, vel pluralis numeri, sexto casu vtendum est.

Cicero de Diuinat. Babylone paucis pòst diebus Alexander est mortuus. *Lib. 1.*

Idem Tironi, Si statim nauiges, nos Leucade consequere. *Lib. 16.*

Idem Sulpicio, Commendo tibi maiorem in modum domũ eius, quae est Sicyone. *Lib. 13.*

Idem Att. Malo cum timore domi esse, quàm sine timore Athenis tuis. *Lib. 16.*

Idem ad eundem, Lentulum nostrum scis Puteolis esse *Lib. 9.*

Idem pro Cornel. Vnum obijcitur, natũ esse Gadibus, quod nemo negat.

Septuaginta septem testimonia paraueram, quibus planum facerem nomina tertiae declinationis ablatiuo efferri, cum huius sunt loci, non datiuo, vt nõnullis persuasum est: cuius sentẽtiae laudãt autorẽ Seruium, qui vsque eo in ea fuit, vt existimarit illud Virgilij, — Tyria Carthagine qui nũc Expectat, metri necessitate dictũ esse: Ciceronẽ vero antiptosin fecisse, cũ dixit in Phil. An tu Narbone in mensas hospitum cum vomeres. Verum, ne tibi pariam fastidium,

ſidium, multis omiſſis oſtendam, neque Virgilium neceſſitate coactum, ablatiuo fuiſſe vſum, neque Ciceronem, vt ipſe ait, antiptoſin feciſſe. Cicer. ad Att. 16. Sextum nunciauit cum una ſola legione fuiſſe Carthagine. Hunc locum videntur Grammatici ad normam Seruij correxiſſe: Sed in correctis ſic legitur. Liu. 1. Bel. Pun. Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam in hyberna conceſſerat, ibique auditis, quę Romæ, quæque Carthagine acta, decretaq; forent, &c. Etiam hic locus vitioſe citatur. Ibidem li. 4. Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis. Idem lib. 6. Ipſe paucos dies, quibus morari Carthagine ſtatuerat, &c. Eodem lib. Hunc ordinẽ laboris, quietisq́, quoad Carthagine morati ſunt, ſeruauerũt. Et lib. 7. Quinq; millia Numidarũ Carthagine eſſe. Eodẽ lib. Et armorũ affatim erat captorum Carthagine. Et ibidem; Ex octoginta nauibus quas captas Carthagine habebat. Eodẽ, Fama erat, magnũ nauale apparatũ eo anno Carthagine eſſe. Idẽ li. 8. Lucio Martio Tarracone, Marco Syllano Carthagine Noua, ad præſidiũ Hiſpaniæ relictis. Eodẽ, Cõſiliũ de his Carthagine erat. Eodẽ, Carthagine nihil ciuilis roboris eſt. Eodẽ, Hęc Carthagine parabant Idem 3. bel. Maced. Sudiciũ ordo eadem tempeſtate Carthagine dominabatur. Eodem, Carthagine, & multitudinis aſſuetę domum Annibalis frequẽtare, concurſus ad veſtibulum ædium eſt factus. Et li. 4. Hunc Ariſtonem Carthagine obuerſantẽ, &c. Idem li. 1. Decad. 5. Certius aliquanto, quę Carthagine acta eſſent, ab rege reſciuerant. Pli. li. 15. c. 18. Atqui tertium, inquit, antè diem ſcitote decerptum Carthagine: tã propè à muris habemus hoſtem. Suet. in Gal. Carthagine Noua cõuẽtum agẽs, tumultuari Gallias cõperit. Nulla neceſſitate cõpulſi omnes hi, quos citauimus, ablatiuo uſi ſunt. Non inficias eo, aliquoties apud Plautum datiuum pro ablatiuo reperiri, Carthagini, Sicyoni pro Carthagine, Sicyone: Sed ſuſpicor Grammaticorum diligẽtia id factũ eſſe. Iam vero illud Ciceronis, quod circunfertur, Arbitrabantur Corynthо, & Carthagini non defore, qui illa reſtituerent; non eſt huius loci: Quod ut apertius uideas, integrum locum ſubijciam, In Rull. 2. Arbitrabantur Corintho, & Carthagini, etiam ſi Senatũ, & magiſtratum ſuſtuliſſent, agrumq́, ciuibus ademiſſent: tamen non defore, qui illas reſtituerent, atque, qui antè omnia commutarẽt, quàm nos audire poſſemus. Corintho, & Carthagini, non ſunt caſus communes, ſed proprij uerbi, ſuſtuliſſent. Quod ad antiptoſin attinet; ſi Cicero, cum Narbone, dixit, figuratè locutus eſt (vt placet Seruio) anteponẽda eſt Tulliana antiptoſis Seruij præceptioni, cũ nõ aliter Cicero loquatur 2. Philip. Vide quęſo Antoni quid tibi futurum ſit, quem & Narbone hoc conſilium cũ C. Trebonio cepiſſe notiſſimũ eſt. Idẽ Att. 8. Partim Albę, partim Sulmone collocauit. Ibidẽ, Sulmone C. Actium Pelignũ aperuiſſe Antonio portas, &c. Idem 3. de Na. Quos Homerus, qui recens ab illorũ ętate fuit ſepultos eſſe dicit Lacedęmone. Idem 1 de Senect. Dicere aiunt ſolitum, Lacedęmone eſſe honeſtiſſimum hoſpitium.

hospitium. Sic idẽ 3.de Leg. de Senect. pro Deiot. Tarracone,dixit. Sic Liuius Crotone,Frusinone, Lacedæmone, Chalcide,Demetriade, Medeone. Plin. Salamine, Colophone, Tarracone, Babylone, Leucade. Sic Iustin. Suet. Hora. Virg. Ouid.Silius. Tyburi, fateor esse apud Ciceronem ad Att. 16. Nunc demum rescribo his literis, quas mihi misisti, conuento Antonio Tyburi. Item apud Sueton.in Calig.cap.8. Liu.vero lib. 10.belli Pun. Tybure dixit, Tybure haud ita multo ante mortuus, quò ab Alba transductus fuerat. Idem 5. ab Vrbe, Anxuri dixit: Neglectum Anxuri præsidium, &c. Forte nominum Tybur, & Anxur, apud veteres & E, & I, literis, ablatiuus terminabatur: vel Seruio blanditi sunt librarij, cuius præceptionem inuenies in 2. Edit. Donati. Nobiscum facit Diom.lib. 1. Etiam, inquit, nomina ciuitatum in aduerbia redigi possunt, & illa quidem, quæ genitiuo casu I, vel Ae, literis finiuntur, quando in ipsis ciuitatibus sumus, vel illic aliquid agimus, ipso genitiuo casu vti debemus, vt, Romæ sum, Arimini versor, Arimini moror. Quando autem ad ipsas ciuitates pergimus, aduerbium facimus ad locum casu accusatiuo, vt, Romam vado, Ariminum pergo: Si vero digredimur, septimo casu vtendum est, vt Roma venio, Arimino discedo. Ea vero nomina ciuitatum, quæ genitiuos in Is syllabam mittunt, in vna tantum parte dissentiunt à superioribus: nam & aduerbium loci in loco septimo casu conseruabimus, vt, Narbone sum, quia facit huius Narbonis: Babylone sum quia facit huius Babylonis. Idem docet Priscianus lib. 15. multa copiosius.

APPENDIX.

Datiuo Ruri, vel ablatiuo Rure vtimur, cum huius est loci. *lib. 8. dec. 4.*
Plaut. Bacch. Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est.
Liu. Morientem rure eo ipso die sepeliri se iussisse ferunt.

Terent. Adel. Ruri agebat vitam. Et in Phor. Ruri se continebat. Plaut. Casin. Rure incubat in præfectura. Liu. 7. ab Vrbe, Secundum in sex locis tenuit, nullis domi, militiæq́; ad cõciliandam gratiam meritis, vt qui rure, & procul cœtu hominum iuuentam egisset. Quid si Ruri priscus est ablatiuus? maximè cum Iustinus lib. 1. dixerit, Igitur antelucano tempore ruri iter ingressus, obuium habuit seruum de ergastulo, &c.

Si vero per aduerbium Quò, fiat interrogatio, accusandi casu efferuntur, cuiuscunque sint declinationis ac numeri: vt, Quo is?

Romam, Brundusium, Carthaginem, Athenas, Delphos, Gades, Rus, Domum.

Cice. Att. Epistolas Catinam, Taurominum, Syracusas commodius mittere potero. *lib. 14.*

Plinius,

Plinius, Suessam Pomeriam illa tempestate florentissimam depo-tata est.

Teren. Heaut. Domum reuertor mœstus.

Idem Eun. Rus ibo.

Cic. pro Archia, Eum domum suam receperunt.

Liu. lib. 5. bell. Maced. Athenas primum, inde Chalciden, inde in Thessaliam iere. Idem 1. belli Pun. Gadeis profectus Herculi vota soluit. Idem 1. ab Vrbe, Delphos mittere statuit. Cic. in Pis. Cn. Pompeium domum suam compulistis. Verba Nuntiandi, Dandi latentem motum adsignificant interdum. Cicero 4. in Ver. Res ab omni conuentu cognita celeriter domum nunciatur. Idem ad Brutum lib. 10 Ita Romam erat nunciatum. Liuius lib. 9. belli Pun. Missisq., qui Carthaginem ingens gaudium nuntiarent. Idem 7. belli Maced. Quæ postquam Samum sunt nuntiata. Cicero 3. Ver. Statim Messanam literas dedit. Propria item Rus, & Domus numero multitudinis etiam adiectiua sine præpositione admittunt. Liu. lib. 3. bel. Pun. Inde Capuam flectit iter luxuriantem longa felicitate. Iustin. lib. 31. Appropinquantem vespere, equum conscendit, & rus vrbanum contendit. Liu. 2. ab Vrb. Tantus terror Tarquinium, atque Hetruscos incessit, vt ambo exercitus Veiens, & Tarquiniensis suas abirent domos. Rus numero multitudinis nondum legi sine præpositione. Liuius li. 9. dec. 4. Iam vbi vos dilapsi domos, et in rura vestra eritis. Sallust. Iugurt. Domum regiam dixit: Aurum atque argentum, & alia, quæ prima ducuntur, domum regiam comportant. Priscianus addit humum, militiam, tamen nullis testimonijs docet.

Si per Vnde, vel Qua, fiat interrogatio, ablatiuo vtemur.

Vnde redis? Roma, Carthagine, Athenis, Delphis, Gadibus, Rure, Domo.

Lib. 5. Qua iter fecisti? Roma, Brundusio, &c.

Lib. 16. Cic. Att. Accepi Roma sine tua epistola fasciculum literarum.

Idem Att. Hac super re scribam ad te Rhegio.

Teren. Eun. Video rure redeuntem senem.

Lib. 5. Cicero ad Att. Iter Laodicea faciebam, cum has literas dabam in castra.

APPENDIX.

Propria sæpe præpositionem accipiunt, maximè si quæstio sit per Vnde, aut Quo.

Lib. 9. Cic. Att. A Brundusio nulla adhuc fama venerat.

Lib. 8. Idem ad eundem, Nauis & in Caieta parata est nobis, & Brundusij.

Idem

Idem de Senec. Adoleſcentulus miles profectus ſum ad Capuam.
Liu. Interim ab Roma legatos veniſſe nunciatum eſt. Bel. Pun. 1.

Cæſar, Complures præterea naues longas in Hiſpali faciendas curauit. Bel. ciui. 2.

Plinius ad Caleſtrium, Proconſul prouinciam Bœticam per Ticinum eſt petiturus. Lib. 7.

Quint. lib. 1. cap. 5. ait, fieri ſolœciſmum Adiectione, cum proprijs additur præpoſitio, ut Veni de Suſis in Alexandriam. Cicero Attico ſe per literas purgat, à quo fuerat reprehenſus, quòd, in Piræa, ſcripſiſſet: ait enim, ſe In, non vt oppido præpoſuiſſe, ſed ut loco: exiſtimauerat enim Piræum locum eſſe, non oppidum. Rem totam ſubijciemus, quo facilius intelligatur. Scripſerat Cicero ad Atticum lib. 6. his verbis, in Piræa cum exiſſem pridie Idus Octobris, accepi ab Acaſto ſeruo meo ſtatim tuas literas. Eum accuſauerat Atticus in quadam epiſtola ſolœciſmi, quòd præpoſitionem addidiſſet. Cui Cicero ita reſpondit lib. 7. Venio ad Piræa, in quo magis reprehendendus ſum, quòd homo Romanus Piræa ſcripſerim, non Piræum (ſic enim omnes noſtri locuti ſunt) quàm, quod, In, addiderim: Non enim hoc vt oppido præpoſui, ſed vt loco. Et tamen. Dionyſius noſter, qui nobiſcum eſt, & Nicius Cous non rebatur oppidum eſſe Piræa. Sed de re videro. Noſtrum quidem ſi eſt peccatum, in eo eſt, quod non vt de oppido locutus ſum, ſed vt de loco. Sequutusq; ſim, non dico Cæcilium, Mane vt ex portu in Piræum, (malus enim autor latinitatis eſt) ſed Terentium, cuius fabellæ propter elegãtiam ſermonis putabantur à C. Lælio ſcribi.

Heri aliquot adoleſcentes coimus in Piræum.

Et idem, Mercator hoc addebat captam è Sunio.

Quod ſi, δήμους oppida volumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quàm Piræus. Sed quoniam Grammaticus eſt, ſi hoc mihi ζήτημα perſolueris, magnâ me moleſtia liberabis. Hactenus ille: apud quem nihilominus frequenter leges præpoſitionem proprijs additam, vt ad Atticum. libro 8. Ego autem, cum eſſet incertum iter Cæſaris, quòd vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur, Leptam ad Pompeium miſi, & literas: ipſe, ne quo inciderem, reuerti Formias. 7. Verr. Ne ratibus coniunctis freto fugitiui ad Meſſanam tranſire poſſent. Ibidem, Accedere incipiunt ad Syracuſas. Idem Philip. 13. Vt cum ſuis copijs iret ad Mutinam. Idem Philip. 12. Profectus ad Mutinam eſt. Idem 2. Off. Quam cum in Sicyonem attuliſſet. Ibidem libro. 3. Si, exempli cauſa, vir bonus ab Alexandria profectus. Ibidem, ſi idem ſciat complures mercatores ab Alexandria ſoluiſſe. Idem Phil. 12. Ne ſi à Mutina quidem receſſerit, audiemus Antonium? Ibidem, Recedit igitur à Mutina. Sed quid opus pluribus teſtimonijs? Liuius tertio quoque uerbo præpoſitionem ſolet addere, maximè ablatiuo, cum motus è loco ſignificatur.

Absterreo, Amoueo, Arceo, Repello, Auerto. Abstinendi, vt Abstineo, Contineo, Refræno, Cohibeo. Accipiendi, vt Accipio, Audio, Emo, Conduco, Mercor, Sumo, Reporto, Fero, Colligo. Quædam etiam præpositionem, De, admittunt. Cic. pro Cor. Audiui hoc de patre meo puer. Idem pro Flac. Is fundum Romæ mercatus est de pupillo. Idem pro Sex. Rosc. Bona huius de L. Sylla duobus millibus nummum sese emisse dicit Chrysogonus.

i.2. Intelligendi verba præpositionem Ex, recipiunt: quæ interdum imitantur nonnulla ex ijs, quæ modò commemorauimus.

Cic. Cælio, Ea certissima putabo, quæ ex te cognoro.

Idem de Senect. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur, si matura, & cocta, decidunt.

Intelligendi sunt, intelligo, Cognosco, Agnosco, Conijcio, Disco. Ex ijs, quæ modo commemorauimus, maxime quæ è præpositione, Ex, componuntur, vt Expello, Eijcio, Eripio, præpositionem ipsam repetunt. Cic. pro Quin. Expelli, atque eijci è prædio.

Varia constructio.

Quædam modo datiuum, modo ablatiuum cum præpositione habent, præter accusatiuum, vt Furor, Surripio, Eripio, Aufero.

Cic. Att. Si ego tuum ante legissem, furatū me abs te esse dicerem.

lib. 2. Plin. Nemo furetur alteri.

lib. 12. Induo, dono, impertio, aspergo, datiuum, vel ablatiuum sine præ-

ca. 4. positione habent.

Cicero pro Sext. Rosc. Non pauca suis adiutoribus largè, effuseq; donabat.

Idem pro Cornel. Eum Pompeius ciuitate donauit.

Induo, sæpissime cum datiuo coniungitur. Cic. 2. de Fin. Ex eius spolijs sibi, & torquem, & cognomen induit. Liuius 3. ab Vrbe, Nouum sibi ingenium induere. Exuo interdum eundem casum habet. Ouid. 2. Met.

— iamludum vincula pugnat Exuere ipse sibi.

Cic. pro Mur. Meum laborem hominum periculis subleuandis impertio. Ter. Adel. Sed cesso heram hoc malo impertiri? Cic. pro Mur. Si illius facilitatē, & comitatem tuæ grauitati, seueritatiq́, asperseris. Idem pro Planc. Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis. Inspergo etiam huc potest accedere. Plin. li. 12. c. 17. Folia brutæ arboris inspergunt potionibus Parthi. Cato ca. 63. Inspergere oleum sale. Item intercludo. Cæs. 1. Bel. Gal. Eo consilio, vti

fru-

frumento, commeatuq́, qui ex Sequanis, & Heduis supportaretur, Cęsarem intercluderet. Liu. lib. 6. bel. Pun. Spem commeatus quoque hostibus, si naualiꝫ prelio possessionem maris ademissent, interclusuri.

Verbum passiuum.

Verbum passiuum ablatiuum cum præpositione A, vel Ab, postu lat post se, qui ex nominatiuo verbi actiui fit.

Cice. de Nat. Deo. Nihil est virtute amabilius, quam qui adeptus est, vbicunque erit gentium, à nobis diligetur.

Idem ad Cęcinam, Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligen ter, & custoditur diligentissimè. lib. 1. lib. 6.

Idem Att. An tu existimas ab vllo malle me legi, probariq; quàm à te? lib. 3.

Verba passiua nonnũquam dandi casum pro auferendi, more Grecorum, admittunt. Idque ferme apud Poetas. Ouid. li. 3. de Ponto,

Quum toties eadem dicam, uix audior ulli. Huc etiã spectat illud Ciceronis de Claris Or. Auditus est nobis Lelię Caij filij sępe sermo. Interdũ accusatiuũ addita prępositione, Per. Idem li. 4. Careo cũ familiarissimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut detraxit fuga, tum omnibus amicis, quorum beneuolẽtiã nobis conciliarat, per me quondam, te socio, defensa Respublica. Idem Att. li. 2. Permagni eius interest, rem ad interregnum venire; id assequetur, si per pretores consules creantur: Nos autẽ habemus in libris non modo consu les à prætoribus; sed ne prætores quidẽ creari, ius esse. Cũ actiua passiuis permutantur, accusatiuus in nominatiuum migrat, ut Legi librũ tuũ; Liber tuus lectus est à me. Si uerbum geminũ accusatiuum postulet, mutabitur in nominatiuum, qui præstantior est, hoc est, qui personam significat, altero permanẽ te. Doceo Antoniũ literas; Antonius docetur à me literas. Si verò vterq; accusatiuus ad eandem rem spectet, uterq; in nominatiuũ mutabitur, ut Creo Cęsarẽ consulẽ; Cęsar creatur à me consul. Nero uocat Senecã magistrũ; Seneca vocatur à Nerone magister. Cęteri casus integri manẽt. Cic. 6. in Verr. Quãti is à suis ciuib. fieret; quãti autoritas eius haberetur, ignorabas. Cicero pro Cluẽ. Maiestatis absoluti sunt multi. Idem ad Oct. z. Nulla remedia, quæ vulnerib. adhibentur, tã faciunt dolorẽ, quã quæ sunt salutaria. Pl. li. 33. ca. 3. Induitur ẽt pedib. aurum. Cic. pro Rab. Posth. Demetrius asp. de ad corpus admota, uita priuatus est. Manet itaq; genitiuus, datiuus, ablatiuus uerbi actiui, ut uides, nisi perturbetur sensus: quod fit cũ uerbũ actiuũ ablatiuũ admittit psona, ut Aufero à te uestẽ: Accipio à te literas: Multa à te audiui. Peto à te ueniã: Nã si dicas, uestis aufertur à me à te: Literę accipiũtur à me à te. Multa audita sũt à me à te: venia petitur à me à te: incertũ est, qd tibi u lis.

Verba passiua, quæ tempora sine personis habent, hoc est, præcipuis personis prima, & secunda.

Sunt verba passiua, quæ tertia persona contenta sunt: Hæc præcedit nominatiuus, si actiua sequatur accusatiuus, vt Dormio totam hyemem.

Lib. 13. Martialis. Tota mihi dormitur hyems.

Nunc tertiam viuo ætatem;

Met. 12. Ouidius. – nunc tertia viuitur ætas. Quod si in actiuis lateat accusatiuus, latebit etiam in passiuis nominatiuus.

Bel. Gal. 4. Cæsar, Nostri milites amplius quatuor horas fortissimè pugnaue runt: A nostris militibus amplius horis quatuor fortissimè pugnatum est. Interdum vterque casus apparet.

Plaut. in Pseud. Priusquam istam pugnam pugnabo, ego etiã prius Dabo aliam pugnam.

Cic. pro Muræna, Ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel accerrima mihi videtur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata.

Sall. in Iug. Quæ negocia multo magis, quàm prælium malè pugnatum à suis, regem terrebat.

Quæ Grammatici vocãt verba Impersonalia passiuæ uocis, appellat Varro species declinationum, quæ tẽpora habent sine personis: cuius verba subijciemus, quo res omnis perspicua sit. Quæ verba, inquit, tẽpora habẽt, neq; casus, si habent personas, eorum declinationũ species sunt sex, Vna, quæ dicitur Temporalis, ut Legebam, gemebam, lego, meto. Altera personarum, ut Sero, meto, seris, metis: Tertia rogandi, vt, Scribòne? legis ne? scribis ne? legòne? Quarta respõdendi, ut Fingo, pingo, fingis, pingis: Quinta optandi, vt Dicerem, facerem, dicam, faciam: Sexta imperandi, vt Cape, rape, capito, rapito. Vides, quemadmodum Varro appellet verba, quæ habent tempora, & personas, quæ hodie appellamus Personalia? Vides itidem, quemadmodum primæ, & secundæ personæ duntaxat meminerit, propterea quod propriè personæ dicantur? Audi quæ sequuntur. Item sunt declinationũ species quatuor, quæ tempora habent sine personis in rogãdo, ut Seritur ne: & feretur ne? Respondendi species eadẽ figura fiunt extremis syllabis demptis. Optandi species, vt Viuatur, ametur, viueretur, amaretur. Imperandi (hic postremus locus mutilus est, apparent tamen exempla) Paretur, pugnetur, Et infiniti modi, Parari, pugnari. Quis non videt Varronem hominem suæ ætatis doctissimum, quæ hodie impersonalia vocis passiuæ dicimus, appellasse declinationum species,

seu

seu verba, quæ habent tempora sine personis? Quis vnquam Seror, viuor, pugnor, Sereris, uiueris, Pugnaris dixit? Appellantur ergo verba, quæ habent tempora sine personis, siue (vt Iuniores loquuntur) Impersonalia, non, quòd sine patientibus personis à fronte expressis ferè legantur, sed quia personis priuantur: Cum audis personas, intellige, quæ principatum tenent. Idem sensit Phocas clarus grammaticus, Sunt, inquit, verba, quæ in personis deficiunt, & impersonalia dicuntur, vt Pudet, tædet, &c. Neque Donatus ab hac sententia alienus fuit, Sunt, inquit, quæ in T, literam exeunt, & impersonalia dicuntur, vt Pudet, tędet, pœnitet, libet, oportet. Sed hæc, & similia, defectiua existimanda sunt. Meritò hæc defectiua, siue mutila existimanda esse censet Donatus, vtpote quibus præcipuæ personæ deficiant. Ex hoc Varronis loco multa efficiuntur, primò, actiua illa, quæ transeunt in accusatiuum tertiæ duntaxat personæ; vt Sero, meto, pastino, aro, rigo, & cætera eiusdem generis, cum passiua fiunt, esse huius ordinis, nisi quis rebus mutis vocem tribuat, vt si terra de agricolis conquesta dicat, Aror ab ingratis agricolis: si agricola terram sic alloquatur, Terra parens nostrum omnium, quam sæpe à nobis araris? sed ad rem redeamus. Plaut. Epid.

Mihi istic neque seritur.

Plin. lib. 18. cap. 3. Actus vocabatur, in quo boues agerent, cum aratur vno impetu iusto. Cic. Philip. 2. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. Horum nominatiuus facilè intelligi potest Frumentum, ager, uinum, ludus. Ludere ludum, apud Terentium legitur. Deinde ab Amo, & similibus uerbis, quæ in omnes personas transeunt, fieri impersonalia, quod ueterum autoritate probari potest. Plaut. Pseu.

Quid agitur Callidore? Cal. amatur, atque egetur acriter.

Hoc est dicere, Quid agis? Amo, atque egeo. Cęterum ab his verbis tum demum fiunt impersonalia, cum voce actiua absolutè ponuntur, quod verbis, Amo, turbo, potissimum accidit. Terent. Adelph.

Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?

Idem Andr. Meum gnatum rumor est amare.

Idem, Omnes, qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt.

Tacit. lib. 3. Si una, alteraue ciuitas turbet. Idem 4. Cum repente turbare fortuna cępit. Hinc passiuum fit, Idem lib. 1. Postquam turbatum in castris accepere. Terent. Eun. Nescio quid profectò, absente nobis, turbatum est domi. Ne te moueat nomẽ, Quid; ponitur enim hic, vt apud Ciceronem Philip. 2. Nescio quid turbatus mihi esse uideris. Verũ, ad Plautum redeamus, dices, vbi est nominandi casus vtriusque uerbi amandi, & egendi? Verbi Amandi, honestius tacetur, quam exprimitur. Egendi atque cęterorum, quæ primo aspectu prorsus uidẽtur absoluta, usitatius, ornatiusq; supprimitur, quam explicatur, ut in illo Martialis uersiculo.

Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico.

Seruitus elegantius omittitur, quam adhibetur, quamuis aliquãdo actiuo ad iungatur. Plaut. Mili. Nam ego iamdiu apud hunc seruitutem seruio.

Sic à Cicerone, cum in Verr. 7. dixit, Curritur ad prætorium. nominatiuus, Cursus neglectus est; quamuis uerbo actiuo addiderit contra Rull. 2. Cur non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta, L. Torquato consulibus, cucurrerũt? Vrges Egendi verbum non eiusdem esse generis, nec enim dicimus, Egeo egestatem, vt Noceo noxam, Seruio seruitutem, qui enim diuitiarũ flagrant cupidine, non egent egestate, sed pecunia. Venit in mentem illud Quintiliani, quo tibi satisfaciam: Ex quo mihi, inquit, inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua nescire. Multa, quæ hodie sunt absoluta, aut neutra, apud priscos fuere actiua. Turpilius apud Non. Meos parentes careo: Afranius apud eundẽ,

Male merentur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent.

Teren. Eun. Eijciunda est hercle hæc animi mollities, nimis me indulgeo.

Plaut. Mil. Iura, non nociturum esse hominem de hac re neminem.

Sic euigilo, festino, propero, etiam apud posteros.

Ouid. 1. Trist. Aspicies illic positos ex ordine fratres,

Quos studium cunctos euigilauit idem.

Idem 2. Met. -- iam, quas induat illa, Festinat vestes. Plaut. Pœn. Quicquid agit, properat omnia. Tacit. li. 2. Nisi voluntariã mortem properauisset. Vnde passiua etiam fiunt. Idem de moribus Germanorum, Nec virgines festinãtur. Plin. Paneg. Hinc delubra occulta celeritate properantur. Cic. Att. lib. 9. At quàm honesta, & quàm expedita tua consilia, quàm euigilata tuis cogitationibus. Verisimile est (vt eò se referat oratio, vnde egressa est) Egeo, vt careo, vt indulgeo, vt noceo, prisca illa ætate etiam accusatiuum admisisse. Egetur pecunia, vel quid simile, quod hodie neque apponitur, neque opus est. Factitatum hoc fuiße priscis illis seculis, argumẽto est illud Marci Catonis apud Gel. li. 10. c. 14 Contumelia mihi factum itur. Vides, quemadmodum Contumelia præcedat verbum, itur, quod monstri simile est hac ætate? Non video cur verba hæc interim non habeant, si opus erit, tertiam personam multitudinis. Cur enim non dicant glires, Totæ nobis dormiuntur hyemes? Nec desunt veterum testimonia, quibus id confirmemus. Ouid. Epist. Noctes vigilantur amaræ, Tacit. li. 17. Nec enim hic, ut cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus. Idem de German. Trans Lygios Gothones regnantur. Cic. 1. de Ora. Attamen ista, quæ abs te breuiter decursa sunt, audire cupimus. Idem pro Quin. Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo? Idem 1. de offi. Quo in genere etiam multa in rep. peccantur. Postremo docemur ex iisdem verbis Varronis, verba impersonalia omnes modos habere, id quod nonnulli veterum (vt refert Diomedes) negarunt, vnde hæc, non verba impersonalia, sed modum impersonalem appellarunt: Hinc factum est, ut ipse Diomedes

non progrediatur ultra indicatiuum, cum impersonalia inflectit. Verùm cæterorum modorum exempla etiam apud veteres inueniuntur. Ouid. Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis. Cæs. 3. bel. Gal. Cum iam amplius horis sex continenter pugnaretur. Cic. 3. Offi. Cum à Consulibus malè pugnatum apud Caudium esset. Idem Att. 10. Hic maneri diutius non potest. Teren. Hecy. Trepidari sentio, cursari sursum, deorsum.

Post se ablatiuum singularis vel pluralis numeri, cum præpositione A, vel Ab, exigunt.

Cic. ad Ampium, Nihil est à me inseruitum temporis causa. *Lib. 6.*
Idem Lent. Eius orationi vehementer ab omnib. reclamatum est. *Lib. 1.*
Hic casus sæpenumero tacetur.
Plaut. in Pseudolo, Quid agitur? P. statur hic ad hunc modum.
Idem in Persa, Quid agitur? viuitur.

Hæc verba passiuorum constructionem omninò sequuntur, nam modo ablatiuum habent, Cic. pro Dom. sua. Ab vniuerso senatu reclamatum est. Idem ad Att. li. 2. Non meo uitio fit, hoc quidem tempore (à te enim peccatū est) ut me ista epistola nihil consoletur: Modo datiuum, Mart. li. 13. Tota mihi dormitur hyems: Modo accusatiuum cum præpositione Per, Cic. 4. in Verrem. Cōfirmabat is, curaturum se esse, ne quid ei per filium suum noceretur. Itē seruatur casus actiui. Idē 2. Offi. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis, & eruditis. Diomed. li. 1. ait verba hæc habere significationem agentis, ut puta, inquit ille, Legitur, scribitur, hoc est, Omnes legunt, Omnes scribunt. Quæ interpretatio in causa fuit, ut quidam crediderint, ea generalitatem, ut uocant, significare, atque ablatiuum tantum multitudinis admittere. Idem tamen Diomedes alio in loco, vbi accuratius agit de impersonalib. docet impersonalia infiniti modi passionem significare, adducitq; illud Ciceronis, Nihil mihi ab istis noceri potest: Item illud Sallustij in Iugurth. Cum Gallis de salute, non de gloria certari. Ibidem docet hæc admittere ablatiuum singularem: Tertiam, inquit, personam admittunt passiuam, & declinantur passiua declinatione more impersonali, quasi, Pugnatur à me, à te, ab illo. Mirum est existimasse Diomedem modum infinitum passionem significare, cætera uero actionem. Potuisset idem illo suo argumento docere, Verba, quæ maximè passiua sunt, actionē significare: Socrates laudatur ab omnibus: Omnes laudant Socratem: Legitur Cicero ab omnibus: Omnes legunt Ciceronem. Sed hæc hactenus. Deuoranda fuit tandem aliquando toties repetita crambe.

Verba communia.

Verba communia passiua significatione passiuorum more sextū casum interdum admittunt.

Apud Prisc. 8. Cicero ad Nepotem, Hoc restiterat etiam, vt à te fictis aggrederet donis.

Apud Prisc. 8. Idem de Senect. Mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa, & descripta.

lib. 7. † Varro, Ab amicis hortaretur.

Dec 4. Liu. Omnis ora maritima ab Achæis depopulata erat.

lib. 5. Idem, Amicum ab ipso per tot casus expertum.

Dec. 5. Seneca, Infirmiores à validioribus tuebantur.

Ep. 91. † Verius Flaccus, Sæuitiaq; eorum ab omnibus abominaretur.

Apud Prisc. 8. † Hirtius Caius. interim Virgilius postquam terra, marique clausus, se nihil proficere intellexit, Regem vagum, à suis desertum, ab omnibus aspernari.

De bel. Afr. Nonnunquam datiuum pro ablatiuo habent.

Teren. Phorm. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.

ADMONITIO.

Tyrones, maximè Præsenti tempore, & Imperfecto, à verbis cõmunibus significatione passiua, quoad eius fieri poterit, abstinebunt.

Hæc enim testimonia non tam eorum causa, quam in veteranorũ gratiam allata sunt: quibus, pro sua prudentia, & eruditione, an sit vtendum, iudicabunt.

De Verbis communibus agit Gel. lib. 15. c. 13. Subijciam nonnulla, cætera si vacabit, perleges. Vtor, inquit, & vereor, & hortor, & consolor, communia verba sunt, ac dici vtroqueuersum possunt, vereor te, & vereor abs te, idest, tu me vereris; Vtor te, & abs te, idest, tu me vteris; Hortor te, & hortor abs te, id est, tu me hortaris; Testor quoq;, & interpretor significatione reciproca dicũtur. Sunt autem verba hæc ex altera parte inusitata, & an dicta sint in eam quoque partem, quæri solet: Citat nonnullos priscos autores. Prisc. lib. 8. multa verba numerat, quæ etiam in præsenti tempore, & imperfecto sunt communia, ex quibus nonnulla descripsimus. Cic. ad Nepotem, Qui habet vltro appetitur, qui est pauper, aspernatur. Idem in Oecon. Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur. Idem, Cupio eum tam inuidiosa fortuna complecti. Idem 2. de Inuen. Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam, & honore dignantur. Asinius Pollio, sed cùm ob ea, quæ speraueram, dolebam, consolabar ob ea, quæ timui. Tacit. lib. 12. Memmium Pollionem Consulem designatum ingentibus promissis inducunt sententiam expromere, qua hortaretur Clodius Octauiam despondere Domitio. Plau. Trinum.

Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

Ouid.

Ouid. 4. de Trist. eleg. 7. palmas adeptas dixit passiuè. Gellius lib. 15. cap. 7 Obseruatum in multa hominum memoria, expertumq́ est in senioribus plerisq; omnibus, &c. Cic. pro Rosc. Amer. Quo vno maleficio scelera omnia cõplexa esse videantur. Scæuola lib 45. Pandec. de Verborum oblig. Nam sicut & ipsius, & hæredis caput: ita & ipsius vis, & hæredis, vel sæpius facta complectitur. Huc spectat testatus, interpretatus, largitus, dilargitus, ementitus. demetitus à demetior, blanditus, confessus, abominatus, quorum testimonia inuenies in Rudimentis DE Verborum generibus. Dicet fortasse aliquis hæc potius censenda esse verba passiua ab actiuis depopulo, comito, consolo, complecto, amplecto. Non eo inficias quàm plurima apud priscos etiam fuisse actiua, quæ modo ferè deponentia, aut communia sunt, cuiusmodi sunt amplecto, amplexo, aucupo, complecto, consolo, contemplo, crimino, digno, largio, & alia quàm plurima, quæ apud Priscianum lib. 8. & Non. Marcellum DE contrarijs generibus verborum inuenies.

Neutro passiua.

Vapulo, Veneo, Fio, vt passionem significant, ita passiuorum more construuntur:

Malo à parentibus vapulare, quàm assentatoribus aures patefacere.

Cic. ad Tironem, Quantam diligentiam in valetudinem tuam cõtuleris, tanti me fieri à te iudicabo. *Lib. 16.*

Quintil. Fabricius respondit, A ciue se spoliari malle, quàm ab hoste venire. *Lib. 12. c. 1.*

Quinque à Grammaticis hoc loco numerantur, Vapulo, veneo fio, exulo, liceo; quorum duo postrema prætermisimus; quod nondum ea cum ablatiuo personæ agentis legerimus. Cæterorum exempla accipe. Quint. lib. 9. cap. 2. Tum agendi criminis gratia, ita testis in reum rogatur; A ab reo fustib. vapulasset, Idem lib. 12. cap. 1. de Fabricio, Id mirantibus quibusdam respondit, A ciue se spoliari malle, quàm ab hoste venire.

APPENDIX.

Fio eleganter cum ablatiuo iungitur sine præpositione, sed alia significatione.

Terent. And. Nunc primum audio, quid illo factum sit.

Ibidem, Quid me fiet?

Idem Heaut. Tu fortasse, quid me fiat, paruipendis.

Cic. ad Terent. Quid puero misero fiet? *Lib. 14.*

Ibid.

Ibid. Quid Tulliola mea fiet?

Participium, futurus, eodem sensu eundem casum postulat.

Philip.2 Terent. Heaut. Quid me futurum censes? Et cum datiuo.

Cic. in Ant. Vide quæso Antoni, quid tibi futurum sit.

Constructio hæc figurata est, deest enim præpositio De, quæ tamen rarò adhibetur. Cicero ad Att. lib. 6. Quid illo fiet, quem reliquero, quid de me autem, si non citò decedo? Idem ad Att. lib. 2. Quid de P. Clodio fiat, rescribe. Iungitur etiam cum datiuo: Plaut. Bacch. Quid mihi fiet postea? Verbum Facio eodem modo vsurpatur à doctis. Cic. 3. Verr. Quid hoc homine faciatis? aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reseruetis?

Terent. Andr. Nec quid me nunc faciam, scio.

Cic. 4. Acad. Diodoro quid faciam Stoico? Idem pro Cæcin. Quid tu huic homini facias? Idem 4. Acad. Qui enim faceret huic conclusioni? Si lucet, lucet: Lucet autem, lucet igitur.

Communes omnium verborum constructiones.

Hactenus de propria, atque priuata verborum constructione dictum sit.

Deinceps de communi omnibus dicendum erit.

Genitiuus communis.

Propria pagorum, castellorum, vrbium, primæ, vel secundæ declinationis ponuntur in genitiuo post quoduis verbum, si interrogatio fiat per aduerbium, Vbi.

Lib.4. Cic. Att. Egnatius Romæ est.

Lib.2. Idem ad Q. Fr. Accepi literas tuas datas Placentiæ.

Lib.16. Idem Att. Veteranos, quiqui Casilini, & Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam.

Propria sequuntur appellatiua quatuor Humi, Belli, Militię, Domi, quorum postremo adiungi possunt adiectiua, Meæ, Tuę, Suæ, Nostræ, Vestræ, Alienæ.

Cic. 5. Tusc. Theodori nihil refert, humi ne an sublimè putrescat.

Lib.2. Idem de Off. Quibuscunque rebus vel belli, vel domi poterunt, rempublicam augeant.

In Catil. Sallust. Domi, militiæque boni mores colebantur.

lib.4. Cic. ad Marcellum, Nonne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ?

Humi

Humi iungitur interdum cum verbis significātibus motum. Pli. lib. 9. c. 13. Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi vice pedum serpunt. Virg. 1. Aen. Nec prius absistit, quam septem ingentia victor, Corpora fundat humi. Plin. lib. 8. c. 83. Intentos ingenteis arcus defigunt humi. Colum. lib. 8. cap. 15. Canaliculus humi depressus. Ouid. 3. Met. Spargere aliquid humi. Et ibidem lib. 5. Prosternit humi iuuenem. Domi, etiam cum substantiuis copulatur. Cic. ad Att. lib. 1. Clodius deprehensus domi Caesaris. & Phil. 2. Qui tibi venit in mentem, redigere in memoriam nostram, te domi P. Lentuli esse educatum? Idem Att. 2. praepositionem addidit, Cum in domo Caesaris quondā vnus vir fuerit, nunc, &c. Quidam solent dubitare, dicendum ne sit, Marcellus natus est Romae, nobilis urbis, an nobili vrbe: Quibus respōdeat Cicero pro Archia, Primum (inquit) Antiochiae, nam ibi natus est, loco nobili, & celebri quondam vrbe, & copiosa, atq; eruditissimis hominibus, liberalissimisq; studiis affluenti, &c. Idem pro Rab. Posth. Sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella saepe videmus chlamydatum L. Sllam imperatorem. Idem Phil 4. Albae consliterunt in vrbe opportuta munita & c. Plinius ferè abla tiuo vtitur addita praepositione, lib. 2. cap. 73. Constatq; in Berenice vrbe Troglodytarum, &c. In eodem, cap. 96. In Nea oppido Troadis. ibidem, In Taurorum peninsula, in ciuitate Parasino terra est, qua sanantur omnia vulnera. Eodem lib. c. 97. Eadem natura in Hispali oppido vni puteo, caeteris vulgaris.

Si propria tamen fuerint tertiae declinationis, vel pluralis numeri, sexto casu vtendum est.

Cicero de Diuinat. Babylone paucis pòst diebus Alexander est mortuus. *Lib. 1.*

Idem Tironi, Si statim nauiges, nos Leucade consequere. *Lib. 16.*

Idem Sulpicio, Commendo tibi maiorem in modum domū eius, quae est Sicyone. *Lib. 13.*

Idem Att. Malo cum timore domi esse, quàm sine timore Athenis tuis. *Lib. 16.*

Idem ad eundem, Lentulum nostrum scis Puteolis esse *Lib. 9.*

Idem pro Cornel. Vnum obijcitur, natū esse Gadibus, quod nemo negat.

Septuaginta septem testimonia paraueram, quibus planum facerem nomina tertiae declinationis ablatiuo efferri, cum huius sunt loci, non datiuo, vt nōnullis persuasum est: cuius sentētiae laudāt autorē Seruium, qui vsque eo in ea fuit, vt existimarit illud Virgilij, — Tyria Carthagine qui nūc Expectat, metri necessitate dictū esse: Ciceronē vero antiptosin fecisse, cū dixit in Phil. An tu Narbone in mensas hospitum cum vomeres. Verum, ne tibi pariam fastidium,

ſidium, multis omiſſis oſtendam, neque Virgilium neceſſitate coactum; ablatiuo fuiſſe vſum, neque Ciceronem, vt ipſe ait, antiptoſin feciſſe. Cicer. ad Att. 16. Sextum nunciauit cum una ſola legione ſuiße Carthagine. Hunc locum videntur Grammatici ad normam Seruij correxiſſe: Sed in correctis ſic legitur. Liu. 1. Bel. Pun. Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam in hyberna conceſſerat, ibique auditis, quę Romæ, quæque Carthagine acta, decretaq; forent, &c. Etiam hic locus vitioſe citatur. Ibidem li. 4. Hippocrates, & Epicides nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis. Idem lib. 6. Ipſe paucos dies, quibus morari Carthagine ſtatuerat, &c. Eodem lib. Hunc ordinē laboris, quietisq;, quoad Carthagine morati ſunt, ſeruauerūt. Et lib. 7. Quinq; millia Numidarū Carthagine eße. Eodē lib. Et armorū affatim erat captorum Carthagine. Et ibidem; Ex octoginta nauibus quas captas Carthagine habebat. Eodē, Fama erat, magnū nauale apparatū eo anno Carthagine eſſe. Idē li. 8. Lucio Martio Tarracone, Marco Syllano Carthagine Noua, ad præſidiū Hiſpaniæ relictis. Eodē, Cōſiliū de his Carthagine erat. Eodē, Carthagine nihil ciuilis roboris eſt. Eodē, Hęc Carthagine parabant Idem 3. bel. Maced. Sudicū ordo eadem tempeſtate Carthagine dominabatur. Eodem, Carthagine, & multitudinis aſſuetę domum Annibalis frequētare, concurſus ad veſtibulum ædium eſt factus. Et li. 4. Hunc Ariſtonem Carthagine obuerſantē, &c. Idem li. 1. Decad. 5. Certius aliquanto, quę Carthagine acta eſſent, ab rege reſciuerant. Pli. li. 15. c. 18. Atqui tertium, inquit, antè diem ſcitote decerptum Carthagine: tā propè à muris habemus hoſtem. Suet. in Gal. Carthagine Noua cōuētum agēs, tumultuari Gallias cōperit. Nulla neceſſitate cōpulſi omnes hi, quos citauimus, ablatiuo uſi ſunt. Non inficias eo, aliquoties apud Plautum, datiuum pro ablatiuo reperiri, Carthagini, Sicyoni pro Carthagine, Sicyone: Sed ſuſpicor Grammaticorum diligētia id factū eſſe. Iam vero illud Ciceronis, quod circunfertur, Arbitrabantur Corynthο, & Carthagini non defore, qui illa reſtituerent; non eſt huius loci: Quod ut apertius uideas, integrum locum ſubijciam, In Rull: 2. Arbitrabantur Corintho, & Carthagini, etiam ſi Senatū, & magiſtratum ſuſtuliſſent, agrumq; ciuibus ademiſſent: tamen non defore, qui illas reſtituerent, atque, qui antè omnia commutarēt, quàm nos audire poſſemus. Corintho, & Carthagini, non ſunt caſus communes, ſed proprij uerbi, ſuſtuliſſent. Quod ad antiptoſin attinet; ſi Cicero, cum Narbone, dixit, figuratè locutus eſt (vt placet Seruio) anteponēda eſt Tulliana antiptoſis Seruij præceptioni, cū nō aliter Cicero loquatur 2. Philip. Vide quęſo Antoni quid tibi futurum ſit, quem & Narbone hoc conſilium cū C. Trebonio cepiſſe notiſſimū eſt. Idē Att. 8. Partim Albę, partim Sulmone collocauit. Ibidē, Sulmone C. Actium Pelignū aperuiſſe Antonio portas, &c. Idem 3. de Na. Quos Homerus, qui recens ab illorū ętate fuit ſepultos eſſe dicit Lacedęmone. Idem 1 de Senect. Dicere aiunt ſolitum, Lacedęmone eſſe honeſtisſimum hoſpitium.

hospitium. Sic idē 3.de Leg. de Senect. pro Deiot. Tarracone,dixit. Sic Liuius Crotone,Frusinone,Lacedæmone,Chalcide,Demetriade, Medeone.Plin.Salamine, Colophone, Tarracone, Balylone, Leucade. Sic Iustin. Suet. Hora. Virg. Ouid.Silius. Tyburi, fateor esse apud Ciceronem ad Att. 16.Nunc demum rescribo his literis, quas mihi misisti, conuento Antonio Tyburi. Item apud Sueton.in Calig.cap.8.Liu.vero lib.10.belli Pun. Tybure dixit, Tybure haud ita multe ante mortuus, quò ab Alba transductus fuerat. Idem 5.ab Vrbe, Anxuri dixit: Neglectum Anxuri præsidium, &c. Forte nominum Tybur, & Anxur, apud veteres & E, & I, literis, ablatiuus terminabatur: vel Seruio blanditi sunt librarij, cuius præceptionem inuenies in 2. Edit. Donati. Nobiscum facit Diom.lib.1.Etiam, inquit, nomina ciuitatum in aduerbia redigi possunt, & illa quidem, quæ genitiuo casu I, vel Ae, literis finiuntur,quando in ipsis ciuitatibus sumus,vel illic aliquid agimus, ipso genitiuo casu vti debemus,vt, Romæ sum, Arimini versor, Arimini moror.Quando autem ad ipsas ciuitates pergimus, aduerbium facimus ad locum casu accusatiuo, vt, Romam vado, Ariminum pergo: Si vero digredimur, septimo casu vtendum est, vt Roma venio, Arimino discedo. Ea vero nomina ciuitatum, quæ genitiuos in Is syllabam mittunt, in vna tantum parte dissentiunt à superioribus: nam & aduerbium loci in loco septimo casu conseruabimus, vt, Narbone sum, quia facit huius Narbonis: Babylone sum quia facit huius Babylonis. Idem docet Priscianus lib.15.multa copiosius.

APPENDIX.

Datiuo Ruri, vel ablatiuo Rure vtimur, cum huius est loci. *lib.8.dec.*
Plaut.Bacch.Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est.
Liu.Morientem rure eo ipso die sepeliri se iussisse ferunt.

Terent. Adel. Ruri agebat vitam.Et in Phor. Ruri se continebat. Plaut. Casin.Rure incubat in præfectura. Liu.7. ab Vrbe, Secundum in sex locis tenuit,nullis domi,militiæq́; ad cōciliandam gratiam meritis, vt qui rure, & procul cœtu hominum inuentam egisset. Quid si Ruri priscus est ablatiuus? maximè cum Iustinus lib. 1. dixerit, Igitur antelucano tempore ruri iter ingressus, obuium habuit seruum de ergastulo, &c.

Si vero per aduerbium Quò, fiat interrogatio, accusandi casu efferuntur, cuiuscunque sint declinationis ac numeri: vt, Quo is?

Romam, Brundusium, Carthaginem, Athenas, Delphos, Gades, Rus, Domum.

Cice. Att. Epistolas Catinam, Taurominum, Syracusas commodius mittere potero. *lib. 14.*

Plinius,

Idem de Senec. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam.
Liu. Interim ab Roma legatos venisse nunciatum est. Bel. Pun. 1.
Cæsar, Complures præterea naues longas in Hispali faciendas curauit. Bel. ciui. 2.
Plinius ad Calestrium, Proconsul prouinciam Bœticam per Ticinum est periturus. Lib. 7.

Quint. lib. 1. cap. 5. ait, fieri solœcismum Adiectione, cum proprijs additur præpositio, ut Veni de Susis in Alexandriam. Cicero Attico se per literas purgat, à quo fuerat reprehensus, quòd, in Piræa, scripsisset: ait enim, se In, non vt oppido præposuisse, sed ut loco: existimauerat enim Piræum locum esse, non oppidum. Rem totam subijciemus, quo facilius intelligatur. Scripserat Cicero ad Atticum lib. 6. his verbis, in Piræa cum exissem pridie Idus Octobris, accepi ab Acasto seruo meo statim tuas literas. Eum accusauerat Atticus in quadam epistola solœcismi, quòd præpositionem addidisset. Cui Cicero ita respondit lib. 7. Venio ad Piræa, in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Piræa scripserim, non Piræum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm, quod, In, addiderim: Non enim hoc vt oppido præposui, sed vt loco. Et tamen. Dionysius noster, qui nobiscum est, & Nicius Cous non rebatur oppidum esse Piræa. Sed de re videro. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod non vt de oppido locutus sum, sed vt de loco. Sequutusq; sim, non dico Cæcilium, Mane vt ex portu in Piræum, (malus enim autor latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellæ propter elegãtiam sermonis putabantur à C. Lelio scribi.

Heri aliquot adolescentes coimus in Piræum.
Et idem, Mercator hoc addebat captam è Sunio.

Quod si, δήμους, oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium, quàm Piræus. Sed quoniam Grammaticus est, si hoc mihi ζήτημα persolueris, magnâ me molestia liberabis. Hactenus ille: apud quem nihilominus frequenter leges præpositionem proprijs additam, vt ad Atticum. libro 8. Ego autem, cum esset incertum iter Cæsaris, quòd vel ad Capuam, vel ad Luceriam iturus putabatur, Leptam ad Pompeium misi, & literas: ipse, ne quo inciderem, reuerti Formias. 7. Verr. Ne ratibus coniunctis freto fugitiui ad Messanam transire possent. Ibidem, Accedere incipiunt ad Syracusas. Idem Philip. 13. Vt cum suis copijs iret ad Mutinam. Idem Philip. 12. Profectus ad Mutinam est. Idem 2. Off. Quam cum in Sicyonem attulisset. Ibidem libro. 3. Si, exempli causa, vir bonus ab Alexandria profectus. Ibidem, si idem sciat complures mercatores ab Alexandria soluisse. Idem Phil. 12. Ne si à Mutina quidem recesserit, audiemus Antonium? Ibidem, Recedit igitur à Mutina. Sed quid opus pluribus testimonijs? Liuius tertio quoque uerbo præpositionem solet addere, maximè ablatiuo, cum motus è loco significatur.

catur. Lib. 1. bel. Pun. Legati Romani ab Carthagine in Hispaniam traiecerunt. Idem 2. Bel. Maced. Attalus ab Argis Sicyonem est profectus. Idem sæpe, Ad, præpositionem etiam adhibet 5. ab Vrb. Inde ad Veios exercitus ductus. Ibidem, Cum exercitibus nec opinato ad Veios accessere. Dicet hic fortasse aliquis, AD, hic propinquitatem adsignificare. Audi eũdem Liuium sublata prępositione, idẽ prorsus significasse, ibidem. Voluntarius ductus exercitus Veios. Ibidem, Seu Veios, seu quò aliò duci uelint. Vides vt idẽ significetur addita, vel detracta præpositione. Si, Ad, propinquitatem adsignificaret, non dixisset Cic. pro Planc. Brundusiũ veni, vel potius ad mœnia: satis enim esset, Ad Brundusium veni. Plinius frequentissimè præpositiones addit maximè, cũ motus è loco significatur, interdũ etiã cum quies, lib. 31. c. 2. Aquarum culpa in Træzene omniũ pedes vitia sentiunt. Idem lib. 37. c. 7. Inueniuntur cõplurimis alijs locis sicut in Ephyra, et Asso. Lege Cæsarem, Curtiũ, apud quos eãdem loquendi rõnem inuenies. Quid ergo, inquies, non constat sibi M. Tullius? Si paulo attentius quæ dixerit, consideres, planè intelliges non esse sui dissimilem. Primùm, non confessus est apertè peccatum, vitiumq́, eße præpositionẽ addere. Nostrũ, inquit, quidem si est peccatum: deinde ait se Terentiũ elegãtiæ studiosissimum, optimumq́, Latinitatis autorẽ secutum. Ad extremũ, quæstionẽ soluendam, nodumq́, explicandũ reliquit Attico tanquam Grammatico: perinde ac si diceret: qui ad Grammaticorum normam loquuntur, præpositionẽ declinare. qui uero Orationis ornatui, & elegantię seruiunt, eam minime reformidare. Domus nonnunquã etiã præpositiones admittit. Plin. ad Calestriũ lib. 7. Ego in villas eius sæpe secessi. ille in domo mea sæpe conualuit. Liu lib. 4. dec. 3. Ab domo venerunt Cic. 2. Philip. Ad quem è domo Cęsaris tam multa delata sunt. Idem 5. Tusc. Socrates aũt primus philosophiam deuocauit è cęlo, & in vrbibus collocauit, & in domos etiã introduxit. Senec. lib. 2. Contro. controuersia prima. Ego in domum vestram intrabo. Ibidẽ, Dabo operã, quod in domo tua facillimum est, ut abdicer. Ibidem, Aliquid in domo locupletis nõ agendũ, agam. Non solum uerba, sed ẽt nomina interdum casus communes habent. Cęsar 1. bel. Gal. Reliqua priuata ædificia incendunt: frumentũ omne, præterquam quod secum portaturi erãt, comburunt. ut, domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Cic. Philip. 4. Cùm capitalem, & pestiferum Brundusio M. Antonij reditum timeremus.

Nomina insularum, regionum, prouinciarum, cæterorum denique locorum præpositionem ferè desiderant.

lib. 4. Cicero in Verr. Ex Sicilia in Africam gradus imperij factus est Romanis.

lib. 9. Idem Att. Promitto tibi, si valebit, regulam illum nullam in Italia relicturum.

Idem

Idem ad eundem, Non. Quintilis veni in Puteolanum. *Lib. 14.*

Idem ad eundem, Ego in Tusculano te expecto. *Lib. 13.*

APPENDIX.

Proprijs maiorum locorum interdum detrahitur præpositio, præcipuè à poetis, & historicis.

Verg. Ibitis Italiam, portusque intrare licebit. *Aen. 3.*

Liu. Ingressi rursus iter per Chersonesum, Hellespontum perueniunt. *Bel. Ma. 7.*

Tacitus Germanicus Aegyptum proficiscitur.

Idem, Germanicus Aegypto remeans. *Lib. 2.*

Vale. Max. M. Bibulus duos egregiæ indolis filios suos à Gabinianis militibus Aegypti occisos cognouit. *Ibidem.* *Li. 4. c. 1.*

Cæsar: Cæsar cum audisset Pompeium Cypri visum, &c.

Cic. pro Domo sua, M. Cato inuisus, quasi per beneficium, Cyprum relegatur. *Bel. Ciuil*

Cum his, atque alijs eiusdem generis nominibus detrahitur præpositio fit solœcismus Detractione, ut Quin. li. 1. c. 5. placet, vt Aegypto venio, quā tamen vt uides, non solum poetæ, & historici, sed etiam oratores interdum omittunt. Cic. pro Lege Man. Siciliam adijt, Africam explorauit, inde Sardiniam venit. Idem in extrema 7. in Ver. Teq; Iuno Regina, cuius duo fana duabus in insulis posita sociorum, Melitæ, & Sami sanctissima, & antiquissima, simili scelere idem iste omnibus donis, ornamentisq; nudauit. Nisi quis putet Melitæ, & Sami vrbes ipsas hic significare non insulas; quæ Appositio durior erit: neque minus dura, si insulas ipsas intelligamus. Non pauca prǽterea testimonia afferuntur, quæ tamen non vrgent. Cice. ad Att. 5. Sexto Delum Athenis venimus. & paulò post, Ab Ceo iucundè inde Gyarum sæuo vento non aduerso: hinc Scyrum, inde Delum, &c. Itaq; erat in animo nihil festinare, Delo nec me mouere. eodem li. Quæ mihi iam Sami, sed mirabilem in modū Ephesi præsto fuit. Idē ad eundē, cum Corcyræ epulati essemus. Hęc inquam, & similia non vrgent, cū Delos, Samos, Corcyra non solum insularum, sed ēt oppidorū sint nomina, ut Rhodos, Ithaca, Tenedos, Melita. Cicero 3. Verr. Delum oppidum appellat, & Samum, Tenedum vrbem, & Strabo lib. 10. Samum urbem vocat. Melitam Cic. 6. Verr. etiam oppidum uocat. Insula est Melita iudices, &c. in qua est eodem nomine oppidum, &c. Corcyram & urbem esse docet Plin. lib. 4. capi. 12. Credibile est & in cæteris insulis fuisse oppida ijsdem nominibus: Cæs. lib. 2. bel. Ciuil. Quibus perterritus Varro, cum itinere conuerso sese in Italiam venturum promisit, non facit ad rem, cum, Italiam, præcedat præpositio. Neque illud Suetonij, Decedens Macedonia, neque Ciceronis lib. 9. ad Att. Si Cn. Italia cedit, in Vrbem redeundum

puto vtrunq; enim verbum ablatiuum sæpe habet sine præpositione. Cic. pro Ligar. Decedens Considius prouincia. Sic decedere via, iure suo, instituto suo, itinere, fide, &c. Idem ad Octauianum. Cedam vrbe, quã per me conseruatam, vt esset libera, in seruitute videre non potero. Ad eundem. Cedam vita. Ad eũdem, Cedere foro, Curia. & pro Milo. Cedere possessione. Quid si Sardinia, & Cyprus aliquãdo et vrbiũ nomina fuerunt? Terentius cuius autoritate se Cicero solet tueri, Cyprum in Adelphis bis dixit omissa præpositione — te aiunt proficisci Cyprum. Ibid. — & item hinc alia, quæ porto Cyprũ. Et Liu. li. 5. dec. 5. Crebro pars Cyprum nauigant. Ibidem, Nauigare Cyprũ pergit. ibidem,

Cyprum extemplo classem misit. Cum pētendi verbum proficisci, adire adhibetur, non est locus præpositioni. Liu. 1. bel. Pun. Dum ipse terrestri per Hispaniam, Galliasq; itinere Italiã peteret. Plin. ad Calestrium li. 7. Proconsul prouinciam Bæticam per Ticinum est petiturus.

APPENDIX II.

Certa appellatiua ablatiuo sine præpositione eleganter efferũtur, quę alioquin accusatiuo cum præpositione, Per, efferenda essent.

Cic. Att. Nunc iter conficiebamus æstuosa, & puluerulenta via.

Idem in Verr. Multæ mihi à C. Verre insidiæ terra, marique factæ sunt.

Item pro Plãcio, Iter à Vibone Brundusiũ terra petere contendi.

Vagandi verbum hanc in primis elegantiam sibi vendicat.

Idem in M. Anton. Nunc tota Asia vagatur, volitat vt Rex.

Idem ad Att. Quem quidem ego spero iam tutò vel solũ tota Vrbe vagari posse.

Idem pro Fonteio, Hi contrà vagantur læti, atque erecti passim toto foro.

Datiuus Communis.

Quoduis verbum admittit datiuum eius personæ, in cuius gratiam, commodum, vel incommodum aliquid fit.

Plaut. Milit. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

Cic. Att. Libros tuos caue cuiquam tradas: nobis eos quemadmodum scribis, conserua. Liuius, Magno illi ea cunctatio stetit.

Accusatiuus communis Temporis.

Tempus accusatiuo, vel ablatiuo casu effertur, si per Quandiu fiat interrogatio, vt Quandiu regnauit Romulus? Septem & triginta annos, vel annis.

Liu.

Liu. Romulus septem & triginta regnauit annos. *Ab Vrb. 1.*

Suet. Vixit annis vigintinouem, imperauit triennio, & decem mensibus, diebusque octo. *In Calig. c. 59.*

Sin verò per quando fiat, ablatiuo vtemur, vt Quando datum est tibi hoc negocium? Anno superiore.

Cic. de Arusp. Negotium magistratib. est datum anno superiore.

Idem 5. Tusc. Heroicis etiam ætatibus Vlyssem, & Nestorem accepimus, & fuisse, & habitos esse sapientes.

Spatium temporis vocant, cum per aduerbium, Quandiu fit interrogatio, & tunc frequentius vtimur accusatiuo quàm ablatiuo. Liu. 1. ab Vrbe, Regnauit Ancus annos quatuor & viginti. Idē 1. bell. Macc. Ibi paucos dies sæuiente Borea retenti. Cic. 5. Tusc. Dionysius duodequadraginta annos Syracusanorum Tyrannus fuit. Idē 4. in Ver. Prouinciam triennium obtinuisti. Idem 2. de Leg. Cotta censet habendas triduum ferias. Idē ad Catonem lib. 15 Biduum Laodiceæ fui, deinde Apameæ quatriduum, triduum Synadis, totidem dies Philomeli. Sic ferè Cicero, & Liuius loquuntur. Pli. sæpe etiam ablatiuo vtitur, maximè li. 7. c. 48. Masinissam sexaginta annis regnasse indubitatū est. Speciem temporis quidam appellāt, cum per aduerbiū, Quādo, interrogamus. Ablatiuus interdum, Intra significat, ut Paucis diebus, Biduo, Triduo, pro intra paucos dies, intra biduum, intra triduum. Cic. ad Q. Fra. li. 3. Diebus sexdecim absolutæ quatuor tragœdiæ. Idem Att. li. 9. Biduo sciemus. Idē pro Mil. Clodius respondit, triduo illum, ad summum quatriduo periturum.

Accusatiuus communis spatij.

Cuiuis verbo apponi potest accusatiuus, qui distantiam loci significet.

Cic. ad Tironem. Is locus est citra Leucadem stadia viginti.

Idem Att. Cubitum nullum assiduo cursu processit. *lib. 16.*

Idem pro Deiot. Negat se à te pedem discessisse. *lib. 13.*

Liu. Mille, & ducentos passus ibi latitudo patet.

Idem, Duo millia fermè, & quingentos passus ab hoste posuerunt castra. *Bell. Ma. 7.*

Cic. pro Sest. Edixit, vt ab Vrbe abesset millia passuum ducenta. Inter [illegible] um ablatiuo vtuntur scriptores. *Ibidem.*

Cæs. Eo die castra promouit, & millibus passuum sex à Cæsaris castris sub monte consedit. *Bel. Gal. 1.*

Idem, Ab exploratoribus certior factus est Ariouisti copias a nostris, millibus passuum quatuor, & viginti abesse. *Ibidem.*

Spacium loci multò frequentius accusatiuo effertur, quàm ablatiuo. Caes. 1. belli Gall. Cum bidui viam processisset, nunciatum est Ariouistum cū suis copijs ad occupandum Vesutionem contendere, triduiq́; uiam à suis finibus processisse. Cic. 6. in Ver. Neque ab argento digitum discedere.

Ablatiuus absolutus.

Quibuslibet verbis addi potest ablatiuus absolutè positus.
Cic. Att. Quod autore te velle cœpi, adiutore assequar,
lib.5. Idem ad eundem, Scripsi hæc ad te apposita secunda mensa.
lib.14. Idem de Leg. Nobilium vita, victuque mutato, mores mutari ciui
lib.3. tatum puto.
Idem de Clar. Orat. Ego cautius posthac historiam, te audiente, attingam.

Aliquando absolutè ponitur Participium præteriti temporis sine nomine. Liu. 1. belli Maced. Inde ad Pluuinum est progressus, nondum cõperto, quam regionem hostes petissent. Tacit. li. 2. Audito castellum Luppiæ flumini appositū obsideri, sex legiones cò duxit. Interdū ablatiuus, & nominatiuus verbi eiusdem sunt personæ ad Tironem li. 16. Verberaui te cogitationis tacitæ duntaxat conuicio, quòd fasciculus alter ad me iā sine tuis literis perlatus est: nō potes effugere huius culpæ pœnā te patrono. Senec. de Vita beata c. 20. Populo spectante fieri credā, quicquid, me conscio faciam. Idem 3. Epist. libro, Acerbū est vri, quanto acerbius, si id te faciente, patiaris? Hora. li. 1. Ode. 2.

Neu sinas Medos equitare inultos
Te duce Cæsar. *Sedigitus apud Gellium li. 15. c. 24.*
Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poetæ comico cui deferant.
Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi. *Sic Ouidius non raro loquitur.*

Ablatiuus Instrumenti, Causæ, Modi actionis.

Quæuis verba ablatiuum admittunt significantem instrumentum.
Teren. Adelp. Hisce oculis egomet vidi.
Cice. in Vatinium, cum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici soleat.
Idem in Verr. Sex lictores circunsistunt valentissimi, cędunt acerri-

acerrimè virgis.

AVT CAVSAM, propter quam aliquid fit.

Idem ad Q. Fr. Vestra culpa hæc acciderunt. lib. 2

Idem in Bruto. Vereor ne amore videar plura, quàm fuerint in illo dicere.

Teren. Adelp. Dolore, ac miseria tabescit.

Plin. In Africa magna pars ferarum æstate non bibunt inopia imbrium. lib. 10. c. 73.

Aut modum, quo aliquid fit.

Cicero pro Mil. Quoniam modo id factum ferret ciuitas?

Idem de Senect. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo.

Idem pro Flac. Pacem maritimam summa virtute, atque incredibili celeritate confecit.

Modus actionis præpositionem, CVM, interdum desiderat.

Idem de Offi. Ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil considerate potest. lib. 1.

Idem de Orat. Cum febri domum redijt, dieque septimo est lateris dolore consumptus. lib. 3.

Quin. li. 1. c. 4. Existimat instrumenti casum non esse ablatiuum, sed septimum casum. Quærat, inquit, etiam, sit ne apud Græcos vis quædam sexti casus. & apud nos quoq; septimi: nã cũ dico, Hasta percussi, nõn vtor ablatiui natura: nec si idem Græcè dicam, datiui τῷ δορὶ. Hæc ille. Græca, & latina lingua ablatiuo instrumenti præpositionem non addit. Ad causam, propter quam, pertinent hæc, & similia. Ardere iracundia, dolore, ira, studio, desiderio, amore alicuius rei. Flagrare, inflammari cupiditate, amore.
Teren. Adel. Me miserum, vix sum compos animi. ita ardeo iracundia.
Hæc etiam fortassis Lætor, gaudeo, delector, oblector, tristor, de quibus supra egimus. Modum actionis cognoscemus interrogatione, quo modo, quomodo, tulit iniuriam? æquo, iniquo animo. Cic. pro Flac. Pacem maritimã summa virtute, atq; incredibili celeritate confecit. sic Clara, suppressa submissa uoce dicere. Adhibetur et præpositio, CVM, quæ comes dicitur. Cic. pro Cluen. Semper magno cum metu dicere incipio. Idem in Orat. Cum uideret Oratores cũ seueritate audiri, poetas autẽ cum voluptate, tũ dicitur, numeros sequutus.

Ablatiuus excessus.

Cuiuis verbo adiungi potest ablatiuus rei, qua excessus significatur.

Cic.de Clar.P.Scipio omnes sale, facetijsque superabat.
. 2. Idē de Orat. Lepore, & humanitate omnibus præstitit Socrates, Teren.Phor.Incredibile est quantò herum anteeo sapientia.
gur. Salust.Quum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.

Ablatiuus Precij.

Quælibet verba ablatiuum admittunt significantem pretium, vt. Senatus tritici modium tribus denarijs æstimauit. Magno has ædes ædificaui.

Donatus docet literas mina in singulos menses.

Mina valet centum drachmis Atticis.

Secalis modius proximo anno ternis sestertijs fuit: summum qua ternis.

b.7. Cic.in Verr.Hæc quæ vel ita redimi rectè possunt, æstimare pecunia non queo.

Teren.in Andria, Vix drachmis obsonatus est decem.

b.5. Cic. in Verr. Doceas oportet aliquo in loco Siciliæ Prætore Verre ternis denarijs tritici modium fuisse.

.7.c.30 Plinius, Viginti talentis vnam orationem Isocrates vendidit.

el.pun. Liuius, Multorum sanguine, & vulnerib.ea Pœnis victoria stetit.

Idem, Magno illi ea cunctatio stetit.

Non solum verba, quæ apertè emptionem, venditionemq́, significant ut, Emo, Coemo, Redimo, Mercor, Vendo, Diuēdo, Distrabo, Venundo, Veneo, Sto, Consto, Valeo, Liceo, Liceor, Licitor, Addico, Loco, Conduco, Taxo, Aestimo, pro Taxo, Sum, pro Valeo: sed etiam quæuis alia huc spectant. Varr.lib.3.de Re rust. Piscinæ ædificantur magno. Hor.lib.2.Saty. 2.

Quæ virtus, & quanta bonis sit viuere paruo. Plaut. Truc.
Iam hercle, iam magno tu vapula.

Plin.lib.7.cap. 37. Aristidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talentis Rex Attalus licitatus est. Aestimo cuius supra meminimus, cum parui, aut magni facere significat genitiuo gaudet: cum vero æstimationem habere, atque taxare, huius est loci. Cic.5.in Verr. Eodem tempore Antonius tribus denarijs æstimauit post messem summa in vilitate. Ibidem, idque frumentum Senatus ita æstimasset, quaternis sestertijs tritici modium, binis hordeum: Magno, permagno, paruo, paululo, minimo, plurimo, & siqua præterea sunt, sæpe sine substantiuis reperiuntur. Cice.5.in Ver. Decumas agri Leontini vendidisti, si ex lege, magno: si, vt lex esset tua libido, tunc paruo. Ibidem, At permagno decumas eius agri vendidisti. Teren.in Eunuc.

Quid

Quid agas? nisi ut te redimas captum, quàm queas
Minimo, si nequeas paululo, quanti queas.

Cic. 5. in Verr. Excogitare non poterat, quemadmodum plurimo venderent. Interdum adiunguntur substantiua. Martia. li. 6,

Paruo cum pretio diu liceret.

Vili, tamen, & caro, non videntur substantiua admittere. Plau. Epid. Quãti eam emit? T. Vili. Quin. Declam. 9. Quid me admonetis supremarũ amici mei precum, quibus hæc alimenta caro empta, inopi patris senectę petita? Si tamen locus mendo caret: nam Cicero, Care, solet dicere, & Quint. eadem Declam. Tanti constat patri captiuitas mea, cum tam care redemptus sim. Diomedes li. 1. DE Aduerbio, Caro, & uili uocat Aestimationis aduerbia. Verbum Valeo ablatiuum, vel accusatiuum amat: Pli. li. 3. c. 33. Aureus nũmus post annum sexagesimum secundum percussus est, quàm argenteus, ita ut scrupulũ ualeret sestertijs uicenis. Var. li. 4. de lingua Lati. Denarij, ꝙ denos æris ualebant: quinarij, quòd quinos Huc etiam spectat Sum, pro Valeo. Cic. 5. in Ver. Verum enimuero, cum esset frumentũ sestertijs binis, aut ternis, quibusuis locis prouincię duodenos sestertios exegisti. Ibidem, Cum in Sicilia sestertijs binis tritici modius esset (vt illius epistola ad te missa declarat) summum sestertijs ternis. Secale vulgus Centenum vocat. Siligo genus est tritici delicatissimi, neque centenum significat, vt quidam arbitrantur.

Exceptio.

His tamen genitiuis exceptis, Tanti, tantidem, quanti, quanticũque: pluris, minoris.

Cic. de Offi. Emit homo cupidus tanti, quanti voluit. *lib. 3.*

Idem ibidem, Vendo meum non pluris, quam cæteri, fortasse etiã minoris.

Idem in Verr. Quanti frumentum sit considera, video esse binis sestertijs. *liu. 5.*

Senec. Tantidem redemi patrem, quanti à te redemptus sum. *li. 5. Controuers.*

Pli. li. 35. c. 10. de Pamphilo pictore, Docuit neminem minoris talento annis decem. Sene. ad Martiam, de Consul. Tanti quodcunq; malum est, quãti illud taxauimus. Quidã addunt, Tãtiuis, quantiuis, quantilibet sine veterũ testimonijs. Non video tamen, cur non ita loquamur, si opus erit. Maioris nusquam arbitror esse, pro quo classici. Pluris utuntur. Quãticunq, & quãtiquãti, geminatum idẽ ualent. Iuuen. Quãticunq; domus cõstet. Cic. ad Att. 12. Sed quãtiquanti bene emitur, quod necesse est. Tantidem Cic. 5. in Ver. Quò quisq; uehere iussus esset, ubi tãtidem frumentum emeret, quanti domi vendidisse.

APPENDIX.

Genitiui Tanti, quanti, quanticunque, minoris, in ablatiuum transeunt, si addantur substantiua.

Liu. 2. belli Pun. Hic miles magis placuit, cum pretio minori redimendi captiuos copia fieret.

Tantidem ablatiuo caret. Laur. Vall. Pluri pretio, ausus est dicere: malim dicere, Maiori pretio, aut Cariùs. Liu. 2. bel. Pun. Octo milia seruorũ audio armari, non minor numerus noster est, nec maiori pretio redimi possumus, quã bi emũtur. Cic. pro Dom. Emit domum pene dimidio cariùs, quam æstimabat. Aduerbia carè, cariùs, carissimè, benè, meliùs, optimè, malè peiùs, viliùs, uilissimè, cum verbis emendi, vendendiq; apud bonos autores inuenies.

CONSTRVCTIO VERBI INFINITI.

.16. Verba infinita eosdem post se casus postulant, quos finita.

Cic. Tironi, Malo te paulo post valentem, quam statim imbecillum videre.

.3. Idem ad Q. Fr. Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

.7. Idem ad Att. vellem te in principio audiuisse amicissimè me admonentem.

Præteritum perfectum passiuum, & plusquàm perfectum ex infinito Esse, vel fuisse, atque participio præteriti temporis supplentur, mutatis numeris, & generibus pro re, de qua agitur.


bil. 2. Cic. in Ant. P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti.

Idem pro Cluen. Iniuriam ab huius familia factam esse dixisti.

Verbum interdum omittitur. Idem pro Mil. Negant lucem fas esse ei intueri, qui à se hominem occisum fateatur.

Verba infiniti modi appellat Quint. lib. 9. c. 3. Verba infinita: Gellius lib. 1. c. 7. Indefinita, Grammatici infinitiua, quod neque personas, neque numeros definiant. Diomedes lib. 1. Varijs nominibus ait appellatum esse infinitiuum modum, Impersonatiuum, insignificatiuum, Perpetuum. Sed hæc, & similia sine vlla iactura omitti possunt. Præsens, & imperfectum tempus tam actiuum, quam passiuum vna voce explicatur, vt Amare, Amari, perfectum, et plusquam perfectum actiuum vna etiam voce continetur, vt Amauisse, passiuum ex participio præteriti temporis, & infinito, Esse, vel Fuisse, supletur.

Fu-



Futurum infinitum actiuum.

FORE, futurum infinitum tantùm in vſu eſt, iungiturque cum omnibus generibus, & vtroque numero. *lib.1.*

Cic. ad Lent. Vehementer confidit his literis, ſe apud te gratioſum fore. *Ibidem*

Idem Att. Nihil arbitror fore, quod reprehendas. *lib.8.*

Idem ad eundem. Dionyſio, dum exiſtimabam vagos nos fore nolui moleſtus eſſe. *lib.7.*

Cætera quibus priſci vſi ſunt, iam exoleuerunt, pro quibus infinito Eſſe, & participio in Rus, vtimur.

Cic. Att. Illum eum futurum eſſe puto, qui eſſe debet. *lib.6.*

Idem de Orat. Vere mihi hoc videor eſſe dicturus. *lib.1.*

Idem in M. Anton. Id ſe facturum eſſe aſſeuerauit. *Philip.3.*

Idem in Ver. Non moleſtè fero, me laboris mei, vos virtutis veſtræ fructum eſſe laturos. *lib.3.*

Infinitum Eſſe frequenter deſideratur. Cic. Att. Ego bellum fœdiſſimum futurum puto. *lib.8.*

Idem ad Terentiam, Celerius opinione venturus dicitur. *lib.14.*

Idem ad Att. Vix ſpero hunc mihi veniam daturum. *lib.9.*

Idem ad Appium, Scribit meas literas maximum apud te pondus habituras. *lib.3.*

Fuit priſcis temporibus futurum infiniti modi, Rum, ſyllaba finitũ, quod omnibus generibus, & vtrique numero, non ſecus ac Fore accommodabatur. C. Gracchus, Credo ego inimicos meos dicturum. Valerius Antias, Aruſpices dixerunt omnia ex ſententiam proceſſurum. Laberius, Non putaui hoc eam facturum. Vides vt omnibus generibus, & vtrique numero verba hæc attribuantur. Sic Cic. 5. Verr. Hanc ſibi rem ſperant præſidio futurum, quem locum quidam exiſtimantes eſſe corruptum Futuram affirmabant legendum eſſe: cum Futurum, non participium, ſed verbum ſit indefinitum, neque numeris, neque generibus præſeruiens ſed liberum vndique, & impromiſcuum, quod ſine vlla vitij ſuſpicione omnibus numeris generibusq́; ſine diſcrimine attribuitur, vt Gellius lib. 1. cap. 7. docet: vnde hæc ſumus mutuati. Fuit & aliud futurum priſcis vſitatum, SSERE, ſyllabis terminatum.

Plaut. Stich. Habe bonum animum: nam illum confido domum
In his diebus me reconciliaſſere. Idem Amphitr.
Eos legat Telebois, iubet ſententiam vt dicant ſuam.

Si sine vi, & sine bello velint rapta, & raptores,
Si, quæ asportassent, redderet: se exercitum extemplo domum
Reducturum: abituros Argos Argiuos: pacem atque otium
Dare illis: sin aliter sint animati, neq; dent quæ petat,
Sese igitur summa Vi, virisq; eorum oppidum expugnassere.

Idem Milit. — hercle credo te facile impetrassere.

Futurum hoc à futuro Coniunctiui modi reconciliasso, expugnasso, impetrasso fit: siquidem prisci Latini etiam amasso, irritasso, iudicasso, monstrasso, pro amauero, irritauero &c. dicebant. Plaut. Amph.

Si me irritassis, bodie lumbifragium hinc auferes.

Epid. Adolescens si istunc hominem, quem quæritas,
Tibi commostrasso, ecquam abs te inibo gratiam?

Itaq; fore nunc tantum vsitatum est, quod non raro etiam cum participijs in Rus iungitur. Cicer. Att. lib. 5. Deinde addis, te ad me fore venturum. Liu. in extremo libr. 6. ab Vrb. Ita ab diutina ira, tandem in concordiam redactis ordinibus. cum dignam eam rem Senatus censeret esse, meritoq; id, si quando vnquam aliàs deorum immortalium causa libenter facturos fore, vt ludi maximi fierent, & dies vnus ad triduum adijceretur. Porcius Latro in Declam. in Catilin. de cuius eloquentia Plinius libr. 20. cap. 14. & Quintilianus libro 10. c. 5. meminit, sæpe sic loquitur, Lucem namque, ait, nescio quam, de domo Cornelia quondam proditturam fore, quæ gloria nominis sui Romanum imperium, & complexura sit, & illustratura. Ibidem. Putate matronas Vrbis, ac liberos nostros obseruatam pudicitiam supplices, ac congratulantes vniuersos ad genua vestra obuersaturos fore. Illud Liuij lib. 8. bel. Pun. Et acturum se per populum apertè ferret, si Senatus aduersaretur, quidam vitiose citat, Et acturum se per populum apertè fore, &c. Credo, Fore etiam cum participijs præteriti, & futuri temporis in Dus posse iungi. Cicero Bruto libr. 11. De reliquis rebus à te iam expectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster Hircius, quid Cæsar meus: quos spero breui tempore societate victoriæ copulatos fore. Idem Lentulo lib. 1. Nunc id speramus, idq; molimur, ut cum Rex intelligat, & c. nisi per te sit restitutus, desertum se, atque abiectum fore, proficiscatur ad te. Porcius Latro, Credite item vim vniuersam flagitiosę iuuentutis, aut hodierno Catilinę supplicio simul conficiendam fore, aut &c. Diceret fortasse Laurentius, hæc potius nomina esse, quam participia. Nescio cur id Laurentio tantopere displicuerit, cum futura cum futuris passim iungantur. Cicer. 1. de Inuent. Altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breuiter expositio ponitur distributa. Idem pro Font. Ita uerò, si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, &c. Et præterita futuris miscentur, cùm Dicturum fuisse, auditurum fuisse, & alia huius generis dicimus.

Futu-

Futurum infinitum passiuum.

Futurum pasſiuum ex infinito Iri, & voce ſimili ſupino in VM, conſtat, vt amatum iri, doctum iri, violatū iri, occiſum iri, omnibuſque generibus, atque vtrique numero attribuitur

Cic. ad Att. Pompeius affirmat non eſſe periculum adiurat: addit etiam ſe prius occiſum iri ab eo, quàm me violatum iri. *Lib. 2* *Lib. 15.*

Idem ad eundem, Brutum, vt ſcribis, viſum iri à me puto. *Lib. 1.*

Idem de Diuinat. Vaticinatus eſt madefactum iri minus triginta diebus Græciam ſanguine.

Terent. in prol. Hec. — interea rumor venit datum iri gladiatores *Li. 9. c. 2.*

Quintil. Reus parricidij damnatum iri videbitur.

Plau. in rudente, Mihi iſtæc videtur præda prædatum irier.

Et ſi datum ire, perditum ire, interfectum ire, ſeruatum ire, & alia eiuſdē generis nihil aliud quàm dare, perdere, interficere, ſeruare ſignificant, atq; præſentis ſunt temporis: tamen datum iri, perditum iri, interfectum iri, & quæ ſunt generis eiuſdem futurum tempus adſignificant, ut allata exempla, atq; alia multa docent. Cicer. ad Att. lib. 9. quem tu locum Græciæ non direptū iri putas? Ad eūdem lib. 10. Quod ſcribis te ipſum putare me attractū iri, &c. Idem ad eundem lib. 7. Dederam equidem L. Sanfeio literas, &c. Sed ut Philoſophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. Sunt qui putent hoc loquendi genere, etiam tempus præſens adſignificari: fieri quidem poteſt, ſed teſtimonia quibus id docent, partim deprauata ſunt, partim nobiſcum faciunt. Videamus Plin. 2. Epiſt. Quæ abſolutiora mihi uidebantur, non fuit alienum iudicio tuo traditum iri. Apud Plinium lib. 2. epiſt. 4. ad Lupercum ſic legitur, interim quę abſolutiora mihi uidebantur, non fuit alienum iudicio tuo tradi. Cice. 2 Inuent. Si illud concedatur, illud non conceſſum iri oportet. Oportet, nuſquam eſt apud Ciceronem. Locus eſt non longe à principio. Lactant. lib. 1. Et Erithræam ſe nominatum iri prælocuta eſt, apertiſſime futurū eſt. Sic Cicer. 1. de Diuinat. Vaticinatus eſt madefactum iri minus triginta diebus Gręciam ſanguine. Itidem illud Plauti Rudent. act. 4 ſcen. ultima

Mihi iſtæc videtur præda prædatum irier.

Prælatū iri, futurum proculdubio eſt: timebat enim vehementer Gripus, qui hæc loquitur, ne herus vir bonus, & iuſtus vidulum, quem cum multo auro & argento reti traxerat, reſtitueret lenoni, qui naufragiū fecerat, atque ita tāta præda ſpoliaretur. Nūc ponamus aliquot exempla, quibus planum fiat Amatum ire, datum ire, et alia huius generis præſens adſignificare, quæ Diomedes, Donatus, cæteriq; veteres grammatici docent futuri infiniti eſſe circuitiones. Plaut. Pœn. Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum? Idem Ciſtel. Qui magis potueris mihi honorem ire habitum, Neſcio.

Idem

Idem Bacch. — *vt istud delictum Desistas tantopere ire oppugnatum.*

Liuius lib.9.bel. Mac. Vitricus ergo, inquit, tuus pudicitiam, famam, spem, vitamq; tuam perditum ire hoc facto properat? Gellius lib. 14. ca.6. Homo nobis familiaris, Adiutum, inquit, ornatumq; volo ire Noctes tuas. Quid quæ so aliud Ire datum operam, Ire habitum honorem, Ire oppugnatum, Perditum ire, Ornatum ire, quàm Operam dare, Habere honorem, Oppugnare, Perdere, Ornare significat? Illud Plauti Mil.

— *hercle credo te facile impetratum ire: quo quidam conantur docere hæc futurum tempus adsignificare, longè aliter legitur, vt paulò antè diximus,*

— *hercle credo te facile impetrassere. quod futurum infinitum est priscum, pro impetraturum esse. Infinita passiua visum iri, occisum iri, & alia id genus à uerbis actiuis accusatiuum habent ante se more aliorum verborum infiniti modi, neque enim à supino in Vm regitur, vt quidam volunt, post se uerò ablatiuum habẽt etiam singularis numeri, ut allata exempla docent. Si fiant à uerbis neutris etiam post se ablatiuum exigent, vt Credo à militibus Cæsaris fortissimè pugnatum iri. Arbitror à nemine tibi nocitũ iri. Cæs. 5. bell. Gal. nocitum iri dixit. Ipse appellatus respondit, si velit secum colloqui, licere, sperare à multitudine impetrari posse, quod ad militum salutem pertineat, ipsi uero nihil nocitum iri. Si quis roget an hæc etiam ante se accusandi casum habeant: ex ijs, quæ supra de Verbis impersonalibus diximus, facilè intelliget. Cur enim non subaudiatur pugnam, & noxam? ut dicimus pugnare pugnã, nocere noxam? Vox, quæ supino in VM similis est, tam verba actiuæ, quam passiuæ declinationis comitatur. Liu. lib. 2. bel. Mac. Neu pertinacia sua gentem uniuersam perditum iret.*

Terent. Andr. — *cur te is perditum?*

Idem Heaut. — *in mea uita tu tibi laudem is quæsitum scelus?*

M. Cato apud Gellium li. 10. ca. 14. Atque euenit ita Quirites, uti in hac contumelia, quæ mihi factũ itur, Rei quoque publice medius fidius miserear. Vides vt Cato dixerit Contumelia factum itur? quẽ locum sic idem Gellius explicat, Contumeliam factũ iri, significat iri ad contumeliam faciendam, idest Operã dari, quò fiat contumelia. Hæc ille. Hoc tamen genus loquendi iã exoleuit, quod ad finita uerba attinet: quod modus infinitus suo iure retinuit. Illud pene mihi exciderat, Ire, locũ habere etiã cũ uerba sunt deponentia. Curtius lib. 10. Postremo die indigna res Macedonibus uidebatur, Perdicã ad mortis periculum adductum, & Meleagri temeritatem armis ultum ire decreuerãt.

Circuitionem illam, quæ ex participio in, Dus, & infinito Esse constat prætermisimus, propterea quod parum sit vsitata ueteribus: non quòd negem esse participium in Dus futuri temporis, cum id Quintilianus, omnesq; veteres grammatici doceant: sed quia hæc loquendi ratio officium, necessitatemq; potius, quam futurum tempus adsignificare videatur. Vergil. lib. 3. Aen.

socijs

— *socijs tunc arma capessant,*
Edico: & dira bellum cum gentem gerendum.

significat Aeneas necessario gerendum esse bellum cum Harpyijs. Quint. lib. 6 in hunc locum sic inquit, Illud plane figura est, qua diuersa sermonis forma coniungitur. Quanuis enim pars Bellum posterior participio insistat, utrique tamen conuenit illud Edico. Cic. Catoni lib. 15. Admonendum potius te à me, quam rogandum puto. Dic. Admonitum iri potius te a me, quam rogatum iri puto. num idem hæc valent? non puto. Illud enim officium, debitumq; adsignificat: hoc potius futurum tempus. Illud sic exponi potest, Admoneri puto potius te à me quàm rogari oportere. sic idem Lentulo lib. 1. Quę autem posita sunt in coniectura, quęq; mihi uidētur fore, ea puto tibi à me scribi oportere: fac sic, Ea puto tibi à me scribenda esse, idem prorsus dixeris. Quid ergo deceptus est Fabius? errauit tantus uir? Minime verò. Vt enim plurima uerba futuri temporis debitum, officium, necesitatemq; adsignificant, ita participia ferè in Dus, quæ nihilominus participia sunt, vt illa verba futura. Quid? cum Venus Aeneam 2. Aen. alloquitur,

Non prius aspicies, vbi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniux ne Creusa Ascaniusq; puer?

Nun aspicies futurum tempus adsignificat? non ne potius officium, atque adeo pietatem? An cùm M. Tullius 2. Philip. dixit, Defendi Remp. adolescens, non deseram senex, an, Deseram, tempus adsignificat? ibidem. Etenim si abhinc annos propè uiginti hoc ipso in templo negaui posse mortē immaturam esse Consulari: quanto verius nunc negabo seni? Sed hæc hactenus, nam in Rudimentis cum de participijs egimus, multa de eadem re dicta sunt.

Ratio supplendi futurum infinitum, maximè cum verba supinis carent.

Fore vt, Futurum vt, verbis spero, puto, affirmo, suspicor, & his similibus iuncta eleganter futurum infinitum tam agendi, quam patiendi modi supplent.

Cic. 1. Tusc. Spero fore, vt contingat id nobis.

Idem ad Att. Nunquam putaui fore, vt ad te supplex venirem. *lib. 16.*

Idem Lentulo, Valde suspicor fore, vt infringatur hominum improbitas. *lib. 1.*

Senec. Scio futurum vt auditis eius sententijs, cupiatis multas audire. *Proœ. 2. controue.*

Idem, Nunquam putaui futurum, vt pater meus liberos odisset. *lib. 2. controuers.*
ac circuitione subuenitur verbis, quæ supinis carent, vt Puto fore,

re, vt breui his incommodis medeare.

Affirmo fore, vt paucis diebus orationem pro Marcello edifcas.

Sufpicor fore, vt iuri ciuili potius, quam Philofophiæ ftudeas.

Polliceor fore, vt non multò pòft intimis fenfibus angaris, quando faluberrima parentis confilia negligis.

Circuitio ex præterito, & futuro mifta.

Circuitio illa ex præterito & futuro mifta non minimum orationi affert ornamentum.

lib.4. Cic. ad Marcel. Eum magis communem cenfemus in victoria futurum fuiffe, quàm incertis in rebus fuiffet?

lib.2. Idem de Diuinat. An tu cenfes vllam anum tam deliram futuram fuiffe, vt fomnijs crederet, nifi ifta cafu nonnunquam concurrerent?

Idem in M. Anton. Dixit aliam fententiam fe dicturum fuiffe, eáque fe, ac Rep. dignam, nifi propinquitate impediretur.

Quid fi verba fupinis deftituantur? licebit ne ita loqui, Puto futurum fuiffet, vt difceres, nifi ceffator, ac negligens fuiffes? Nondum quod meminerim apud veteres hoc loquendi genus inueni. Puto fore vt, vfitatiffimum eft, vt paulò ante oftendimus. Puto futurum fuiffe, vt difceres, refelleres, repofceres, fcriberes, legeres, & alia id genus, pro, fcripturum fuiffe, lecturum fuiffe, tum dicam, cum apud bonos autores legero. Itaq; doctiorum eftò iudicium. Illa præterea circuitio ex præterito, & participio in Dus, an huc fpectet ij iudicabunt. Credo Remp. à Catilina funditus euertendam fuiffe, nifi M. Tullius eius nefarios conatus compreffiffet. Qui voces in fyllabas Dus, & Dum exeuntes neceffitatem, officiumq; potius quam futurum tempus adfignificare docent, non facile id concedent: quorum fententiæ libenter accedimus interim, dum veterum exempla non fuccurrunt. Quare dicam potius, credo Catilinam Remp. funditus fuiffe euerfurum, nifi M. Tullius, &c.

Infinita cum quibus verbis copulentur.

Verbis Cœpi, foleo, debeo cupio adduntur infinita, multisq; alijs: maximè ijs, quibus voluntas explicari folet.

Cic. pro Rofc. Com. Qui mentiri folet, peierare confueuit.

lib.16. Idem Tironi, Omnes cupimus, ego in primis, quam primum te videre.

Multa funt verba, quibus infinita adduntur, Ceffo, defino, pergo, incipio, gau-

gaudeo, lętor, suadeo, aggredior, opto, desidero, volo, malo, paro, cogo, affirmo, nego, instituo, censeo, statuo, decerno, ostendo, iudico, audeo, timeo, iubeo, disco, cum synonimis, vt Amat, pro Solet. Item Possum, videor, quæq; sunt de eodem genere, Prætereà, quæ Proæretica vocant, id est, quæ ad voluntatem explicandam pertinent, de quibus iam egimus. Ab his præcipuè, tradunt Grammatici, verba infinita definiri, ac determinari, nam, cum infinitum verbum (vt vox ipsa declarat) incerti sit numeri, & personæ, beneficio verborum, quibus adiungitur, numerum, personamq; certam habet: Exempli gratia, Videre, uerbum est infinitum, neq; enim scire potes, sit ne singularis, an pluralis numeri, primæ, secundæ, ac tertiæ personæ: adde ei uerbum, Cupio, fit, Cupio uidere te beatum, subitò ex infinito, & incerto factum est finitum, certumq;, munere, atque beneficio uerbi Cupiendi, est enim primæ personæ singularis numeri, quemadmodum, Cupio cui adhæret. Solet, incipit, debet, cœpit, desinit, potest cum infinitis uerborum impersonalium adiunguntur, nominatiuum celant. Cic. 1. de Fin. Qua præceptrice in tranquillitate uiui potest, omnium cupiditatum ardore restincto. Idem Att. lib. 10. Hic maneri diutius non potest. Futurum infiniti maxime his uerbis gaudet, Auguror, confido, credo, existimo, puto, audeo, uideo, ominor, suspicor, opinor, affirmo, polliceor, promitto, itemq; cæteris eiusdem generis. Cicer. Att. lib. 8. Sin erit bellum, ut uideo fore, meæ partes non desiderabuntur. Idem pro Mil. In his singulis ita semper existimabitis, uiuo P. Clodio, nihil horum uos uisuros fuisse. Quidam legunt. Visuros fore. Infinita nonnunquam cum uerbis motus, nominibusq; substantiuis, more Græcorum, coniunguntur.

Virg. 1. Aen. Non nos aut ferro Libycos populare penates

Venimus, aut raptas ad littora uertere prædas.

Terent. Hecy. Voltis ne eamus uisere? Ibidem, Nostra illico it uisere. Cicer. in Top. Sed iam tempus est ad id quod instituimus, accedere. Cæs. 7. belli Gall. Consilium capit omnem à se equitatum noctu dimittere. Adduntur & nominibus adiectiuis maximè apud poetas, unde sunt illa, Paratus respondere, cantare, certare. Certus ire, succurrere, mori. Doctus cantare, uincere. Peritus certare, Audax perpeti, Timidus mori, & cęt. id genus. Paratus, dignus etiam ab oratoribus cum infinito copulantur. Cicer. pro Quint. Et si qua in re, id quod parati sunt facere, falsum crimen, quasi uenenatum telum aliquod iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. Idem Catoni. libr. 15. Mitto, quod inuidiam, quod pericula, & c. si per me licuisset, subire paratissimus fueris. Idem in Sal. Res familiaris, quæ mihi multò minor est, quàm habere dignus sum. Adiectiuis neutris eleganter adhærent infinita ut, Aequum, laudabile, piumq; est, miseris opem ferre. Cic. ad Att. lib. 8. pro patria, & in patria mori præclarum est.

APPENDIX.

Amphibolia, accusatiui geminatione facta, soluitur ablatiuo, vt Milonem audiui occidisse Clodium, ambigua est oratio, dubium enim est, vter ab altero fuerit occisus

Muta alterum accusatiuum in ablatiuum sic, A Milone audiui occisum esse Clodium: sublata est omnis dubitatio.

Quin. lib. 7. cap. 10. Accusatiui geminatione facta Amphibolia soluitur ablatiuo, vt illud, Lachetem audiui percussisse Demeam: fiat, A Lachete percussum Demeam.

Gerundia.

Gerundia, quæ passionem non significant, casus suorum verborum admittunt, vt Tempus obliuiscendi iniuriam, ignoscendi inimicis, coercendi cupiditates, abstinendi maledictis.

Quidam veterum Grammaticorum (vt refert Diomedes libro primo) sextum modum addiderunt, quem participalem appellarũt, is complectebatur, quæ modo gerundia, & supina diximus. Eos Diomedes, quod attinet ad rationem inflectendi uerba sequutus est, inquit enim, Modo participiali Amandi, amando, amandum, amatum, amatu, Deinde subijcit, sed apud quosdam, gerundia sunt, quæ Probus supina appellat. Paulo post, Gerundia, inquit, vel participalia, Legendi, legendo, legendum, lectum, lectu. Eodem etiam libro. Supina, Tollendi, tollendo, tollendum, sublatum, sublatu. Itaq; non separat gerundia à supinis, vt hodie fit, sed gerundia simul, & supina nunc modum participialem, nunc participialia, nunc gerundia, nunc, supina appellat.
Seruius in illud Vergilij lib. 12.— exuperat magis, ægrescitq; medendo, Medendo vocat modum gerundij. Idem in illud eiusdem lib. 10.

Cui Iuno illachrymans, quid si, quod voce grauaris, Mente dares?

Modum gerundij gemino, I, appellat, nõ vnico, vt quidã solent scribere: est enim genitiuus à nomine Gerundium, nõ participiale à verbo gerundi. Nam idem Seruius in Donatum modum gerũdiuũ appellat, vbi veteres sequitur, atq; hæc participialia modum verborum vocat Priscianus, quanuis eadẽ modo participialia, modo gerundia, modo supina appellet, negat tamen libro 8. esse modum verborum, propterea quòd personas minime discernant, & temporibus careant, sine quibus verbũ esse non possit, & casus assumant, & præpositionibus separatis adiungantur. Vnde libro sexto Exercitationũ nomina participialia appellat. Phocas participialia vocat, & gerũdiua, vbi suspicor

legendum

legendum esse Gerundia. Donatus (si tamen exempla coniugationum, quæ circunferuntur, eius sunt) gerundia, seu participialia vocat, quæ hodie gerũdia uocamus: cætera supina, more recepto. Hæc ueteres Grammatici de gerũdijs, & supinis. Ego, dicam enim quod sentio, Suspicor, gerundia & supina uerba esse infiniti modi: nihil enim aliud, uerbi causa, Dicendi, dicendo, dicendum, dictum, dictu, quàm dicere, vel dici significant. Varius tamẽ harum uocum est vsus, quæ varietas, & vbertas solis Romanis contigit: nam Hebræi, Arabes, Græci, cæteræque nationes solo, nudoq; infinito fuerunt contentæ, quod si quãdo illam Romanorum copiam imitari gestiunt, ad articulos, præpositionesque confugiunt, quarum beneficio suæ inopiæ medentur, præfigentes nimirum, vel articulos, vel præpositiones, vel vtraque simul ipsis infinitis. Romani, ut hanc ieiunitatem fugerent, (neque enim ferre poterant tam crebrũ infiniti vsum, vel potius fastidium) exempli causa, Tẽpus est causam dicere, Philosophia necessaria est ad bene dicere, Consumpsisti tres horas in dicere causam, Hæc causa difficilis est dici: vt hanc, inquam, ieiunitatem fugerent, participialia excogitauerunt, quibus infiniti loco uterentur, sic; Tempus est causam dicẽdi, Philosophia necessaria est ad bene dicendum, Consumpsisti tres horas in dicẽdo, Hæc causa difficilis est ad dicendum, difficilis est cognitu. Nonnunquam etiam more exterarum gentium infinito vtuntur. Liu. li. 10 Decad. 3. Tẽpus esse, aut pacem componi, aut bellum nauiter geri.

Stat. Sylu. 4. Forsitan Ausonias ibis frænare cohortes.

Excogitarunt itaque Romani participialia verba, ad leniendam, molliẽdamque orationem. Quæ nomina non ideo censenda sunt, quod aliquando præpositiones admittãt, quemadmodum neq; Hebræorum, Græcorumq; infinita uerba. Certè Quin. lib. 1. c. 4. de verbis agens, ea inter verba numerat, Quædam, inquit, simile quiddam patiuntur uocabulis in aduerbium transeuntibus. nã vt Noctu, & diu, ita & dictu, & factu: sunt. n. hæc quoq; verba participialia quidẽ, non tamẽ qualia dicto, factoq;. Hæc ille. Quod si Quint. supina in V, quę aduerbij speciẽ prę se ferunt, neque casus uerborũ postulant, ut gerundia, uerba appellat: existimabimus, eum gerundia fuisse nominibus annumeraturũ, cũ casus suorum uerborum postulent, nec more participiorũ declinẽtur? Nã Amandi, amando, amandũ, amatum, amatu, exitus uerborum sunt, nõ casus. Vnde ultima more verborum anceps est, quo argumẽto ueteres, in quibus Seruius est, docent uerba esse, non nomina. Et si quis rem diligentius expendat, intelliget hęc, ut ipsum uerbum infinitum numeros, & personas latentes habere, quę aliunde definiuntur, ut Sum peritus nauigandi, singularis est numeri, et primæ personę. Sumus periti nauigandi, pluralis est numeri, primęque personę: Vnde sunt illę locutiones; Veni causa adhortandi vestri, Venerunt causa purgandi sui, vbi hęc pluralis numeri sunt, de quibus suo loco. Sum defessus docendo te, docendo nos, sunt hęc verba infinita, quorum numerus, &

personis definitur à verbis, vel nominibus præcedentibus. Varro gerundia uerba solet appellare li. 1. de Analog. Quæ vocabula, inquit, dicuntur, à verbis fiunt, ut à scribendo scriptor, à legendo lector, ab amando amator, à salutando salutator, à cantando cantator. Et cum dicatur, Lassus sum serendo, metẽdo, ex his vocabula non reddunt proportionem, quòd non sit, vt Messor, sertor. Paulò post docet à verbis fieri vocabula dissimilia superiorum, quæ participia dicuntur, ꝙ simul habeant casus & tempora, vbi de gerundijs nullam fecit mentionem, facturus proculdubio, si ea existimasset esse vocabula, & non verba. Quod ad etymon attinet, participialia dicuntur, modusq́ participialis, quod participijs vocis passiuæ, præteriti, futuriq́ temporis similia sint, cum in casus inclinantur, Amandi, amando, amandum, amatum. Vide Diomedem li. 1. Supina uero, quod (vt Prisciano placet) nascantur à participijs passiuis, quæ supina appellata sunt: quia vero participia passiua supina appellarunt, videntur situs rationem habuisse, nam ea infimo loco sita, totum cõiugationis ordinem, molemq́ sibi incumbentem ueluti suspiciũt: Mallem dixisset Priscianus, ita fuisse appellata, quòd participijs similia essent, quæ supina fuissent à quibusdam dicta, non enim omnia participialia à participijs passiuis nasci possunt, cum sint quam plurima, quę à verbis neutris fiunt, vt Currendi, currendo, currendum, cursum. Quanquam ipse Prisc. li. 2. Exercitationum, hunc nodum soluit. In neutris, inquit, quamuis non sint participia præteriti, ad similitudinem tamẽ habentium proferimus. Probus ait, Supina propterea dicta, quod nec certum habeant numerum, nec personam, nec significationem: nam & ad quamuis personam referuntur, & vtriusq; numeri sunt, & tam agentis, quàm patientis significationem habent. Itaq; quemadmodum supinos hõmines vocamus negligentes, ac dissolutos, nihil pensi, nihil certi habentes: ita hæc participialia supina dicta sunt, quòd omnia permista, confusaq; habeant. Gerundia cur sint dicta, nondum apud veteres, quod meminerim, legi.

Gerundia in Di.

Gerundijs in Di adduntur substantiua, Tempus, causa, studium, finis, & cætera eiusdem generis.

Cic. de Senect. Equidem efferor studio, patres vestros, quos colui, & dilexi, videndi.

Lib. 10. Idem Att. Sit iam aut finis omnino deplorandi, aut moderatio.

Item nonnulla adiectiua, vt Peritus, imperitus, cupidus, insuetus nauigandi, ignarus dicendi.

Li. 2. Cic. de Orat. Sum cupidus te audiendi.

Participialia uerba nullum ante se casum postulant, sed certis nominibus sub-

substantiuis adiunguntur, cuiusmodi sunt, Ratio, facultas, ars, disciplina, doctrina, copia, vbertas, vsus, finis, occasio, gratia. Cic. 3. de Orat. Dicendi facultatem veteres Graeci sapientiam nominabāt. Adiectiua pauciora sunt, Cic. 1. de Orat. Nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus, in gestu dicendo histrionum more elaborare. Idem ibidē lib. 3. Neq; est ex multis res vna, quae magis oratorem ab imperito dicendi, ab ignaroq; distinguat. Idem 3. Off. Hoc quidem sanè luculenter, ut ab homine perito definiendi. Idem de Op. Gen. Inscij faciendi. Caes. lib. 5. belli Gall. Partim quòd insuetus nauigādi mare timeret. Cic. 1. de Or. Vir regendae reip. scientissimus. Fieri potest ut priscis temporibus Gerundia casum aliquē ante se habuerint, multa enim vsurparunt prisci Latini, quae posteris inaudita fuerunt. Locus tamen Liuij li. 9. dec. 3. qui à quodam affertur, deprauatus est, Tum plures caesi, quia equos conscendendi ab equitibus spatium non fuerat. quo testimonio probat gerundium, Conscēdēdi, antè accusandi casum habere. Germana, ac vera lectio sic habet, Tum plures caesi, quia equos conscendendi equitibus spatium non fuerat. Si quando hic autor aliqud noui attulerit, euoluendi sunt diligētissimè libri, ne forte decipiaris. In illo Virgilij 2. Aen.

Fando aliquid, si forte tuas peruenit ad aures
Belidae nomen Palamedis: *Aliquid, non nominandi, sed accusandi est casus, ut in illo eiusdem eodem lib. —* *quis talia fando*
Myrmidonum, Dolopum ve, aut duri miles Vlyssei
Temperet à lachrymis? *Illud Liuij lib. 8. ab Vrb. Ibi in concilijs Numisius Imperator eorum, affirmando communem uerè Martem belli utrā que aciem pari caede prostrauisse, victoriaeq; nomē tantum penes Romanos esse, &c. longa enim est periodus. Itaq; si uideatur eis, se ex Latinis, & ex Volscis populis iuuētute propè excita, rediturum infesto exercitu Capuā esse: Romanosq; nihil tum minus, quàm praeliū expectantes, nec opinato perculsurū. Numisius Imperator, pendet ex verbo subaudito, Dixit, Pollicitus est, uel simili. Non ne Latinè dicemus, Caesar Imperator, affirmando Pompeium maximam cladem accepisse, tres legiones amisisse, à veteranis desertum esse, hortatus suos milites est, ne tanta victoriae oblatam occasionem amitterent?*

APPENDIX.

Gerundia in Di interdum genitiuum multitudinis pro accusatiuo admittunt.

Cice. de Diui. Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.

Plaut. Capt. Nominandi tibi istorum erit magis, quàm edundi copia. *Lib. 2.*

Cæsar crebrò hoc genere loquendi vtitur, cū pronomen Sui pluralis nume ri adhibetur. li. 4. belli Gal. Frequentes omnibus principibus, maioribusq; natu adhibitis, ad eum in castra venerunt, simul vt dicebatur, sui purgandi cau sa, quòd contra, ac esset dictum, & ipsi petissent, prælium pridie cōmisissent. Liui. li. 1. belli Punic. Non enim vereor, ne quis hoc me vestri adhortandi cau sa magnificè loqui existimet; ipsum aliter animo affectum esse. Suet. in Augu. ca. 98. iisdem etiam epulum in cōspectu suo præbuit, permissa, imo exacta io candi licentia, diripendiq; pomorum. Teren. In prologo Heaut.

Facite æqui sitis: date crescendi copiam,
Nouarum qui spectandi faciunt copiam. Sine vitijs:

Hoc est, date copiam crescendi, id est maiorem famam, gloriamq; comparādi ijs, qui faciunt copiam videndi nouarum, pro Nouas comedias. Nouarum non iungitur cum participiali uerbo Crescendi, cum sit absolutum, sed cū spe ctandi. Accipitur enim hic crescere, vt apud Cic. pro S. Roscio. Nam si mihi liberet accusare, possem crescere: hoc est, possem illustrior fieri, maioremq; glo riam comparare. In his, & similibus locutionibus gerundium est pluralis nu meri, passiuæq; significationis: nequ; enim variatur, quod propriū est verbi in finiti, generaq; omnia recipit vt infinitū, Fore, vt Amatum iri, deniqu, vt il li prisca in Rum, de quibus suprà egimus Recipit masculinum, Vestri adhor tandi: neutrum, Diripiendi pomorum: fœmininum, spectandi nouarum. Quod ue ro dixi, genitiuum pro accusatiuo poni, more cæterorum locutus sum.

In Dum.

Gerundijs in Dum, præponuntur præpositiones, Ad, ob, inter.

Cic. 5. Tusc. Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum.

lib. 4. Idem in Verr. Quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, eū, à quo pecuniam ob absoluendum acceperis, condemnare?

Ab vrb. 2. Liu. Ipse inter spoliandum corpus hostis, veruto percussus, inter primam curationem expirauit. Præponitur &, Ante, sed rarius.

Gcor. 3. Virg. -- nanque ante domandum, Ingentes tollunt animos.

Præpositio Ad, cum gerundio in Dum, frequenter sequitur verba motus. Liu. 2. ab Vrbe, Mittunt ad castra oppugnanda Cic. 3. de Orat. Nunc contra plerique ad honores adipiscendos, & ad rempub. gerendam nudi veniunt, atque inermes. Item adiectiua, Facilis, difficilis, paratus, promptus, expeditus, idoneus, aptus, segnis, vehemens, & similia. Idem lib. 1. de Fin. Neque me se gniorem ad respondendum reddidisti. Idem pro lege Manil. Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus. Gerundia in Do, & Dum,

Dum, quibus præpositio adiuncta est, quamuis raro sequatur casus, nonnulla tamen subijciemus exempla. Cic. ad Sestium li. 5. Ego, & memoriam nostræ ueteris amicitiæ, & uirtute atq; obseruantia filij tui monitus, nullo loco deero, neq; ad consulendum, neq; ad leuandum fortunam tuam. Liu. li. 6. ab Vrb. Legati ad ea, quæ consilij fuerunt, adeò æqua postulastis, ut ultro uobis deferêda fuerint: libertati enim præsidia petitis, nô licentiæ ad impugnandos alios. Varro de Re rust. lib. 3. c. 9. In supponêdo oua, obseruant, ut numero sint imparia. Pli. li. 7. c. 40. Vna mortalitas; & ad circunscribendum se ipsam ingeniosa. Cic. 3. Tusc. Ab inuidendo autem rectè inuidentia dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod uerbum dictum est à nimis intuendo fortunâ alterius. Gell. lib. 18. c. 15. M. Varro in libris disciplinarû scripsit, Obseruasse se in uersu hexametro, quod omni modo quintus semipes uerbum finiret, & quod priores quinq; semipedes æquè magnam uim haberent in efficiendo uersum, atq; alij posteriores septem. Sunt & alia loca, quæ ex libris correctis intellexi deprauata esse. Liu. li. 10. bel. Pun. eadem hæc Syphaci animum dederunt in alloquendo victorem. Victore legitur in correctis. Cic. ad Att. li. 6. epi. ante penultima, Nos prouinciæ præfecimus Cælium: puerum, inquies, & fortasse fatuum, &c. Nam quas multo ante tuas acceperâ literas, in quib. ἐπέχειν te scripseras, quid mihi esse faciendum de relinquendo, eæ me pungebât. Quidam deprauatè legunt, In quib. inscripserat de relinquendo ea, quæ me impugnabant. Leges & apud Senec. 2. de Benef. c. 18. Nemo in id accipiendo obligatur, quod illi repudiare nô licuit. In castigatis legitur, Nemo enim id accipiendo obligatur, &c. Idem li. 2. Declam. ubi de Oui. fit sermo. Ex quo apparet summi ingenij viro non iudicium defuisse ad compescendum scientiâ carminum suorum, sed animum. In correctis legitur, ad compescendam scientiâ. Sed quid attinet deprauatis testimonijs chartas infarcire? Qui eleganter uolet loqui, Ciceronem imitabitur, qui hoc loquendi genere ferè abstinet.

In Do,

Gerundia in Do, modò sine præpositione in oratione adhibentur. Cic. Att. Plorando defessus sum. modo præpositiones maximè A, Ab De, In assumunt.

Idem 3. Tusc. Ab inuidendo autem rectè inuidentia dici. lib. 13

Idem Curioni, Etenim quis est tam in scribêdo impiger, quâ ego? lib. 2.

Idem ad Atticum, Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè velim. lib. 8.

Nonnunquam E, vel Ex, Cum, Pro. Plaut. Aulul.

Heu senex pro vapulando hercle abs te mercedem petam.

Quin. Scribendi ratio coniuncta cum loquendo est. li. 1. c.

Laurentius negat hoc gerundium cum verbis motus posse coniungi, vt Reuertor ab arãdo, redeo à spectando, sed ab aratione, à spectaculis. Cicero tamẽ in lib. de Clar. Orat. non videtur tantopere id reformidasse. Tum Brutus, Quã hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, vt omnes ferè Stoici prudentissimi in disserendo sint, & id arctè faciant, sintq́; architecti penè verborum: ijdem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiantur. Exemplum, vbi ex præcedit, est apud Terent. Adelph.

Vt id ostenderem, quod te isti facilem, & festiuum putant,
Id non fieri ex vera vita, neq; adeo ex æquo, & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.

Gerundia in Do, dandi casus actiuæ significationis raro reperiuntur. Plau. Epid. vlt. scen. act. 4. Ego relictis rebus Epidicum quærendo operam dabo.
Si inuenero, exitialem ego illi faciam hunc vt sciat diem.
Idem Pœnul. scen. 2. act. 1.
— ex (ancillæ) nos lauando, & eluendo operam Dederunt.
Ille locus Valer. Max. lib. 3. cap. 6. P. Scipio cum in Sicilia augendo exercitũ, traijciendoq́; in Africam opportunum quæreret gradũ, &c. non facit ad rem, est enim mutilatus, & deprauatus. Sic enim habet, P. Scipio in Sicilia augendo exercitum, traijciendoq́; in Africam, opportunum quærendo gradum, Carthaginis ruinam animo uolueret, &c.

Gerundia Passiua.

Gerundia, quæ passionem significant, nullum post se casum admittunt.

li. 2. c. 3. Quint. Memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur.
li. 23. ca. 13. Plin. Rubens ferrum non est habile tundendo.
Idem, Bituminata, aut nitrosa vilis est bibendo.
li. 31. ca. 6. Iugurt. Sall. Pauca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustria magis, magisq; in aperto sint.

Gerundia quidam suspicantur dicta, quod geminam significationem, actiuam nimirum & passiuam gerant: post se casum non admittunt: neque illud Gellij lib. 1. cap. 12. Amata inter capiẽdũ à Pontifice Maximo appellatur, quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomine tradunt, ad rem uidetur facere. Hic enim est sensus, Vestalis appellatur a Pontifice Max. Amata, inter capiendum. In Di rarius passionẽ significãt, Iustin. lib. 17. Athenas quoq; erudiendi gratia missus, quanto doctior maioribus suis, tanto & gratior populis fuit. Do, Dum, finita frequentius, Cic. 2. de Nat. de Sue, Qua pecude, quod erat ad uescendum hominibus apta, nihil genuit natura fæcundius.

Do, finitum tum datiui, tum ablatiui naturam imitatur: datiui, Pli. li. 13. ca. 2. ubi de chartarum generibus agit, Emporetica inutilis scribendo, & c. Idem li. 21. c. 16. Scolymus carduorum generis ab ijs distat, quod radix eius uescē do est decocta. & li. 15. c. 18. de varijs ficorum generibus loquens, Nam Alexandrinæ vix sunt vescendo: vbi subaudiendum est, Vtiles, Aptæ, vel quid simile. Ablatiuus aliquando præpositionem habet: Varro de re rust. li. 2. c. 16. Quàm paucissimos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt propter copiam lactis. Plaut. Aulul. Heus senex pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam: quod paulò ante adduximus, ut ostenderemus, Do finitū, præpositionem Pro, etiam admittere.

Ratio variandi Gerundia.

Gerundia, quæ accusatiuo casu gaudent, ferè elegantius more adiectiuorum ad hunc modum efferuntur,

Pompeius studiosus fuit Remp. defendendi, ciuesq; seruandi.

Pompeius studiosus fuit Reip. defendendæ, ciuiumque seruandorum: ita vt gerundij casus maneat, seruato tamen genere, ac numero accusatiui.

Cic. in Ant. Princeps vestræ libertatis defendendæ semper fui. *Phil. 4.*

Idem Curioni, Hoc quicquid attigi, non feci inflāmandi tui causa, sed testificandi amoris mei. *lib. 2.*

Liu. Interiecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus curādis, supplendoq; exercitui satis esset. *Ab Vrb. 2.*

Cic. Appio, Animum tuum promptum, & alacrem perspexi ad defendendam Remp. *lib. 2.*

Idem Trebonio, Omne desiderium literis mittendis, accipiendisque leniam. *lib. 3.*

Liu. Prælia de occupando ponte crebra erant. *lib. 15. Ab Vrb. 7.*

Quidam ex iunioribus hæc gerundia nomina vocant, alij gerundia adiectiua, alij participialia adiectiua, Laurentius Gerundia, quibus rei administratio significatur: ita tamē, ut suspicetur esse participia passiua præsentis temporis, quod Linacer post affirmauit. Pris. lib. 8. Nomina verbalia appellauit. Mihi (vt dicam, quod sentio) videntur gerundia passiua in Dus, quæ ita nomino, vt distinguantur ab alijs passiuis, quæ in Di, do, dum exeunt. Itaq; ab actiuis formantur duo genera: altera, quę exitu, atque terminatione ab actiuis non separantur: altera vero, quæ Dus, da, dum, finita more nominum flectuntur, quo pacto etiam Amatus, amata, amatum sum, fui, ero, & cętera id genus uerba declinantur. Dicet aliquis, Si sunt uerba passiua, cur ablatiuum

post se cum præpositione more passiuorum respuunt? Quia, quemadmodum actiua ante se nominatiuum habere non possunt, ita fieri non potest, vt post se passiua ablatiuum habeant, qui ex nominatiuo actiuorum nascitur. Vnde perspicuum est, hæc participia non esse; nã participia passiua ablatiuum more suorum verborum admittunt, quod his participialibus verbis nunquam vsu venit. Neque ex interpretatione confirmare possumus hæc participia esse præsentis temporis. Cic. 1. Offi. Orationem autem latinã profectò legendis nostris efficies pleniorem: Legendis nostris, id est, Dum leguntur, non satis firmum videtur hoc argumentũ, eodem enim, qui uolet, docebit, gerundia passiua in Do, esse participia præsentis temporis: Vir. 3. Geor. -- alitur vitium, viuitq; tegendo, idest, Dum tegitur. Quin. Memoria excolendo augetur, idest, Dum excolitur. Neq; in his, & similibus, quæ adducam, ablatiuus est consequentiæ, siue absolutus, vnde maximè nituntur probare quidam, hæc participia esse. Cicero Trebonio lib. 13. Omne desiderium, litteris mittendis, accipiendisq; leniam. Idem 1. Offi. Orationem autem latinam profectò legendis nostris efficies pleniorem. Idem ibidem, Quis est enim, qui, nullis officij præceptis tradendis, philosophum se audeat dicere? Nõ est, inquam, ablatiuus absolutus in passiuis, quemadmodum neque in actiuis: nam ut actiua modo præpositionẽ respuunt, modo admittunt, ita & passiua. Age faciamus periculum, permutemus passiua actiuis sic, Omne desiderium, literas mittendo, accipiendoq; leniam, Quis dixerit, Mittendo, accipiendoq; ablatiuos esse absolutos? non ne sic loquũtur etiam idonei autores? Liu. 2. ab Vrb. Non tribunos modo, sed plebẽ feroci oratione refutando, exprobandoq; Titi Menenij damnationẽ, mortemq; periculum audacia discussit; conuerte in passiuum, Refutandis tribunis, exprobrandaq; morte: Dices, Refutandis tribunis, exprobandaq; morte, esse ablatiuos absolutos? non puto. Nunc ponamus exempla, in quibus adhibetur præpositio. Cic. pro Font. Plus ego in hac causa laboris, & operæ consumo in poscendis testibus, quàm cæteri defensores, in refutandis. Idem 5. in Ver. Si vbertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis. Vides, quemadmodum in his testimonijs elucet veritas? vides, ablatiuum non suis viribus, sed præpositione nitentem? Nobis, si Græcorum more liceret loqui, infinitis passiuis vtendum esset. Arist. Eth. lib. 9. ca. 3. περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας, ad uerbum uertendum esset, De dissolui amicitias, quod Latini hoc participiali uerbo permutant, De dissoluendis amicitijs. Sic Cic. 1. Off. Regulus de cõmutandis captiuis, Romã missus est. Prisc. li. 8. docet, Romanos his participialib. vti pro infinitis Græcorũ: vt, Legendi Virgilij causa vigilo, Τοῦ ἀναγινώσκεσθαι Οὐιργίλιον χάριν ἀγρυπνῶ: quod fortassis non minimo argumento est, hæc gerundia esse passiua, cum & passiua, quę Di, do, dum, finiuntur, eisdem infinitis explicentur, quemadmodum actiua, actiuis Græcorum. Qua de re multa Priscianus in eodem libro, cui hâc in re habenda est fides, cum ratione Græ-

ne Græ-

ne Græcus fuerit, neque mediocriter exercitus in lingua Latina. Ad extremum omnes veteres Grammatici negant, esse participium passiuum præsentis temporis, neque ab eis dissensit Varro. Iam vero, quod ad modum, rationemque significãdi attinet, actiua gerundia eã, à quibus fiunt sequntur: nam si actiua officium, reique administrationem, vel quiduis aliud significant, idem prorsus passiua significant: verbi causa, Torquet me cura administrandi rempublicam, Torquet me cura administrandæ reipub. Tenet me cura numerandi dotem. Tenet me cura numerandæ dotis. Si uero roges, quo pacto hæc participialia à participijs in Dus, separanda sint, sic existimo. Si in actiua, Di, do, dũ, soluentur, gerundia passiua censenda sunt, vt Animum tuum promptum, alacremque, perspexi ad defendendam remp. recte soluitur, Ad defendendum rempublicam. Catilina cupidus est euertendæ reip. Catilina cupidus est euertendi remp. Cum consulatum inieris, torquebit te cura gubernandæ reip. Cum cõsulatũ inieris, torquebit te cura gubernãdi rempublicam. Quod si nullo modo in actiua solui possint, indicabis esse participia, & nomina in Dus. Cicero pro Sex. Rosc. Quo modo occidit? ipse percussit, an alijs occidendũ dedit? Prorsus, Occidendum, participium est, nisi quis dicat, subaudiri præpositionem, Ad. Delectaris tam execranda crudelitate. Non commotus & tam mirando facto. Hæc, vt perspicuũ est, in actiua gerundia non soluuntur. Illa vero, Petenda est pax, Timendæ sunt pœnæ, quoniam solui possunt, Petendum est pacẽ, Timendum est pœnas æternas, crediderim potius esse gerundia passiua in Dus nominandi casus. Illud

— voluenda dies en attulit vltro;

& similia figurata esse suspicor, ponuntur enim participia pro adiectiuis Voluendus pro Volubilis. Hæc hactenus, quod ad nomen, rationemque significandi attinet. Nunc, à quibus hæc fiant verbis, paucis dicẽdum est. Si passionẽ significant, vt re vera significãt, necesse est, vt à verbis actiuis fiant: quare eleganter quidem dices, Non defuit mihi voluntas inseruiendi tuis commodis, fauendi liberis tuis: at inseruiendis tuis commodis, fauendis tuis liberis, inauditũ est: cum sit vtrunque neutrum verbum. Hæc etiã à verbis deponentib. non raro nascuntur. Cic. 1. de Fin. Voluptates omittuntur maiorũ voluptatũ adipiscendarum gratia. Idẽ 1. de leg. Intelliget, quemadmodum à natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumẽta habeat ad obtinendam, adipiscendamque sapientiam. Idem 2. de Orat. Tamẽ sunt omnes in eodem veritatis imitandæ genere versati. Idem 2. Offi. Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat. Idem Philip. 7. Quorũ tanta studia cognoscuntur in decretis faciendis, militibus dandis, pecunijs pollicendis, &c. paulò post, Qui principes pecuniæ pollicendæ fuerunt. Idem in Rull. 2. Primum permittitur infinita potestas pecuniæ conficiẽdæ de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis. Idem de Somn. Scip. Quo sis alacrior ad tuẽdã Rempub. sic habeto.

Idem

Idem de Senect. Xenophontis liber, de tuenda re familiari. Idem 1. Off. Ad perfruendas uoluptates, &c. Multo plura apud eundem Ciceronem, aliosq; scriptores inuenies, quos non uereberis imitari. Illud simul in memoriam reuocabis quam plurima deponentia fuisse olim actiua, & nonnulla, quæ sunt modo neutra, priscis illis seculis fuisse actiua, unde sunt illa Ciceronis loca superius posita. Dixi, ferè elegantius, quia quoties (inquit Laurentius) oportet loqui per relatiuum, necesse est loqui per gerũdium in Di, equidem studio patres uestros, quos colui, & dilexi, uidendi; nam durum fuerat (ut idem ait) studio uidendorum patrum uestrorum. Sunt præterea nonnulla, quæ commodius actiuis gerundijs, quàm passiuis efferuntur, quale est illud Liuij 2. ab Vrb. Idem in utroq; laudator, cum concedendo illis laudes suas, ipse maximam partem earum ferret; intolerabile enim esset dicere, Concedendis illis laudibus suis. Exemplum Liuij supra positum, Interiecto deinde haud magno spatio, quod uulneribus curandis, supplendoq; exercitui satis esset: & lib. x. bel. Pun. Ea modò, quæ restinguendo igni forent, reportantes, & lib. 4. ab Vrb. Experiendam rem deniq; in uno, aut altero esse; sit ne aliquis plebeius ferendo magno honori: & alia id genus apertissimè docent passiua gerundia dandi casu in usu fuisse. Deest aliquando substantiuum. Quint. pro Gladiat. Pauperi soluendo non sumus: ubi debito, uel aliquid simile subauditur, & Liu. 1. bel. Maced. addidit Cum & priuati equum postularent, nec tamen soluendo ære alieno Respub. esset. Vbi Budæus in Pandect. existimat, Aeri alieno legendum esse: In quibus exemplis deest nomen, Aptus, idoneus, par, uel aliquid simile, quod ab autoribus aliquando exprimitur. Colum. lib. 1. cap. 9. Dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Cels. lib. 5. c. 28. Cætera si desunt, imponi debet primum non pingue emplastrum: deinde, si non expressit, quodlibet puri mouendo accomodatum. Plin. lib. 13. c. 2. Verbum Sufficiebat adiecit, Nimia quippe Augusta tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis.

Participiale verbum in Dum.

Verbum participiale in Dum accedente verbo substantiuo, datiuũ postulat omnibus verbis communem.

Bel. Pun. 1. Liu. Hic vobis vincendum, aut moriendum, milites est.

Præter datiuum communem, etiam casum sui verbi admittit,

Cic 2. Tusc. Tuo tibi iudicio est vtendum.

Tibi, casus est communis.

Tuo iudicio, proprius est verbi.

Varie à Grammaticis appellatur hoc participiale. Priscianus lib. 8. putat esse gerundium in Dum, sine præpositione. Idem ait li. 18. respondere aduerbio

bio Attico, quod θετικὸν vocant, quod omnibus numeris, & personis adiungitur. Aristo. Eth. 6. Οὐ ταὐτὰ πᾶσι ἀποδοτέον, Non eadem omnibus tribuendum. Idem libro 9. Εὐθὺς διαλυτέον τὰς φιλίας, Statim dissoluendum amicitias. Seruius in illud Virgilij lib. 10.

Cui Iuno illachrymans, quid, si quod uoce grauaris,
Mente dares? *Modum gerundij vocat. Valla existimat esse participium, aut nomen. Participia certè non uidentur esse, cum hęc fiant a uerbis omnibus maximè absolutis, ut Assurgendum est maioribus natu, sudandum est tibi, si &c. standum est tibi promissis, quis hæc dicat esse participia? nisi uero Assurgendus, sudandus, standus, aliquando in usu fuerint. Multo minus uidentur nomina, cum præter datiuum, omnium uerborum communem genitiuum, datiuum, accusatiuum, ablatiuum, ut casus proprios admittant. Obliuiscendum est tibi iniuriæ acceptę, Seruiendum est nobis Deo, Petendum est tibi pacem, Vtendum est nobis ratione, Quare aut hęc gerundia sunt, aut ea summa necessitudine, atq; propinqua cognatione attingunt: nam casum ante se nullum postulant, post se suorum uerborum. Hoc tamen ab illis differunt, quod datiuum communem omni uerborum generi habent, & substantiuo uerbo nituntur apertè, uel occultè, prępositionesq; omnino respuunt, & cum accusatiuum petunt, passiuo potius efferuntur, quam actiuo, ut mox dicemus. Quod uero ad significationem attinet, necessitatem, partes, officiumq; significant, quod ex multis locis, tum pręcipuè ex illo Liuij 8. ab urbe, perspicuum est, Meq;, inquit, in eam necessitatem adduxisti, ut, aut reipublicę mihi, aut mei meorumq; obliuiscendum sit. Idem docet Diomedes lib. 1. Legendum tibi est, Necesse est, ut legas. Iungitur & cum uerbis pręsentis, pręteriti, & futuri temporis. Cic. 4. Tusc. Quando alijs locis de uirtute diximus, & sępe dicendum erit. Iungitur, & cum infinito Fore, quod non miminum argumentum videbitur nonnullis, quo doceant non esse participium futuri temporis. Liu. 1. belli Maced. Si quis ad eas leges addi, demi, mutari ve vellet, rursus ab senatu ei postulandum fore. Et illud Ciceronis ad Appium lib. 3. Quasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum officium tuum.*

APPENDIX.

Si tamen casus verbi fuerit accusatiuus, mutabitur participiale actiuum in passiuum, hoc modò,

Petendum est tibi pacem, Petenda est tibi pax.
Timendum est nobis, tibi pœnas æternas,
Timendæ sunt nobis pœnæ æternę.
Prisci etiam actiuo vsi sunt cum accusatiuo.
Lucret. Aeternas quoniam pœnas in morte timendum. lib. 5.

Vete-

Lib. 11. Veteres imitatus est Virgilius, — alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendum.

Varro in libro de Re rust. crebro vtitur hoc participiali. Singulis, vbi pariant, faciendum aras quatuor. Idem lib. 2. c. 16. In fetura dandum potius hordeaceos quàm triticeos panes. Adducitur & illud Liuij; itaq; bellu haud dubijs hostibus gerendum; domandumq́, feroces animos esse. Citatur & Macrob. lib. 3. Satur. c. 7. Mirandum est huius poetæ, & circa externa sacra doctrinam, in correctis legitur, Miranda est. &c. doctrina. Liuij locus est lib. 7. bel. Maced. legiturq́, sic in correctis, Itaq; bellum cum haud dubijs hostib. gerendum, perdomandosq́, feroces animos esse. Citatur & à multis etiam eruditis viris illud Ciceronis ad Att. lib. 14. Iterandum eadem ista mihi, & 3. Tuscul. Iterandum eadem ista mihi, sed vtrobiq; corruptè citatur Cicero, nam in castigatis sic legitur, Iteranda eadem ista mihi, quod Cic. ab Ennio, vel Accio mutuatus est, quod idem 4. Acad. adducit,

Age, asta, mane, audi, iterandum eadem & ista mihi.

Budæus in prior. Annot. in Pandect. hanc constructionem Græcam appellat, qua Græci ornatè, & eleganter vtuntur, omittentes sæpe verbum substantiuum, quos nostri imitati sunt, vt docent exempla, quæ modo attulimus. Priscianus lib. 18. (vt paulo antè diximus) ait respondere aduerbio Attico illi, inquit, χρηστέον id. pro Oportet dicere, hinc Romani supina, vel gerundia inuenerunt. Græci tamen aduerbio sua accusatiuum eleganter tribuunt, quod eruditius seculum Romanorum suo participiali denegauit, maluitque passiuo vti, quàm actiuo. Liuius 1. belli Punic. Responsum legatis pacem illis prius petendam à populo Romano esse, quam vt Rex, sociusque, & amicus appelletur. Si actiuè, more Lucretij, & Varronis atque etiam Virgilij locutus esset, dixisset, Pacem illi prius petendū à populo Romano esse, quā, &c. ablatiuus à Pop. Rom. casus est verbi actiui, Postulo à te pacem. Neque hoc genus loquēdi futurum potius tempus, quam præsens, aut præteritum adsignificat: liberum namque est à certo tempore, numero, genere, & persona, cum possit sine discrimine cum omnibus coniungi: Moriendum est mihi, tibi, illi, nobis, vobis, illis, & Moriendum fuit: & Quasi diuinarem, tibi moriendum fore. sic & cætera, quod idem lib. 18. docet Priscianus. Frequentissimus est usus huius participialis. Terent. Eunuch. Eijciunda est hercle hæc animi mollities. Cic. 2. Offic. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda, vt pateat omnibus: Quanto elegantius, suauiusque hæc dicuntur, quàm si dictum esset. Eijciundū est hercle hanc animi mollitiem, Quamobrem nec ita claudendum est rem familiarem, &c. Quis te ferat si dicas, Colendum est præceptores, Euoluendum est diligenter scripta Ciceronis, Fugiendum est improborum cōsuetudinem: Fac ut Partici

pialia Actiua genere, numero, casu consentiant cum substantiuis sic, Colendi sunt praeceptores, Euoluenda sunt diligenter scripta Ciceronis, Fugienda est improborum consuetudo: quanto hæc elegantius. Sed quo nomine hæc, inquies appellabimus? Si Seruio auscultare velis, Participia. Mihi (dicam enim, quod sentio, nec enim ea res est, propter quam deserendum sit vadimonium) vt Actiua non videntur participia, ita nec Passiua: Repete memoria, si non est molestum, quę modo allata sunt exempla, tuum esto iudicium, considera etiam, atq; etiam, intelliges proculdubio, nullum futurum tempus adsignificare: Quid ergo causæ est cur ea, Participia appellemus? Nisi quis dicat, id quod alibi diximus, nimirum Participia in Dus etiam si officium, necessitatemq; adsignificent, non ideo participij nomen amittere: quemadmodum & verba ipsa, quæ futuri cum sint temporis sine vlla dubitatione, sæpe officium tamẽ, necessitatemq; adsignificant, vt si pater filium sic alloquatur, Non eijcies istam animi mollitiem, quæ te perdit? Itane rem familiarẽ claudes, ut eam benignitas aperire non possit? Non coles praeceptores tuos, q; secundum parentes tibi diligendi sunt? Hæ voces futuri sunt temporis, nihil minus tamen, quàm futurum adsignificant. Huc spectant illa, & similia, Putaui ad te primo quoque tempore mittendos esse milites. Censco non redimendos captiuos tanto pretio. Liu. 1. bel. Pun. Legatos mittendos in Africam censuerunt, &c. cum si, pax placeret, reuocandum illis, & dedendum Populo Romano esse. Quod si quis hæc nomina verbalia existimet esse, non multum ei aduersabor: Nam ut Attici à suo aduerbio, τέον, nomina in τέος, τέα, τέον formant, ut à φιλητέον Amandum, φιλητέος Amandus, φιλητέα Amãda, φιλητέον Amãdũ, sic nostri à participali in Dum, nomina in Dus, da, dum formãt; Qua de re uide Priscianum lib. 8. & 11.

Supina in Vm.

Supina in Vm amant verba, quæ motum adsignificant.
Terent. Phorm. Percontatum ibo.
Idem Heaut. Abi deambulatum.
Liu. Coriolanus damnatus absens in Volscos exulatum abijt. *Ab vrb. 2.*
Ante se nullum, post se suorum verborum casus habent.
Cæsar, Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium. *Bel. Gal. 1.*
Terent. Phorm. Me vltro accusatum aduenit.
Idem Eun. Nutricem accersitum ijt.

Aliquando occultè additur uerbum motus. Plaut. Aulul.
Coctum ego, non uapulatum dudum conductus sum.
Horat. in Art. Spectatum admissi, risum teneatis amici?

Item

Item illa, Do venum seruos, Do nuptum filiam, itemq́, cætera, in quibus inest latens motus. Qui enim admittitur spectatum, conducitur coctum, monetur: atq; in cæteris eodem modo. Supina, cum passionem significant, nullum post se casum desiderant, vt Vapulatum, venum, exulatum. Excipiunt quidam ea, quæ cum infinito Iri, iunguntur. Cic. Att. 15. Brutum, vt scribis, visum iri à me puto: existimant enim ablatiuum A me, à supino, Visum, regi. Ego verò arbitror regi simul à verbo Iri, & voce Visum; vt enim hic, Liber tuus lectus est à me: ablatiuus non regitur à voce Lectus, nec à uerbo Est, sed ab vtroq; simul in unum uerbum coalescente; sic Visum iri, occisum iri in vnum verbum passiuum coalescunt. Etenim prisci, vt supra diximus, cum de futuro passiuo infiniti modi egimus, verbum Eo etiam passiuè declinabant: unde Cato, Contumelia mihi factum itur, dixit. Itaque passiuitas, vt cum Probo loquar, præcipuè ex verbo Iri oritur. Quare crediderim potius ab infinito, Iri, potissimum ablatiuum regi.

Supina in V.

Supina in V ferè passiuæ significationis sunt sine casu, adhærentq́ue nominibus adiectiuis.

Lib.7. Cic. Att. Quod optimum factu videbitur, facies.

Philip.4 Idem in Ant. O rem non modo visu fędam, sed etiam auditu.

Veteres Grammatici, præcipuè Diomedes lib. 1. & Prisc. 8. docent Supina in V etiam significare actionem: cum quibus faciunt nonnulli Iuniorum, adducentes illud Plauti Menęh. Opsonatu redeo: item Catonis de Re rust. ca. 5. Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat: & Statij 1. Achill.

Quem tum venatu rediturum in limine primo Opperiens.

Mihi veterum sententia non displicet, maximè cum ea ætate quam plurimi extiterint scriptores, in quibus fortasse multa testimonia erant, quorum scriptorum nostra memoria ne nomina quidem extant.

Participia.

Participia eosdem casus habẽt, quos verba, à quib. proficiscũtur.

Pueri victoriam reportaturi non delectantur duodecim scruporũ ludo.

Liu. Ancus ingenti præda potitus Romam redit.

Ab vrb. Cic. in Pis. Abiectum, contemptum, despectum à cæteris, à te ipso

1. desperatum, & relictum, adulantem omnes videre te volui, vidi.

Lib. 1. Cic. Lentulo, Totus est nunc ab ijs, à quibus tuendus fuerat, derelictus.

Partici-

Participia, quod ad significationem attinet, sua verba imitantur. Quæ ab actiuis, et neutris nascuntur, actionem significant (actionis vocabulum nunc paulo fusius accipio) ut docens, docturus, seruiens, seruiturus, dormiens dormiturus. A passiuis passionem, vt doctus, docendus, vapulans, vapulaturus. A communibus præsentis, & futuri in Rus actionem, ut complectens, complexurus: in Dus passionem, vt complectendus. Præteriti vtrunq;, vt complexus. Et à Deponentibus futuri in dus, passionem, vt sequendus: Cætera actionē, vt sequens, sequuturus, sequutus. Cœnatus, pransus, ausus, gauisus, fisus, solitus, argutus, cautus, circunspectus, consideratus, contentus, disertus, falsus, fluxus, profluxus, scitus, tacitus, tutus, voce quidem pasiua imitantur, significatione vero actiua.

APPENDIX.

Participia passiua præteriti, & futuri temporis, maximè cum fiunt nomina, etiam datiuo gaudent.

Cic. de Senect. Sperare videor Scipionis amicitiam & Lælij notam posteritati fore.

Teren. Andr. Restat Chremes, qui mihi exorandus est.

Huius generis sunt cognitus, perspectus, exploratus, compertus, dilectus, probatus, acceptus, spectatus, despectus, contemptus, neglectus, & cōposita, vt incognitus, inauditus, inuisus, &c. Oratores tamen, quantum memini obseruasse, frequentius tribuunt participijs præteriti temporis ablatiuum, quam datiuum, nisi transeūt in nomina. Cic. pro Mil. Diu vexati à perditissimis ciuibus, aliquando per vos, ac vestram fidem, virtutem, sapientiam recreemur? Quint. lib. 2. c. 3. Qua de re memini narrasse mihi Iulium secundū illum æqualem meū atq; à me, vt notum est, familiariter amatum. Cum Quintilianus vir summa eruditione lib. 9. c. 3. nos doceat esse participia in Dus, non uideo cur Saturnio potius, quàm illi habenda sit fides. Audi Fabium, Vtimur & uerbo pro participio, ut — magnum dat ferre talentum. Tanquam ferendum. Ibidem, Illud planè figura est, qua diuersa sermonis formæ coniungitur

— socijs tunc arma capessant

Edico, & dira bellum cum gente gerendum.

Quamuis enim pars Bellum posterior participio insistat, utrique tamen cōuenit illud Edico. Hæc ille. Nunc exempla ponamus, quibus planum fiat, participia in Dus ablatiuū post se, more pasiuorū uerborum habere; sunt enim qui ijs potius datiuum tribuendum esse censeant. Cic. ad Marcel. lib. 15. Quæ mihi de Parthis nunciata sunt, quæ nō putabam à me nunc scribenda esse publicè, &c. Ibidē ad eundem, Cum præsertim matris tuæ grauissimæ, atq; optimæ fœminæ maiora erga salutem dignitatēque meam studia, quàm erant à

muliere postulanda, perspexi. In eodem ad Catonem, Admonendum potius te à me, quàm rogandum puto, Idem contra Rullum 2. Hæc qui prospexerint, maiores nostros dico, Quirites, non eos in Deorum immortalium numero uenerandos à nobis, & colendos putatis? Idem de Arusp. Nego ullo de opere publico, de monumento, de templo tot Senatus extare consulta, quot de mea domo: quam Senatus unam, post hanc urbem constitutam, ex ærario ædificandam, à Pontificibus liberandam, à magistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putaret. Idem Cornificio lib. 12. Neq; enim, quæ tu propter magnitudinem animi tui, & ingenij moderatè fers, à te non ulciscenda sunt, etiã si non dolenda. At dicet aliquis hæc necessitatem, officiumq́, potius, quam futurum tempus adsignificare. Cui ego non modo non aduersor, sed etiam libentissimo animo assentior: ita tamen ut participij nomen non amittant: quemadmodum neq; uerba futura cũ necessitatem, officiumq́, adsignificãt, aut uerba, aut futuri temporis uerba uocari desinunt, sicut supra diximus, cum de futuro infinito egimus. Participia itidem in Rus etiam si necessitatem, ac officiũ adsignificent, sicuti frequenter adsignificãt, non ideo tamen Participij nomen amittunt: id quod etiam planum exemplis fecimus in Rudimentis, siue libello de Octo partibus orationis, cum de participijs egimus; ad utrunq; igitur locum te reijcimus, ne eadem ter scribamus.

APPENDIX. II.

lib. 8. Exosus, perosus, pertæsus accusatiuum petunt.

Curtius, Persarum te vestis, & disciplina delectat, patrios mores exosus es.

Ab Vrb. 3. Liuius, Plebs Consulum nomen haud secus, quàm regum perosa erat.

cap. 7. Suet. in Cæs. Quasi pertæsus ignauiam suam, quòd nihil dum à se memorabile actum esset.

Odi olim uidetur habuisse etiam osus sum, at prandi, & pransus sum: unde Plaut. in Amphitr. Inimicos osa sum semper obtuerier, &c. Gell. lib. 4. c. 8. Hunc Fabricius nõ probabat, neque amico utebatur: osusque eum morum causa fuit. Item composita perosus, exosus. Suetonius in Tiber. capit. 21. in ep. Aug. ad Tiberium, Deos obsecro, ut te nobis conseruent, & ualere nunc, & semper patiantur, si non populum Romanum perosi sunt. Gellius tamen libro 2. cap. 18. exosus iunxit cum datiuo pro inuisus, Eius Epicteti etiam de se scripti duo uersus feruntur, ex quibus latenter intelligas non omnes modo dijs exosos esse. Pertæsus eundem casum habet. Sueton. in Tib. c. 66. Tacit. libro 15. cum patrio casu iunxit, De Epicari fœmina, Ac postremò lenitudinis eorũ pertæsa, & in Campania agens, & cæt. Admittunt participia præteriti temporis accusatiuum more Græcorum, ut Redimitus tempora lauro.

Suet.

Suet. Aug. Dextrum genu lapide ictus. Liu. 1. Bel. Pun. Femur tragula grauiter ictus. Sed de his in figurata constructione.

Participia facta nomina.

Participia in Ans, Ens, interrogãdi casu gaudẽt, cũ fiunt nomina. *lib. 9.*
Terent. Phorm. Herus liberalis est, & fugitans litium. *1u bel.*
Cic. Att. Boni ciues amantes patriæ. *Catil.*
Sallustius, Corpus patiens inediæ, & vigiliæ, algoris, supra quam *lib.*
cuiquam credibile est.
Cic. Ad Q. Fr. Fert grauiter homo & mei amantissimus, & suæ di- *Phil. 9.*
gnitatis retinens, se apud te neq; amicitia, neq; iure valuisse. *Carm. 3.*
Nonnulla etiam præteriti temporis, vt consultus, & doctus. *Ode. 8.*
Cic. in Ant. Neque. n. ille magis iuris consultus, quam iustitię fuit. † *Bel. Ca*
Horat. Doctę sermonis vtriusque linguæ. † *Bel. Ma*
† Sall. Alieni appetens, profusus sui. *ced. 10.*
† Liui. Seruius indignitatisque homines expertos aduersus notum malum irritatos esse.

Participia in Ans, Ens, cũ uim suam retinent, casus verborum vnde fiũt, postulant. Cic. ad Att. lib. 6. Homo semper amans te. Ad eundem lib. 16. Vt me hercle paucos æquè obseruantes, atque amantes me existimem. Cum vero in naturam nominum transeunt, patrium casum exigunt. Cic. pro Rab. Posth. Studiosus, amans, obseruans sui. Huius classis sunt negligens amicorum, efficiens vtilitatis, fugiens laboris, sitiens virtutis, pecunię, ferens laboris: Sciens regionum, Latinæ linguæ, potens sui, itemque cætera eiusdem generis. Cic. pro Quin. Eques Romanus locuples sui negotij bene gerens. Idem pro Planc. Deinde sitientẽ me virtutis tuæ deseruisti, ac dereliquisti. Cæsa. 1. Bel. Ciuil. Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin & cęt. Tacit. lib. 21. Corpora hominũ salubria. & ferentia laborum. Sen. de Vi. bea. Et illorũ, & sui potens sit. Val. Max lib. 4 cap. 2. Potentes consilij. Huc accedunt quæ participij speciem præferunt, insolens, impotens, intolerans, impatiens. Cic. Att. lib. 2. Itaque amicus ille noster insolens infamiæ. Liu. lib. 9. bel. Pun. Plẽminius impotens irę. Curt. lib. 8. Impotens animi. Liu. 7. Bel. Pun. Intolerantissima laboris corpora. Plin. lib. 10 ca. 62. Vipera singulos diebus singulis parit viginti ferè numero: itaque cętera tarditatis impatiẽtes perrũpunt latera occisa parẽte. Pauciora sunt pręteriti tẽporis huius ordinis, quę oratoribus sint vsitata, de quibus ferè egimus, cum de nominibus scientię, inscientię, copię, & inopię, diximus. Nam illa scitus vadorum, victus, erectus, falsus animi poetica sunt, Eruditus cum genitiuo nondum legi apud idoneos, sed cum abla-

tiuo, quem casum à suo verbo accepit. Cic. 3. de Diuin. L. quidē Tarutius Firmanus familiaris noster, in primis Chaldaicis literis eruditus. Idem in Bru. Decius Brutus erat cùm literis Latinis, tum etiam Gręcis, vt tēporibus illis eruditus. Doctus literis Latinis, Græcis eleganter dicitur, Idem in eodem. Non tam in dicendo admirabiles, quam docti & Græcis literis, & Latinis. Peritus, quod quidem à Perio prisco verbo deducunt, frequentissimè cum genitiuo iungitur. Idem in eodem L. Cælius iuris valde peritus. Idem tamen pro Cluentio ablatiuo vsus est. Quis P. Octauio ingenio prudētior, iure peritior? apud eundem, & Cæsarem vsus peritus. Hæc tria interim præpositionem, Ad, cùm accusatiuo admittunt. Cic. ad Q. Frat. lib. 2. Sic vero fallaces permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. Terent. Hecyr.

In eodem mihi videntur omnes ludo doctæ ad malitiam.

Cic. de Orat. Iurisconsultus, qui legum, & consuetudinis ad respondendū, & cauendum peritus sit. Genitiuum itidem petunt Indoctus, imperitus, insuetus, quę ex participijs sunt composita. Cic. Att. lib. 2. Tam insuetus contumeliæ. Cęs. lib. 7. Bel. Gal. Insuetus laboris.

APPENDIX.

Participia præsentis, præteritique temporis, cum nominum naturam induunt, more eorum comparantur.

b. 1. Cic. Lētulo, A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi, & cogitandi: vtorque ad omnia Quinto Selicio, quo neque prudentiorem quenquam ex tuis, neq; fide maiore esse iudico, neque amantiorem tui.

b. 16. Idem Tironi, Cùm commodè, & per valetudinem, & per anni tēpus nauigare poteris, ad nos amantissimos tui veni.

b. 6. Idem Att. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius.

b. 5. Idem in Verr. Hæc tu omnium mortalium profligatissime, ac perditissime, cum scires, cum tanto periculo tuo fieri paterere, atque cōcederes?

Non omnia participia maximè prꝫteriti temporis cōparantur, nam amatior, amatissimus, auditior, auditissimus & multa alia inaudita sunt. Quibus igitur vtendum sit, assidua, ac diligens veterum lectio te docebit. Cic. pro Deiot. Quis consideratior illo? quis rectior? quis prudentior? Cic. in Pis. Quis te miserior? quis te damnatior? sic apud eundem commendatior, commendatissimus, iratior, iratissimus. Participia rarò suum casum retinent quando comparantur. Cic. ad Cornificium lib. 12. Cæteris omnibus rebus habeas eos à me commendatissimos.

II. APPENDIX.

Participijs futuri temporis, addito verbo substantiuo, eleganter vtimur pro debere, vel oportere; Sum expectaturus fratrem.

Teren. Phorm. Expectandus est mihi frater.

Eram habiturus heri orationem.

Habenda mihi erat heri oratio.

Cic. pro Fonteio. Orandus erit nobis amicus meus Pletorius, vt suos nouos clientes à bello faciendo deterreat.

Vtrunque participium non solum præsens, & præteritum, sed etiam futurum verbum admittit: Aut. ad Her. li. 3. Si vtrunque poterimus ostendere, vtrunq; pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse; sin alterum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ostendemus. Cice. pro Fon Ita vero, si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis. C. Marius, qui Induci emaro isti minaci, atq; arroganti par in belligerando esse possit. Interdum vtuntur autores Debendi verbo. Aut. ad Her. lib. 4. Primum dicemus, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse: deinde ostendemus, quas res semper habere debeat. Idem ibi. li. 3. multis locis docet participiale in Dus infinito passiuo, & verbo Oportere posse explicari. Iustitiæ partib. inquit, vtemur, &c. si ostendemus bene merentib. gratiam referri conuenire: si demonstrabimus vlcisci malè meritos oportere: si fidem magnopere censebimus conseruandã: si leges, & mores ciuitatis egregiè dicemus seruari oportere: si societates, atq; amicitias studiosè dicemus coli conuenire: si hospitia, clientelas, cognationes, affinitates castè colendas esse dicemus. Vides id, quod supra diximus, hæc participialia debitum, officium, necessitatem, denique Conuenire, Oportere potius adsignificare, quàm futurum tempus?

CONSTRVCTIO TRANSITIVA PRONOMINIS.

Genitiuus post demonstratiua pronomina.

Pronomina demonstratiua, cum substantiuè ponuntur, patrium casum admittunt. *lib.2.*

Cic. ad Cælium, Hoc ad te literarum dedi. *lib.2.*

Idem de Orat. Quoniam id temporis est, surgendum censeo. *lib.1.*

Idem Attico, Res est eodem loci, quo reliquisti.

Distulimus Pronominum syntaxim in hunc locum, tum quia sine aliorum partium cognitione non facilè percipitur: tum præcipue propter reciproci ob-

ſcuritatem. Huc ſpectant. Hoc commodi, noui, noctis, temporis, libertatis: Cic. Att. li. 11. Tantum vide ne hoc temporis Terentiæ obeſſe aliquid poſſit. Idē, Id ætatis, ſolitudinis, virium. Idem Therano lib. 6. Ita viximus & iam id ætatis ſumus. Tacit. lib. 11. Id repēte ſolitudinis erat. Idem li. 13. Nec id nobis virium erat. Idem in eodem, Nec bonis artibus idem virium erat. Eodem loci res eſt: Hic Eodem, non eſt aduerbium, cum iungatur cum verbo quietis, Eſt. Si dicas eodem loci profectus eſt, aduerbium erit. Teren. Heaut.

Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam.

APPENDIX.

Pronomen cum datiuo apud poetas reperitur.

Horat. in Art. Poet. Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.

Oratores vero ſic loquuntur, Cic. de Offi. Peripatetici quondam ijdem erant, qui Academici. Ex eodem, in Oratore.

Sit igitur hoc cognitum, numeros oratorios eoſdem, qui ſunt poetici.

lib. 2. Idem de Nat. Deor. Dianam, & Lunam eandem eſſe putant.

lib. 2. *Lucretius li. 3. quorum vnus Homerus*

Sceptra potitus, eadem alijs ſopitus quiete eſt.

Video multos ita loqui, Peripatetici quondam ijdem fuerunt cum Academicis: Numeri oratorij ijdem ſunt cum Poeticis. Velim potius, dum veterum exempla deſidero, cum Cicerone loqui, quemadmodum iam diximus. Ponam integrum exemplum in Oratore: Sit igitur hoc cognitum, in ſolutis etiam verbis ineſſe numeros, eoſdemq́, eſſe oratorios, qui ſunt poetici. Idem 2. de Fin. Num propterea idem voluptas eſt, quod, ut ita dicam, indolentia?

Genitiuus poſt poſſeſſiua.

Poſſeſſiua Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter, loco genitiuorum mis, tis, ſis, nóſtrum, veſtrum, poſita genitiuum poſtulant.

Cic. ad Marcellum, Moleſtè fero me Cōſulem tuum ſtudium adoleſcentis perſpexiſſe, te meum, cū id ætatis ſim, perſpicere nō poſſe.

Idem in M. Anto. Tuum hominis ſimplicis pectus vidimus.

lib. 15. Idem Att. Non debes mirari non poſſe me tanto dolori reſiſtere,

Phil. 2. ſolius enim meum peccatum corrigi non poteſt.

lib. 2. Horat. -- cum mea nemo

Serm. 1. Scripta legat vulgo recitare timentis.

ſatyr. 4.

Ex allatis exemplis intelligimus poſſeſſiua genitiuum admittere nominis tum ſubſtantiui, tū adiectiui, tum etiam participij. Verum, quo res apertior fiat,

fiat, addam plura. Cic. 5. Verr. Quæro, si ipse excogitare non poterat, quemad modum quam plurimo venderet, ne tua quidem recentia proximi Prætoris vestigia persequi poterat, vt tuis præclaris abs te principe inuentis, excogitatis edictis, atq; institutis vterentur? Cato Ciceroni li. 15. Quod & Resp. me, & nostra amicitia hortatur, libenter facio, vt uirtutem tuam, innocentiam, diligentiam cognitam in maximis periculis domi togati, armati foris, pari industria ad ministrare gaudeam. Plin. lib. 9. ad Mamilianum. Quereris de turba Castrensium negotiorum, & tanquam summo otio perfruare, lusus, & ineptias nostras legis, amas, flagitas, meq; ad similia condenda non mediocriter incitas. Incipio ex hoc genere studiorum non solum oblectationem, verumetiā gloriam petere post iudicium tuum viri eruditissimi, grauissimi, ac super ista omnia uerissimi. Nō dixit Plinius, post iudiciū tuum, qui es uir eruditissimus. Neq; Cato, virtutem tuam, cum esses domi togatus, nam togatus nomen est, vt palliatus. Neq; Cicero tua vestigia, qui proximus Prætor fuisti. Neq; pectus tuum, qui es homo simplex. Neq;, studium tuum, qui es adolescens, vt Laurentius docet. Quod si Laurentius vni Plinio lib. 3. c. 93. tantum tribuit, vt credat Latinè dici, Memoriter tenere, si rectè scriptum est apud eundem Plinium: nos verebimur hoc modo loqui cum Plinio, Catone, & Cicerone? Quorsum hæc? vt intelligamus possessiua non solū iungi cum genitiuis unius, solius, ipsius, duorum, trium, paucorum, cuiusque: sed etiam cum alijs. Horum exempla accipe. Cicer. in Pis. Sine vlla dubitatione iuraui Rempub atq; hanc vrbem mea vnius opera esse saluam. Idem pro Mur. Ex tuo ipsius animo cō iecturam ceperis. Bithynicus Ciceroni libr. 6. Itaq; contentus ero nostra ipsorum amicitia. Liu. 8. ab Vrbe, Vis ne igitur, dum dies ista venit, qua magno conatu exercitus moueatis, interea tu ipse congredi mecum, vt nostro duorum iam hic euentu cernatur, quantum eques Latinus Romano præstet? Idem li. 7. Tum eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus processit, & quanta maxima voce potuit, Quem nunc (inquit) Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnā, vt noster duorum euentus ostendat, vtra gens bello sit melior. Brutus Ciceroni in lib. Epist. ad Brutum, Bibulum noli dimittere ex sinu tuo, tantum iam virum, ex quanto mihi crede potest euadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus. Suus etiam genitiuū, Cuiusque, admittit. Idem 2. Off. Id maximè decet, quod est cuiusq; suum maximè. Idē 5. de Finib. Quoniam sua cuiusque animantis natura est, necesse est quoque finē omnium hunc esse, vt natura expleatur. Laurentius etiam genitiuum, Omniū, addit, quem nondum cum possessiuis legi, sed eum primitiuis, nam illud Cic. 3. de Orat. Voluntati vestræ omnium parui. in omnibus libris legitur, Voluntati vestrum omnium parui. Sic Cic. in Cat. 1. Ad omnium vestrum vitam pertinet, non dixit vestram. Idem de Prouin. Cons. Ac primum illud tempus familiaritatis, ac consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ C. Varroni consobrino no-

stro ab omnium nostrum adolescentia fuit, praetermitto. Quod ad genitiuum participiorum attinet, cum oratores ferè in verbum cum relatiuo qui, quae, quod mutant: Cic. Terentiae lib. 14. Sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab ijs me amari putabam, qui inuidebant. Nam, mea culpa putantis, durius erat. Quod idem saepe faciunt poetae, Ouid. 3. de Ponto.

Nec mea uerba legis, qui sum summotus ad Istrum. Terent. Andr.
Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.

Diximus meus, tuus, suus, cum huc spectant, poni pro genitiuis mis, tis, sis, vt studium tuum adolescentis, pro tis adolescentis: meum solius peccatũ, pro mis. Nam pronomina ego, tu, sui, vt nonnullis Grammaticis placet; priscis illis seculis, geminos genitiuos habuerunt Mis Tis, Sis, qui actionem, siue possessionem significabant, in quorum locum successerunt possessiua meus, tuus, suus: mei vero, tui sui, passionem. Item numero multitudinis nostrum, uestrum, qui actionem, seu possessionem significabant, pro, quibus multis locis vtimur deriuatiuis Noster, Vester: Nostri vero, & vestri passionem. Genitiuus Sui pluralis numeri vna tantũ terminatione fuit contentus, qui passionẽ significat, cuius loco vtimur deriuatiuo suus, cũ actio, seu possessio significatur, vt Viri sapientes non fidunt, sua ipsorum prudentiae. Gigantes suis ipsorũ uiribus freti immania facinora cõmiserunt. Non, sui ipsorum prudentiae, viribus. Haec illi. Dicam ẽt ego, si tibi molestum non est, quod sentio. Mis, Tis, Sis, dandi casum, vel ablatiuum suspicor fuisse apud priscos, pro meis, tuis, suis, duabus vocalibus in vnam coeuntibus, quemadmodum sas, pro suas: Ennius apud Festum, Virgines nam sibi quisque domi Romanis habet sas. Ibidem.

Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit. Sas inquit Festus, pro suas, & sis pro suis. Si Donatus, Seruius, Priscianus, qui nobis genitiuos Mis, Tis, reliquerunt, legissent hunc locum Ennij, dixissent proculdubio etiam genitiuum sis fuisse apud veteres, quod Priscianus negat libr. 13. his verbis, Sui, quod debuit secundum analogiam essẽ sui, vel sis, dubitationis causa, ne verbum esse putaretur, recusauerunt proferre. Donatus, Seruius cũ declinant pronomina, mei, vel mis, tui, vel tis, solent dicere, nullam de, sis, facientes mentionem. Diomedes Grammaticorum (vt creditur) coryphaeus mis, tis, sis, prorsus omisit, neque apud Varronem, Gellium, aut alium ex veteribus, quod meminerim, de his genitiuis vlla fit mentio. Illud Plauti poen.

— da diem hunc Sospitem quaeso rebus mis agundis:

in libris correctissimis meis legitur. Illud Ennij, quod affert Priscianus, Ingẽs cura mis cum concordibus aequiparare: Laurẽtius, Ingens cura mis est concordibus aequiparare, Credo legendũ esse, Ingens cura meis est concordibus aequiparare: sic enim constat versus extrita libera S. deinde vocali praecedẽti elisa

more

more prisco, sic ingens cura me est concordibus æquiparare. Ne longior sim Genitiui, Mei, Tui, Sui, apud vetustissimos tum passionem, tū actionem significabant, loquebantur enim more Græcorū, Pater mei, tui, sui, pro meus, tuus, suus, quæ nondum inuenta erant: quibus inuentis exoleuit illa prisca locutio pater mei: in cuius locum successit hæc, Pater meus, labor meus: sed de hac re paulò post accuratius. Quod ad Genitiuos multitudinis attinet, suspicor priscos illos Romanos primò Nostrorum, Vestrorum dixisse, nam hic exitus est omnium secundæ inflexionis.

Plau. Mostel. Verum illuc esse maxima pars uestrorum intelligit,
Quibus anus domi sunt vxores, quæ nos dote meruerunt.

Vestrorum pro uestrum positum est, ut Apollinaris docet apud Gel. li. 2. Deinde concisa dictione arbitror fecisse nostrum, uestrum, unde, quidam nota circunflexi toni vltimas insigniunt, quibus ueteres passiuè, actiuè, ac possessiuè vsi sunt: vnde Gracchus, misereri vestrum dixit. Et Quadrigarius, Cai Mari ecquando te nostrum, & Reipub. miserebitur? Quæ ibidem apud Gellium inuenies. Postremò ab illis facti sunt genitiui Nostri, Vestri, sed inuentis deriuatiuis Noster, Vester credo placuisse eruditiori seculo, ut Nostri, et Vestri in frequenti usu, Nostrum, & Vestrum cum certis tantum dictionibus iungerentur, de quibus mox dicemus. Diomedes antiquitatis, scriptorumq́; veterum benè peritus in flectendis pronominibus genitiuos nostrum, vestrum, posuit, non nostri, vestri fortasse ut doceret hunc proprium esse genitiuum; id quod Apollinaris etiam credidit, adeò vt affirmarit dicendum esse Miserere nostrum, non nostri: qua tamen in re ei seculum eruditius refragatur. Caper in libello de Orthographia; Nostri, inquit, nostrorum, nostrum venit à Nos: Vestri, vestrorū, uestrum à vos.

Genitiui Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri.

Verba, participia, & nomina adiectiua, quæ patrium casum postulant genitiuis, mei, tui, sui, nostri, vestri gaudent.

Cic. Att. Te oro, vt quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miserijs ne desis.

Idem pro Rab. Posth. Equitem Romanum veterem amicum suū studiosum, amantem, obseruantem sui, labentem excepit. *lib. 3. Orati. 4.*

Idem in Catil. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui. *Ad Att. lib. 9.*

Cæs. ad Ciceronem, Nihil enim malo, quàm & me mei similem esse, & illos sui.

Nomine verborum intelliguntur etiam gerundia, & supina, si quando eorum vsus inciderit, ut Non est tempus obliuiscendi uestri, nostri, non uestrū,

nostrum. Cum genitiuis mei, tui, sui, nostri, vestri, copulari possunt participia, vt Non sum oblitus tui absentis. Planc. Cic. lib. 10. Facultas optabilis tui præsentis si mihi esset, nunquam à tuis cōsilijs discreparem. Cic. Lentulo lib. 1. Cognoscent omnes tui præsentes tui absentis amorem. Item cum gerundijs, vt uocant, adiectiuis, vt Ignosce auia, non fuit mihi copia videndę tui Cic. Curioni lib. 1. Hoc quidquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Cum nominibus tam Substantiuis, quàm Adiectiuis negat Laurẽtius posse hos genitiuos iungi exceptis his, vnius, solius, ipsius, vt Tui vnius nō misereris? Vnus quisque sui ipsius curam gerit. Affert idem locum Terent. Heaut.

Hem tot mei solius soliciti sunt causa?

Vbi in omnibus libris, quos quidem viderim, mea solius, legitur. Certe non video cur non dicatur benè Latinè, Pudet me tui hominis vanissimi. Non te miseret mei miseri, & infelicis? Sic Terent. Heaut.

Atq; inopis nunc te miserescat mei.

Quod si pronomen ambiguam orationem efficiat, mutetur loquendi ratio, qualis esset, Miserere mei famuli inopis, Peto à te, vt mihi miserrimo famulo subuenias. Sed in hoc loquendi genere ferè omittuntur hæc pronomina sic, Here miserere famuli, Pater memineris filij, Non miseret huius calamitosi exulis?

Exceptio.

Intereſt tamen, & Refert ablatiuos Mea, Tua, Sua, Noſtra, Veſtra ſibi vendicarunt, quibus ablatiuis addi poſſunt genitiui Vnius, ſolius, ipſius, cæterique, qui poſſeſſiuis adduntur: vt, Mea vnius intereſt, Tua ſolius refert, Noſtra ipſorum intereſt vitia extirpare.

Tua Rempublicam adminiſtrantis intereſt ſemper vigilare.

Hic nulla veterum occurunt testimonia: dicemus etiam vestra paucorum interest ciues conseruare, quia Vestris paucorum laudibus legimus apud Brutum. At uestra, seu nostra omnium interest bene viuere, tum dicam, cum apud idoneos autores legero genitiuum Omnium possesiuis iunctum, Interim dicam interest omnium nostrum rectè viuere. Refert omniū vestrum, antè actæ vitæ rationem reddere. In qua locutione genitiuus Omnium à verbis refert, interest, regitur: at genitiui nostrum, vestrum, à nomine Omnis, quod partitiuum est. Liu. 2. Bel. Mac. Macedonum ferè omnibus, vt manerent, persuasit. Plin. lib. 11. cap. 37. Piscium omnibus serrati dentes. Qui vero interest nostra omnium dixerunt sequuti sunt Laurentium, qui apud Cicer. 3. de Orat. ut supra diximus legit, Voluntati vestræ omnium parui, cum in omnibus libris scriptum sit, Voluntati vestrum omniū parui. Quo pacto frequentissime loquitur Cicero, ut mox dicemus. Quoniam paulò ante planum factum est, pronomina pos-

Possessiua tum substantiui, tum adiectiui nominis genitiuos admittere, studiũ tuum adolescentis, pectus tuum hominis simplicis. Quid igitur causa est, cur timeamus dicere, interest tua Prætoris prouinciã à piratis defendere? Refert mea Consulis Rempub. saluam, & incolumẽ seruare. Si tamen oratio durior videretur, qualis maximè est, cum propria addũtur, ut Interest mea Antonij discipulos in officio continere: vel omittantur propria, vt fecit Val. Max. lib. 6. c. 2. de Theodoro philosopho loquens, Mea quidem nihil interest humi ne an sublimè putrescam: Aut omittatur pronomen ipsum, quod fecit Cic. 1. Tusc. Theodori quidem nihil interest humi ne, an sublimè putrescat: vbi de se loquitur ipse Theodorus. Deniq; si dicas, Interest tua Cæsaris victis ignoscere, grãmaticè quidẽ, & more Græcorum loqueris: vnde est illud D. Pauli ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου salutatio mea manu Pauli. Neq; hoc solũ è Græco sumptum est, ut Laurentius significat, sed ea, quæ supra ex Cicerone, Catone, Plinio, & cæteris attulimus. Lege Budæi Comm. Linguæ Græcè, inuenies nostros ab eis fuisse mutuatos hoc genus loquendi. Sed ut ad rem redeam, elegantius dices. Tua ò Cæsar interest victis ignoscere. Si ad Grammaticorum normam nobis loquendum est, non ponuntur ablatiui mea, tua, sua, nostra, vestra, pro genitiuis mei, tui sui, nostri, uestri, vt qui passionem, significẽt. sed pro mis, tis, sis, nostrum, uestrum. Nam cum dico. Interest mea Rempub. gubernare, Mea actionem significat. Sed de his fortasse plus nimio.

II. *Exceptio.*

Nomina numeralia, partitiua, comparatiua, & superlatiua genitiuos Nostrum, Vestrum exigunt.

Liu. Imperium summum Romæ habebit, qui vestrum primus ò iuuenes osculum matri tulerit. *Ab vrb. 1.*

Curtius. Nolo singulos vestrum excitare.

Cic. ad Q. Fr. Domus vtriusq; nostrum ædificatur egregiè. *lib. 8.*

Idem contra Rul. 2. Omnibus vobis, aut maiori vestrum parti. *lib. 2.*

Maximus natu vestrum.

Si nominibus, uerbis, ac participijs, quæ gẽitiuos Nostri, & Vestri antè admittebant, addãtur numeralia partitiua, cõparatiua, ac superlatiua, Nostri, Vestri, in Nostrum, Vestrum, migrabũt. Rectè dicitur, Sum memor uestri: adde singulorũ, utriusq;, omnium, paucorũ, multorum: necessariò dices, Sum memor uestrũm singulorum, utriusq;, omniũ, paucorum, multorum, quia hæc, cũ sint numeralia, aut partitiua genitiuos nostrum, uestrum, nõ nostri, uestri, postulant. Nam cum dicimus, Sũ memor vestrũ utriusque: genitiuus Vtriusq; à nomine memor regitur: at genitiuus pronominis Vestrũ à partitiuo Vterq;.

Vt

Vt enim dicimus, Vterq; vestrum est doctus: Sum praeceptor vtriusq; vestrũ: Vtriq; vestrum sum gratus: Vtrunq; uestrum doceo: in quib. Vestrum semper regitur à partitiuo; sic etiam dicimus, Sum memor uestrum vtriusq;. Sic misereor uestrum trium: Egeo uestrum singulorum: Oblitus est nostrum paucorum. Indigeo vestrum omnium: Interest nostrum omnium te bene valere. Sic solet Cicero genitiuo omnium adiungere Nostrum, Vestrum. Contra Rullum 2. Tunc contra hanc Romam communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quaereretur. Idem in Catil. 4. Video Patres conscripti in me omniũ vestrum ora, atq; oculos cõiectos esse. Idẽ ad Att. 11. Vt iã omniũ iudicio cõstitutũ esset omniũ uestrũ bona praedam esse illius victoriae. Idem ad Cassiũ li. 15. Tum ipsius causa gaudeo, tum me hercule etiam omnium nostrũ. Idẽ 1. de Orat. Vel quia est patria parens omnium nostrum.

Pronomina post substantiua.

Possessiua Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester cohaerent cum substã tiuis genere, numero, casu, cum possessio, vel actio significatur: vt liber meus, ager tuus, studium nostrum, labor uester.

Graeci, cum possessio, vel actio significatur, ferme vtuntur genitiuis primitiuorum πατὴρ μου pater mei, pro πατὴρ ἐμὸς pater meus πάτηρ ἡμῶν pater nostrum, vel nostri. pro πάτηρ ἡμέτερος pater noster: Latini contra possessiuis vtũtur, cum actio, vel possessio significatur, Pater meus, non mei: Pater noster nõ nostrum, aut nostri. Prisci tamen Romani antequam inuenta essent deriuatiua, videntur fuisse vsi genitiuis primitiuorum Graecorum more, cuius rei extant non obscura vestigia. Plaut. Pseu.

Si ex te tacente fieri possim ego certior here,
Quae miseriae te tam miserè macerent,
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei, rogandi: & tui respondendi mihi.

Mei, inquit Apollinaris apud Gell. li. 20. c. 5. non dixit Plautus ab eo quod Meus, sed ab eo quod est Ego. Itaq;, inquit idem, si dicere velis patrem mei pro patrem meum, quo Graeci modo τὸν πατέρα μου dicũt, inusitate quidem, sed rectè profectò, eaq; rõne dices, qua Plautus dixit labori mei, pro, labori meo: haec ille. Cic. ad Att. li. 11. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Idem Lentulo l. b. 1. Is hac regia causa excepta, caeteris in rebus, se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Idem Curioni li. 2. Eam rem vnius tui studio me assequi posse confido. Budaeus illud Ciceronis in Vat. Ciuitatis salutem cum mea vnius mei salute esse coniunctã, sic legit, Ciuitatis salutẽ cum vnius mei salute esse coniunctã: ubi inquit, si enim mea scripsisset,

psisset, legeretur mea vnius, non vnius mea, Quo loco significat Budaeus utendum nobis esse genitiuis mei, tui, sui, cum praecedunt nomina vnius, solius: vt vnius mei opera seruata est Respub. Solius tui studio maximos honores adeptus sum. Vnius sui opera iurauit Cicero Rempub. esse saluam. Contra, si nomina sequantur, possessiuis vtendum esse, vt Mea vnius opera seruata est Respub. Tuo solius studio maximos honores adeptus sum. Sua vnius opera iurauit Cicero Rēp. esse liberatā. Liu. 2. ab urbe, Gratae in uulgus leges fuere, quas cum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset, tum deinde comitia collegae subrogando habuit. Idem lib. 6 bel. Mac. Censuerunt ergo, quos ludos inconsulto senatu ex sua unius sententia uouisset, eos uel de manubijs, si quam pecuniam ad id reseruasset, uel sua ipse impensa faceret. Idem lib. 4. dec. 5. Eum, qui de sua unius sententia gerat; superbum uideri magis, quam sapientem. Haec Liuij loca iccirco attuli, q quidam uir alioqui doctus existimauerit semper, Sui, utendum esse praecedente, uel sequente nomine. Neq; id quod modo ex Budaeo diximus semper est uerum, nam Cic. ad Att. lib. 11. cum nomen praeposuisset pronomini, nihilominus usus est possessiuo. Solius enim meū peccatum corrigi non potest. Alia praeterea, ut ad rem redeamus, sunt testimonia, ubi primitiua pro deriuatiuis ponuntur. Idem 4. Philip. Frequentia uestrum incredibilis, concioq; Quirites tanta, quantam meminisse non uideor, & alacritatem mihi summam affert Reip. defendendae, & spem recuperandae libertatis. Idem pro Planc. Quare noli me ad contentionem uestrum reuocare Lateranensis. Ibidem, Possumus eripere orationi contentionem uestrum.

Exceptio.

At, si substantiua significent partem aliquam generalem corporis, siue animi, cuiusmodi sunt pars, dimidium, aliquid, genitiuis primitiuorum vtemur.

Vt, Nullam partem mei amisi, hoc est non amisi manum, pedem, memoriam. Amisisti ne quicquam tui?

Cic. de Finib. Cui proposita est conseruatio sui, necesse est huic partes quoque sui cariores esse, quò perfectiores sint. *lib. 5.*

Terent. Adelph. Tetigi ne tui quicquam?

Quintil. Minimam partem mei habent. *lib. 7. c. 3*

APPENDIX.

Substantiua, quibus ambigua est significatio, vt caritas, amor, memoria, desiderium, cura, itemque caetera, si possessionem, actionemue significent, possessiuis adhaerescunt: vt amor meus, desiderium meum, quo amo, desideroque.

Sim passionem significet, genitiuos mei, tui, sui, nostri vestri, flagitant: vt amor mei, desiderium mei, quo amor, desiderorq;.

Lib. 7. Cic. Att. Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te.

lib. 1. Idem ad eundem, Auiam tuam scito desiderio tui mortuam esse.

lib. 10. Idem ad Planc. Me impulit tui caritas.

Idem ad Q Fr. Nunc decedens, relinque, quæso, quàm iucundissimam memoriam tui.

Quintilianus, Postquam mei cura discesserat, Matrem, inquit, ti-

Declã. 6. bi per hæc merita commendo. Aliquando vtrunq; coniungitur.

Idem Att. Nicias te, vt debet, amat, vehementerq; tua sui memo-

Lib. 13. ria delectatur.

Idem Cornificio, Grata mihi est vehementer memoria nostri tua.

ib. 12.

Alia huius generis leges maximè apud Senec. de Vita bea. c. 9. Virtus est pretium sui. ibid. c. 5. Ignoratio sui & c. 10. Insolentia, & nimia æstimatio sui. De Benef. lib. 1. c. 19. Ante des opertet mihi arbitrium mei, deinde beneficiũ. Non in omnibus tamen, quibus anceps est significatio, hoc obseruatur, nam crimen meum, uulnus meum, iniuria mea, dicitur etiã mihi illata. Item imago mea, tua, sua, nostra, uestra, non solum quæ possidetur, sed etiam quę refert, & repręsentat. Plaut. Menęb.

tua est imago tam consimilis tibi, quàm potest.

Cic. pro Sex. Rosc. Vt effictos mores nostros in alienis personis, expreßamq; imaginem nostram uitę quotidianę uideremus. Idem ad Luceium lib. 5. Nec minus enim est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam paßus est esse. Mar. lib. 2.

Et digna speculo fiat imago tua.

Pręterea causa mea, tua, sua, nostra. Cic. ad Casium lib. 15. Abesse te mea causa molestè fero, tua gaudeo. Idẽ Tironi lib. 16. Non tam mea causa, quã tua doleo non ualere. Idem Att. 8. Si me uellet sua, aut Reipub. causa Luceriam uenire. Sic apud Ciceronem frequenter. Papinianus causa mei, Vlpianus sui dixit. Malim cum Cicerone loqui. Terent. Phorm.

Nam neque negligentię tua, neq; id odio fecit tuo: pro tui.

Idem Heaut. facilè scires desiderio id fieri tuo: pro tui.

Apud Budęum Comm. Linguę Gręcę plura inuenies huius generis.

Reciproca sui, sibi, se.

Reciproco sui, sibi, se vtimur, cum tertia pſona transit in seipsam, vt Cæsar recordatur sui, indulget sibi, amat se, loquitur secum.

ib. 5. Cic. de Finib. Eorum est hæc querela, qui sibi cari sunt, seseq; dili-

ib. 1. gunt. Idem de Nat. deor. Ipse sibi displicet.

Recipro-

Reciprocare, vt inquit Varro lib. 6. de ling. Latin. ab recipere fictum est, siue à procare, quod poscere quondam significabat: vnde Grammatici reciproca pronomina appellarunt, quòd ad eandem personam sese recipiant, unde profecta sunt, eandemque reposcant. Vtimur, & sui, sibi, se, cum intercedit obliquus tertiæ personę, ad quem refertur reciprocum. Video hominem cędentem se flagris: Audio auum tuum non esse compotem sui. Suspicor Ciceronem iniquo animo tulisse contemptum sui. Cic. in Catil. 4. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui. Cæsar ad Cic. Ep. 9. ad Att. Nihil enim malo, quàm & me mei similem esse, & illos sui. Quint. 6. Declam. Tu primo docuisti filium sibi non parcere. Reperitur interdum Reciprocum pronomen positū pro Demonstratiuo Is, ipse. Luc. lib. 5.

— quæ mox sibi proxima venit in somnis:

sibi pro ei. Cic. 2. Philip. Non enim à te emit, sed prius quam tu suum sibi venderes, ipse possedit. Senec. ad Albinam de Consulat. Ad tuum formetur arbitrium, multum sibi dederis præter exemplum. Quod Budæus in Comm. Linguæ Græcè docet fieri more Græcorum.

Et accedente altero verbo: vt Marcellus te Cæsar precatur, vt misereris sui, ignoscas sibi, se in fidem tuam suscipias, ne se hostem existimes.

Cic. in Orat. Ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, vt se dimitterem.

Idem pro Sex. Rosc. Nunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies, noctesque stimulat, ac pungit, vt euellaris, postulat.

Idem Att. Qui etiam à me petierit, vt secum, & apud se essem quotidie. *lib. 5.*

Vtuntur aliquando scriptores accedente altero uerbo, demostratiuis pro reciprocis. Quint. lib. 3. Declam. Neque ignorauit, quæ manerent eum pericula: eum pro se. Idem 1. Declam. Quapropter non petit, vt illum miserum putetis, nisi & innocens fuerit: pro se.

Reciprocum suus.

Reciproco, Suus, vtimur, cum tertia persona transit in rem à se possessam, vt Cicero recordatur Tironis liberti sui, indulget liberis suis, defendit suos clientes, scripsit hanc epistolam manu sua.

Cic. in Verr. Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis. *lib. 3.*

Idem de Orat. Si feræ partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus? *lib. 2.*

Vtimur etiam, Suus, cum additur alter obliquus tertiæ personæ, ad quem refer-

refertur possessio, ut Percussisti illum gladio suo. Relinquã legentibus iudiciũ suum. Vidi Pompeium spoliatum ornamentis suis. Percontatus sum illum de regno suo. Alloquutus sum Cæsarem ante domum suam. Cepi columbam cũ pullis suis, in nido suo, extra, prope nidum suum. Cepi lupam, & catulos eius: non suos, quia intercedit coniunctio. Cic. de Somn. Sci. Itaq; ego illum de regno suo, ille me de nostra Repub. percontatus est. Teren. Adel.

-- suo sibi hunc gladio iugulo. Cic. Att. li. 6. Sed & tum præsens, & postea creberrimis literis non destiti rogare, & petere mea causa, suadere, & hortari sua: ubi illum, uel eum subanditur, ad quod refertur possessio. Laurent. his locis potius eius, illius, ipsius, dixisset, maximè ubi intercedunt præpositiones, nisi addatur nomen adiectiuum, participium, aut uerbum, ad quæ referatur possessio, ut Inueni leonem iratum ob amissam prædam suam: Video columbam tristem in periculo suorum pullorum: Sentio hominem ambulantem per domum suam: Scio illum dolere fortunam suam. Si tamen oratio fuerit ambigua, quod fit, cum tres sunt personæ, & possessio ad secũdo loco positam refertur, tũc vtemur genitiuis eius, illius, ipsius, ut Vulpes cepit gallinam cum pullis eius. Si vero possessio referatur ad primo loco positam, suus, utendum erit. Vt Deus tuetur hominem propter clementiam suam. Inuenitur interdũ suus pro eius, ipsius, illius. Cic 4. Phi. Quod autem erat præsidium salutis, libertatisq; uestræ, si C. Cæsaris, fortissimorumq; sui patris militũ exercitus nõ fuisset? Idem ad Att. li. 4. Memmius candidatus pactionem in senatu recitauit, quam ipse suus competitor Domitius eum Conss. fecisset.

Et accedente altero uerbo: Timet Pompeius, ne à suis veteranis deseratur.

Rogat te Cæsar, vt suas partes sequaris.

APPENDIX.

Vtimur præterea reciproco, Suus, cum res possessa in possessorem transit.

lib. 9. Cic. Att. Vlciscentur illum mores sui.

Idem de Arusp. Sua concio risit hominem.

Idem pro Sest. Hunc sui ciues è ciuitate eiecerunt.

lib. 10. Idem Att. Indulsit illi quidem suus pater semper.

Cum suus est substantiuũ, nemo ferè loco eius vtitur genitiuis illius, ipsius eius: ut reperi eũ cum suis, siue inter suos. Ci. de Fin. li. 2. Quæsiuit saluusne esset clypeus: cum saluum esse flentes sui respõdissent, rogauit, &c. Itẽ cum ponitur pro Propius, ut de hac re dixi suo loco. Referam hæc omnia suis locis.

PRAE-

PRAEPOSITIONVM CONSTRVCTIO.

VERBA Absoluta,& Intransitiua præpositionum beneficio in casus transeunt. *lib.2.*

Cic. de Orat. Cum etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpitius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu, repentè eo Quintus Catullus senex cum Caio Iulio fratre venit.

Transitiua præter proprium casum etiam præpositiones cum suis casibus admittunt.

Cic. de Amic. Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe cum propter virtutem,& probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. *lib.5.*

Verba composita sępè casum præpositionis habent.

Cic. de Finib. Cur ipse Pytagoras & Aegiptum lustrauit, & Persarum Magos adijt? *lib.3.*

Idem ad Q. Frat. Cùm subitò bonus imperator noctu vrbem hostium inuasisset, in senatum se non committebat. *lib.3.*

Et repetita præpositione. *Phil.11.*

Idem in Verr. Cæteri hæredes adeunt ad Verrem.

Idem in Anton. In Galliam inuasit Antonius, in Asiam Dolabella, in alienàm vterque prouinciam.

Hanc repetitionem amant multa verba composita ex præpositionibus A,ab,ad,con,de,e,ex in.

Idem de Amic. Tu velim à me animum parumper auertas, Læliũ loqui ipsum putes. *lib.3.*

Idem Ad Q. Frat. Abduco equidem me ab omni Reip. cura.

Cicero ferè Inuadendi verbo vtitur repetita præpositione. Aspirãdi uérbi elegans est usus cum conatum quendam, contentionemque aliquò perueniẽdi, atque alicuius rei adipiscẽdæ adsignificat, effertur que negatione, aut interrogatione. Cicer. in Brut. Ex bellica laude nemo aspirare ad Africanum potest: Idem 5. Tusc. Omnes aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare non posses. Idẽ 3. Verr. Quid enim ad meam pecuniam, me inuito, aspirat? Ibidem 4. Quãdo homo tanta desidia, nisi Februario mense, aspirabit in Curiam? Cæterorum exempla crebro apud idoneos autores reperiũtur. Cic. 2. Off. Itaque se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquẽtiam applicant. Idem pro Sylla. Agedum cõferte nunc cum illius vita, vitam P. Syllæ. Sic consentio, comparo, congruo, colludo, conuiuo: Idem in Pis. Suum quenque scelis de sanitate, ac

men-

mente deturbat. Sic detraho, detrudo, deiicio, depello. Idem de inuent. Alterius eorum, qui sine nummis erat, gladium propter appositum e vagina eduxit. Eiusdem generis sunt egredior, eiicio, emergo, emigro, emineo, emitto, euoco, euolo. Idem pro Mil. Hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur, exterminabitur, eiicietur? Sic exeo, excedo, exturbo. Idem in Catil. 4. In foueam quoniam incidit bellua, obruatur. Sic. incurro, iniicio, ingredior, intueor, intro, &c. quæ motum adsignificant. Repetitur etiam In, cum quies significatur. Idem de Amicit. Digni sunt amicitia, quibus in ipsis inest causam, cur diligãtur. Idem pro Deiot. In exulcerato animo facile fictum crimen insidet. Nonnulla ex his etiam datiuum postulant, quemadmodum suo loco dictum est.

Casus præpositionum.

Accusatiuo seruiunt ad, apud, ante, aduersus, vel aduersum, cis, citra, circiter, circa, circum, contra, erga, extra, intra, inter, infra, iuxta, ob, penes, per, pone, post, prope propter, præter, secundum, supra, secus, trans, vltra, versus, vsque.

lib.12. Cic. in Brut. In pratulo prope Platonis statuam consedimus.

lib.4. Idem Att. Secundum te, nihil est mihi amicius solitudine.

Idem in Verr. Erant acceptæ pecuniæ à Caio Verrutio, sic tamen vt vsque alterum R, literæ constarent integræ, reliquę omnes essent in litura.

Varium vsum, significationemque præpositionum audiendis, legendisque veterum scriptis discent paulatim adolescentes, quæ si in locum vnum congerantur molestiam tædiumque afferunt. Ex aduersus reperitur apud Cic. libr. 1. de Diu. Ara, inquit, Aio loquenti, quam septam videmus ex aduersus eum locum, consecrata est.

Versus.

lib.16. Versus suo casui postponitur.

lib.4. Cic. Att. Verti me à Minturnis Arpinum versus.

Sulpitius Ciceroni, Ex Asia rediens, cùm ab Aegina Megaram versus nauigarem, cœpi regiones circumcirca prospicere.

Versus à cęterarum præpositionum natura dissidet, sunt enim dictę præpositiones, quòd cæteris partibus præponantur. Præponitur huic præpositioni interdum Ad. Liu. 1. ab Vrb. In lapide ad meridiem versus consedit.

Ablatiuo gaudent A, abs, absque, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, procul, palam, sine.

Cic.

Cic. in Pis. Mihi vero ipsi coram genero meo propinquo tuo quæ dicere ausus es? lib.15.

Idem Att. Paulò clam ijs eam vidi.

Terent. Heaut. — præ iracundia Menedeme non sum apud me, Ab vrb.

Liu. Rem creditori palam populo soluit. 6.

Idem, Haud procul occasu solis redeundi in castra tempus erat. Bel.Mac. 7.

Palam sæpe in oratione Ciceronis in Sallustium reperitur. An turpius est patres conscripti scribentem mentiri, quàm illum palam hoc ordine dicentem? Et palam vniuersis recitare: Et postposita, Quod si quippiam eorum falsum est, his palam refelle. Procul frequentissimè ablatiuum habet Liu.7. Bell. Maced. Haud procul Seleuci castris ad caput Cayci amnis statiua habuit. Ibidem, Porta egresus haud procul statione hostium occasionem opperiens consedit. Et postposita apud Ciceronem ad Trebatium.lib.7.

Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul.

Hanc præpositionem nondum cum accusatiuo legi: nam illud Liu.lib.7. Bel. Pu. Sed locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit, ita, & cæt. corruptè legitur muros pro muro. Item apud Pli.lib.6.cap.53. Pausilypum villa est Campaniæ haud procul Neapoli: ablatiuus est: Citatur & Curtius sed in certo libro, suspicor locum mendosum esse. Clam & cum accusandi casu iungitur. Cic. in Sal. Timens ne facinora eius clam vos essent. Apud veteres frequentius. Plaut. Cas. Bona multa faciam clam meam hanc vxorem.

Tenus.

Tenus quemadmodum, Versus, postponitur, atque fere patrium casum desiderat si nomen sit multitudinis. lib.8.

Cic. in Arato, — & Cepheus conditur antè Lumborum tenus.

Cælius Ciceroni, Rumores illi de comitijs Cumarum tenus caluerunt. Bel.Pu.6

Sin singulare sit nomen, ablatiuo gaudet.

Liuius, Adeo nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus aqua esset, alibi genua vix superaret,

Tenus nonnunquam cum ablatiuo copulatur etiam cum nomen plurale est. Cels. lib.1.cap.3. Huic abunde est, loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam.

A, Ab, Abs,

A, consonantibus præponitur.

Philip. 5. Cic. in Anton. Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur.

lib. 1. Ab, vocalibus. Idem Att. Cura, & effice, vt ab omnibus & laudemur, & amemur.

Et nonnullis consonantibus.

Idem pro Cluent. Ab nullo ille liberaliùs, quam Cluentió tractatus est.

lib. 5. Idem Att. Rex ab Senatu appellatus est.

Præcipuè l, r, & i, vt ab legatis, ab Romanis, ab Ioue.

Abs T, & interdum, Q.

Terent. Andr. O Daue ita ne contemnor abs te?

Idem, Adel. Abs quiuis homine beneficium accipere gratum est.

Historici, præcipuè Liuius, liberiùs vtuntur præpositione Ab: ab classe, ab Cartagine, ab Delio, ab Dictatore, ab Numa, ab Gallis, ab Seruio, ab Samnitibus, ab Tarquinijs, ab tergo.

In, Sub, Super.

In, Sub, Super, modo accusatiuum, modo ablatiuum pro varia significatione postulant.

Inuect. 1. In, cum verbis motus accusatiuum amat.

Cic. Cati. Egredere ex vrbe Catilina, in exilium proficiscere.

Item pro erga, contra, ad, pro, Per, vt Brutus fuit pius in patriam, crudelis in liberos.

Olera, & pisciculos minutos fero obolo in cœnam.

Commodaui tibi librum in horam, diem, mensem, annum.

Inuect. 1. Cic. in Cat. Crescit in singulos hostium numerus.

Cum vero quies, aut aliquid fieri in loco significatur, ablatiuo gaudet: vt Sum in templo, deambulo in foro.

lib. 12. Idem ad Att. in hac solitudine careo omnium colloquio.

Et cùm ponitur pro Inter:

Cic. de Amici. Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

Sub.

Sub ferè accusandi casum postulat pro circiter, per, paulò, antè, deniq; cum tempus adsignificat: vt Sub vesperum, sub noctem, sub lucis ortum, sub idem tempus hæc gesta sunt.

Bel. Ci. 1. Cæsar, Pompeius sub noctem naues soluit.

Bel. Pu. 2. Liuius, Sub equestris finem certaminis, coorta est peditum pugna

Item pro post:

Cic.

Cic. Planco, Sub eas literas ſtatim recitatæ ſunt tuæ. *lib.10.*

Et cum verbis motus : vt Clodius ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ coniecit. Nix ſub aſpectum, & tactum cadit.

Cum verbis quietis ablatiuum petit : vt Conſedimus ſub vmbra platani. Sub nomine pacis bellum latet.

Super.

Super accuſatiuo ſeruit cùm præpoſitioni ſubter contraria eſt, maximè cum motus ſignificatur, vt Sedeo ſuper ſaxum.

Tegula cecidit ſuper caput.

Item cum ſignificat Inter: vt Super cœnam occiſus eſt: Præter. Super cætera ſcelera, hoc etiam facinus commiſiſti: Vltra, erant ſuper mille imperatores imperante Auguſto.

Ablatiuo adiungitur, cum pro, De, ponitur.

Cic Att. Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio.

Et interdum cum verbo quietis, maximè apud poetas:

Virg. Ecl. 1. Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte *lib.16.*
Fronde ſuper viridi.

Multo latius patet harum trium præpoſitionum vſus, nam dicimus viuere in diem, ideſt præſentis diei tantum rationem habere: ſcribere epigramma in aliquem, quod modo laudem, modo vituperationem adſignificat. Hæc in rẽ tuã ſunt, hoc eſt vtilia. Sub ſpecie pacis, ſub vmbra fœderis, ideſt prætextu pacis, ſub pœna mortis. Sub haſta, ſub corona venire. Sue. in Clau. Cæſ. 43. Et in Nerone Clau. ca. 54. Sub exitu vitæ dixit, pro ſub exitum. Super frequentiſſimè cum verbis quietis accuſatiuo ſeruit. Cic. 2. de Leg. Demetrius ſuper terræ tumulum noluit quicquam ſtatui, niſi Columellam. Idem 2. de Fin. Et velle imprudentem ſuper eam aſſidere. Super pro Vltra præcipuè reperitur apud Suet. in Aug. cap. 35. Ordinem Senatorium affluentem deformi, & incondita turba, erant enim ſuper mille, & c. ad modum priſtinum, & ſplendo rem redegit. Et in Iul. Ceſ. c. 34. Veteranis legionibus prædæ nomine in pedites ſingulos ſuper bina ſeſtertia dedit. Et pro Præter. Idem in Claud. Ceſ. cap. 26. Quam cum comperiſſet ſuper cætera flagitia, atq; dedecora Caio Seruilio etiam nupſiſſe, ſupplicio affecit. Ponitur & pro Inter. Plin. ad Sempronium Rufum lib. 4. De huius nequitia, ſanguinarijsq; ſententijs in commune omnes ſuper cœnã loquebantur. Neq; Peracta cœna ſignificat, vt vulgo loquimur, ſed inter cœnam, vt ſolet Cic. loqui ad Q. Fr. lib 3. Hoc inter cœnam Tironi dictaui, ne mirere alia manu eſſe. & inter ſcyphos. Treb. lib. 8. Illuſeras heri inter ſcyphos, quod dixeram, & Cur. lib. 7. Super menſam, & 8. Super vinum, & epulas dixit. Sueton. in Tiber. cap. 53. Inter cœnam.

Subter.

Subter, fermè accuſandi caſum poſcit, ſiue quietis, ſeu motus verbis adiungatur.

Cic. 1. Tuſc. Plato iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit.

Interdum apud poetas potiſſimum, ablatiuum habet. Virg. lib. 9.
— cum tamen omnes Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.

Præpoſitio verſa in aduerbium.

Præpoſitio cum caſu priuatur, in aduerbium migrat.

lib. 4. Cic. Att. Tu aduentare, ac propè adeſſe iam debes.

lib. 2. Idem pro Flac. Multis pòſt annis pecunia recuperata eſt.

Idem de Nat. deor. Senſibus, & animo ea, quæ extrà ſunt, percipimus.

Huius generis ſunt Antè, contrà, citrà, circùm, circiter, extrà, intrà, infrà, pòſt, propè, ponè, vltrà, vſque, & nonnullæ aliæ. Cic. Att. 14. Id ipſum quod me mones, quatriduo ante ad eum ſcripſeram. exempla paſſim ſeſe ipſa intrudunt.

Præpoſitiones alijs præpoſitionibus præpoſitæ.

Præpoſitiones nonunquam alijs præpoſitionibus præponuntur.

Cic. ad Att. Ibi eſſe volo vſq; ad pridie Kalendas Maias.

lib. 1. Idem ad eundem, de Q. Fr. nuntij nobis triſtes, nec varij venerũt
lib. 3. ex ante diem Nonas Iunias vſq; ad pridie Kalend. Septemb.

Vſq; tamen ferè alteram præpoſitionem deſiderat.

lib. 7. Idem in Verr. Maximus in laudibus vſq; ad ſummam ſenectutẽ ſumma cum gloria vixit.

Idem de Nat. deor. vſque à Thalete enumeraſti ſententias philo-
lib. 1. ſophorum.

Terent. Eun. Ex Aethiopia eſt vſque hæc.

Niſi præponatur nominibus oppidorum.

lib. 6. Idem in eundem, Sacerdotes vſque Ennam profecti ſunt.

Terent. Adel. — Miletum vſque obſecro?

Vſque aliquando, etiam cum proprijs oppidorum præponitur, alteram præpoſitionem admittit. Cic. pro Deio. Cui magnificentiſſima dona vſque ad Numan-

mantiam misit. Alia bis similia exempla inuenies. Cic. Att. lib. 2. Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in diem Kalend. decimum quintum Nouẽb. distulit. Terent. Adel. — ex aduersum est fabrica. Plin. lib. 11. c. 16. Gignitur id maxime Arcturi exortu à pridie Idus Septemb. Liu. 1. ab Vrb. In lapide ad meridiem versus consedit. Cicer. 7. Ver. At cum in Italia bellum tam prope à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. Laurentius ait præpositiones aduerbia fieri, cum aliis præpositionibus adduntur. Donatus. 2. Editione. Præpositio, inquit, separatim aduerbijs non applicabitur, quamuis legerimus de sursum, desubito, derepente, & exinde, abusque, & dehinc; sed hęc tanquam vnam partem orationis sub vno accẽtu pronuntiabimus. Nonius tamẽ Marcellus DE DOCTORVM INDAGINE, ita inquit, Omnes artẽ secuti negant aduerbijs præpositionem addi opportere, sed autoritas veterum præponi iubet. Cic. de Rep. lib. 6. Cùm eis, vt meministis, concursu leuissimæ multitudinis, ære congesto, funus desubito esset ornatum.

CONSTRVCTIO ADVERBII.

Nominatiuus post aduerbium.

EN, Ecce, nominandi, seu accusandi casum admittunt.

Cic. pro Deiot. En crimen, en causa.

Plaut. Amph. En tectum, en tegulas, en obductas fores.

Cic. in Verr. Ecce noua turba, atq; rixa.

Idem de Finib. Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est. lib. 6. lib. 2.

En, tum exprobando, tum indicandò vtrunque casum admittit: Indicãdo Virg. lib. 1. Aen. En Priamus. Idem in Daph. — en quatuor aras. Plaut. Amphit. En tegulas exprobrando. Cic. pro Deiot. En crimen, en causa, cur regem fugitiuus, dominum seruus accuset. Sene. in Agamemn. Act. 2. En Paridis hostem. Apud oratores tamen nondum legi, quod meminerim, En cum accusatiuo indicando, seu exprobrando. Ecce cum accusatiuo sępe reperi. Terent. Adel. Act. 5. scen. 5.

Ecce me, quid faciam nobis. Plaut. Pers.

Ecce me, nunquit moror?

Idem Menęb. Prandii n naui, inde huc sum egressus, te conueni, ecce rem. Apponitur & datiuus tibi non sine lepore. Cic. ad Att. lib. 2. Cum hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebosus, Idem 3. Off. Ecce tibi, rex Populi Romani, dominusque omnium gentium esse concupierit.

Genitiuus post Aduerbium.

Satis, abunde, affatim, parum, instar, partim, ergo pro causa, genitiuum casum postulant.

Terent. Phorm. Satis iam verborum est.

Bel. Mac. Cic. de Clar. Plato. mihi vnus instar est omnium.

Liu. Victoriæ naualis ergo, in vnum diem supplicatio decreta est.

Quint. pro Gladiat. Satis, abundeq́, pænarum est. Plaut. Bacch. Tibi diuitiarum affatim est. Sal. in Catil. Satis loquentiæ, sapiētiæ parū. Instar æquiparationem, mensuramq́, significat. Cic. Att. 10. Ea vero epistola, quæ voluminis instar erat, sæpe legenda, sicuti facio. Item similitudinem, effigiemque. Plin. lib. 11. c. 10. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar. Gel. libr. 10. ca. 13. Partim hominum venerunt. plerunq́, dicitur, quod significat, Pars hominum venit, idest, Quidam homines: nam Partim hoc in loco aduerbium est, neq; in casu inclinatur. Hæc ille, & alia eodem capite. Hæc aduerbia ferè omnia partes nominatiui agunt. Cic. 2. de Orat. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustre esse voluerunt. Ponuntur & accusatiui loco. Idem in Pis. Cum partim eius prędæ profundę libidines deuorassent. Idem 1. in. Verr. Vt ad dicendum temporis satis habere possim. Suet. in C. Cæs. Se iampridem potentię, glorięq́, abunde adeptum. Multum, paulum, tantum, quantum, &c. huius generis inter nomina substantiua relata sunt.

Aduerbia Superlatiua.

Item, Aduerbia superlatiua à nominibus orta.

Cic. de Clar. Maximè omnium nobilium græcis literis studuit.

Idem ibidem, Sæpissime audio illum omnium ferè oratorum latinè loqui elegantissimè.

Aduerbia loci.

Vbi, vbinam, vbicunque, vbiuis, quouis, quoquo, nusquam, genitiuos, Terrarum, Gentium eleganter admittunt.

b. 5. Cic. Att. quid ageres, vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem.

Terent. Adel. ~ fratrem nusquam inuenio gentium.

Dicitur & Longe gentium.

b. 3. Cic. Att. Tu longe gentium abes. Huc spectant aduerbia: Eò, Huc.

Be. Pu. Liu. Eò consuetudinis adducta res erat, vt quocunq; noctis, tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur.

Senec.

Senec. Eò ſcelerum peruentum eſt, vt parricidæ pater adſit. li.5. Cõr
Curt. Huc enim malorum ventum eſt, vt verba mea eodem tem libr.6.
pore & Alexandro excuſem, & Antiphani.

Plaut. Aſin. Perij ego oppidò, niſi Litanum inuenio, iam ubi ubi eſt gentium. Cice. 1. Catil. O dij immortales ubinam gentium ſumus? Idem 2. Philip. Qui ubicūq; terrarū ſunt, ibi eſt omne Reip. prẹſidiū. Ter. Hecy. Cui quã to fuerat prẹſtabilius vbiuis gentium agere ætatem. Idem Heaut.

Abeat potius quouis gentium. Plaut. Mercat.

Mens mihi illam quærere, quoquo hinc abducta eſt gentium.

Curt. lib. 5. Sed eo rerum uentum erat, ut tam periculoſum eſſet non credere ſuis, quàm decipi.

Pridie, & poſtridie.

Pridie, & pòſtridie & genitiuum, & accuſatiuum caſum petunt.
Cic. Att. Pridie eius diei venit.
Idem Appio, Pridie nonas Iunij cum eſſem Brunduſij, &c. lib. 11.
Cæſar, Poſtridie eius diei, Cẹſar præſidio vtriſque caſtris, quod lib. 3.
ſatis eſſe viſum eſt, reliquit. Bel. Gal
Cic. Att. Poſtridie ludos Apollinaris. 1.

Aduerbium Tunc, genitiuum Temporis admittit, qui tamen rarò apud idoneos reperitur. Iuſtin. lib. 1. Sed de gente obſcura tunc temporis Perſarum regi Cambyſi, mediocri uiro, &c. lib. 16.

Datiuus poſt Aduerbium.

Quædam dandi caſum petunt more eorum, vnde deducuntur, vt Congruenter, conuenienterque naturæ viuere: dicere conuenienter rationi.

Obuia alicui ire, procedere, prodire.

Nam congruens, conueniens, obuius datiuo gaudent. lib. 2.

Cic. de Finib. Non quæro, quid dicat, ſed quid conuenienter ratio ni poſſit, & ſententiæ ſuæ dicere. Philip.

Idem, Cæſari ex Hiſpania redeunti obuiam longiſſimè proceſſiſti. libro 7.

Plin. Platoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius vittatam nauem miſit 30.
obuiam.

Accuſatiuus poſt Aduerbium.

Propiùs, proximè, accuſandi caſum exigunt.

Phili.10. Cic.epist.ad Oct.Cur castra longius aduersariorum castris,& propius vrbem mouentur?

Idem in M.Anton. Brutus operam dat, vt cum suis copijs quam proximè Italiam sit.

Hæc duo casum præpositionis habent, vnde profecta sunt. Liu.2.ab Vrb. Inuenio apud quosdam, idq; propius fidem est, &c. Illud vero eiusdem libro 4.Capuamq; ab duce eorum Capye, vel, quod propius vero est, à campestri agro appellatam: Nomen est, nam Propior, & propius datiuũ habẽt. Idem 3.belli Punic. Fama tenuit, quæ proprior vero est, haud plus fuisse modio. Iungitur Propius aliquando cum præpositione A, Cic.2.de Nat. Stellæ aliæ propius à terris mouentur, aliæ remotius. Senec.epist.121. Quotidie propius ab vltimo stamus. In illo Virgilij.1.Georg.

— propius stabulis armenta tenerent:

videtur desiderari præpositio A, Diomedes existimat esse dandi casum: & fortasse rectè: nam, si Propior, & Propius, & Proximus datiuum petunt, nemini mirum videri debet si inde facta aduerbia Propius, & Proximè eũdem casum sibi vendicent. Cum tamen hæc duo cum verbo accedendi iunguntur, cuiusmodi sunt illa Ciceronis loca, 1.Nat. Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus, quàm figura. & ad Brutũ lib.11. Ego huic tuæ virtuti proximè accedo: casus potius à verbo, quàm ab aduerbijs pendet, nam sine ipsis eosdem habet. Idem 5.in Verr. Si tibi ad aurem accessisset, & dixisset Apronium dictitare, te sibi esse socium. Liu.4.belli Punic. Accedere mœnibus. Cic.in Pis. Non audebit accedere ad ludos.

Abhinc.

Abhinc, verbis præteriti temporis iunctum accusatiuum, seu ablatiuum postulat.

ib.4. Cic. in Verr. Horum pater abhinc duos & viginti annos est mortuus.

Idem pro Quint. Quo tempore? Abhinc annis quindecim.

Nondum hoc aduerbium cum verbis futuri temporis copulatum reperi apud idoneos autores.

Ablatiuus post aduerbium.

ib.2. Comparatiua ablatiuo gaudent.

Cic.2.de Inuent. Lachryma nihil citiùs arescit.

Idem ad Curionem. Nemo est, qui tibi sapientiùs suadere possit te ipso.

Teren.

Teren.Hecyr.Dies triginta,aut plus eo,in naui fui.

Idem Heaut.annos sexaginta natus es, Aut plus eo, vt conijcio. lib.15. ca.25.

Pli.Minus quinquennio est,quòd prodiere,quæ vocant lau:ea nõ ingratæ amaritudinis.

Plus,amplius, minus,modo ablatiuum habent, vt docent allata exẽpla, modo sine casu ponuntur,sed subauditur coniunctio.Quam.Teren. Adel.

Homini mi'ero plus quingentos colaphos infregit.

Cæs.lib.4. bel. Gal. Quum ipsi non amplius quingentos equites haberẽt. Idem 3. belli Ciuil. In eo prælio non amplius ducentos milites desiderauit. Nec enim accusandi casus ab aduerbijs reguntur,sed à verbis infregit,Haberent,Desiderauit.Videntur & nominandi casus cum his aduerbijs iungi,cũ à verbis pendeant. Cæs.7.belli Gal.Eo die milites sunt minus septingenti desiderati. Idem li.5.eiusdem belli Gall. Naues amplius octingentæ vno erant visæ tẽpore. Illud Liuij,Paulò plus viginti millium alius exercitus fuit, Ea forma loquendi videtur dictum esse,qua illum eiusdem li.7.bell.Mac. Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat.Ibidem, Hostium classis vnde nonaginta nauiũ fuit.Quare non video,cur ablatiuus, Numero,subaudiendus sit.Cum eiusdem aduerbijs iunguntur accusatiuus, ac ablatiuus casus,mensuram significantes,neque ab ipsis reguntur,sed casus sunt communes.Vitru.Ita à pariete distent,vt ne plus pateant palmum. Idem,Ne plus pedes binos distent. Liu.de bello Mac. Aberat eorum acies paulo plus quingentos passus.Idem de bel.Pun.Nunquam nix minus quatuor pedes alta iacuit.Cæs.Millibus amplius quingentis in longum patent.

Aduerbia loci.

Aduerbia,quibus interrogamus,sunt hæc,Vbi,vnde, quò, quorsum.

Hic, istic, illic, & cætera.

Ad interrogationem Vbi,redduntur hæc,Hic,istic,illic,ibi,inibi; ibidem,albi,alicubi,vbique,vtrobique,vbilibet,vbiuis, vbicunque, passim,vulgò,intus,foris,nusquam,longe,peregre.

Item,suprà,subtèr,infrà,antè,pòst,extrà,cum fiunt aduerbia.

Cic.ad Torquatum,Nemo est,quin vbiuis,quàm ibi, vbi est,esse malit. lib.6.

Hæc dicuntur aduerbia in loco,seu quæ referuntur ad quietem.quib. Nũc vbi,necubi,sicubi,vbiubi,vspiam,vsquam addi possunt,quæ. quãuis ad quietem referantur, tamen ad vbi non redduntur. Cice.1.de Leg.siue est illa lex

scri-

scripta vspiam, siue nusquam. Idem 2. Off. Nec est vsquam consilio, aut aucto ritati locus.

Hinc, istinc, & cætera.

Ad Vnde redduntur hæc, Hinc, istinc, illinc, inde, indidem, aliunde, vndelibet, vndeuis, vndique, vndecunque, vndequaque, alicunde, vtrinque, eminus, cominus, supernè, infernè, peregre, intus, foris.

Teren. Heaut. Vide, nequo hinc abeas longius.

Hæc appellantur aduerbia de loco, seu quæ referuntur ad motum è loco, quibus accedunt, sicunde, necunde, vndeunde, intrinsecus, forinsecus, extrinsecus, funditus, radicitus, stirpitus.

Huc, istuc, & cætera.

Ad Quò redduntur hæc, Huc, istuc, illuc, eò, eodem, illò, aliquò, aliò, neutrò, vtroque, quoquo, quocunque, quouis, quolibet, intrò, foras, peregre, longè, nusquam.

Teren. Hecyr. Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuncia.

Hæc appellantur aduerbia ad locum, siue quæ ad motum ad locum referuntur: quibus adiungi possunt, siquo, nequo, quopiam, vsquam. Cic. 1. Philip. Nec vero vsquam discedebam.

Hac, istac, & cætera.

Ad Quà redduntur hæc, Hàc, istàc, illàc, aliquà, qualibet, quacunque.

Teren. Eun. Plenus sum rimarum: hàc, illàc perfluo.

Hæc uocantur aduerbia per locum, siue quæ referuntur ad motum per locum: quibus siquà, nequà addi possunt.

Horsum, istorsum, & cætera.

Ad Quorsum, id est, quem locum versus, redduntur hæc, Horsum, istorsum, illorsum, aliorsum, deorsum, sursum, dextrorsum, sinistrorsum, læuorsum, prorsum, rursum, introrsum, vel introrsus, retrorsum vel retrorsus, quoquouersum, vel quoquouersus.

Teren. Phorm. Horsum pergunt.

Idem ibid. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam: Ne sursum, deorsum cursites.

Vt pro Postquam, Quomodo.

Vt, pro Postquam Indicatiuum petit.

Cic. Att. Vt ab Vrbe discessi, nullum prætermisi diē, quin aliquid ad te literarum darem. lib. 7.

Idem, pro Quomodo cum quadam admiratione.

Idem ad eundem, Cneus noster, ò rem miseram, & incredibilem, vt totus iacet. lib. 7.

Teren. Eunuch. Vt falsus est animi.

Vt.

Post has voces Adeò, ira, sic, tam talis, tantus, tot ferè nunquam ponitur Quod, sed Vt cum subiunctiuo.

Gic. pro Rab. Adeo ne hospes huiusce vrbis, adeo ne ignarus es disciplinæ, consuetudinisque nostræ, vt hæc nescias?

Idem 1. Tus. Non sum ita hebes, ut ista dicam.

Antequàm.

Antequàm, tum Indicatiuis, tum coniunctiuis iungitur.

Terent. Andr. Experiri omnia certum est, antequam pereo.

Cic. pro Muren. Antequam pro Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam.

Idem in M. Anto. Antequam de Rep. P. C. dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror: exponam vobis breuiter consilium & profectionis, & reuersionis meæ, Phi. 1.

Priusquam.

Priusquam ijsdem modis gaudet. Phi. 1.

Cic. in M. Anto. Priusquam de Repub. dicere incipio, pauca querar de hesterna M. Antonij iniuria.

Idem pro Mil. præclare vixero, siquid mihi acciderit, priusquam hoc tantum mali videro.

Salluft. Priusquàm incipias, consulto: vbi consulueris, maturè facto opus est. Bel. Cat.

Ne, Vetandi,

Ne subiunctiuum petit, cum aliquid prohibemus.

Teren. Eun. Ne pòst conferas culpam in me.

Bel. pu. 10. Liu. Ne tot annorum felicitatem in vnius horæ dederis discrimẽ.
Petit & imperatiuum maximè apud poetas.
Plaut. Persa, Abi, ne iura, satis credo.
Virg. Ne fugite hospitium, ne ve ignorate Latinos.
lib. 7. *Quin. li. 1. c. 5. Vbi de solœcismo agit, Et Ne inquit, & Non aduerbia, quã tamen dicat pro illo, Ne feceris, Nõ feceris, in idem incidat vitium: quia alterum negandi, alterum vetandi. Hæc ille. Vtuntur interdum & oratores imperatiuo. Idẽ 6. Declam. Matrẽ inquit, tibi per hæc merita commendo, tu illã tuere, defende, ama, ne relinque. Et legislatores. Cice. 2. de Leg. Ne cogito quis stipem, præter Ideæ matris famulos, eosq́; iustis diebus.*

Næ.

Næ, hoc est, profectò, pronominibus præpositum Indicatiuum, vel Coniunctiuum petit.
Teren. Adelph. Næ ego homo sum infelix.
Cic. in Ant. Næ tu si id fecisses, melius famæ tuæ cousuluisses.
Phi. 1. Idem 1. Tusc. Næ ille vir sapiens lætius ex his tenebris in lucem illam excesserit.

Per, Perquam, &c.

Per, perquàm, sanè, valde, oppidò, in primis, cum primis, apprimè, admodum, vehementer, & alia id genus, ferè positiuis gaudent.
lib. 3. Cic. de Fini. Hæc quidem est perfacilis, & perexpedita defensio.
lib. 2. Idem de Orat. Quod mihi quidem perquam puerile videri solet.
lib. 14. Idem ad Terentiam, Sin ad nos pertinerent, seruirent, præter quã oppido pauci.
lib. 3. Idem in Verr. Philodamus erat in primis inter suos copiosus.
Ibid. Idem in eundem, C. Mustius homo cum primis honestus.

Quàm affectibus seruiens.

Quàm cum admirationi, commiserationi, atque interrogationi cum admiratione permistè seruit, positiuis iungitur: vt Quam multi auaritiæ student.
Heu quam fallaces sunt hominum spes, quã inanes cogitationes.
Cic. de Amicit. Quàm multa, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum.
lib. 12. ca. 11. Quin. Quàm multa, imo pene omnia tradit Varro.

Quàm pro Quantum.

Quàm pro Quantum positiuis præponitur.

Cic.

Cic. Trebatio, quam ſint moroſi qui amant, uel ex hoc intelligi poteſt. *lib. 7.*

Quam gratum hoc munus fore patri tuo arbitraris?

Neſcis quàm ſint ſtulti, qui ſuis cupiditatibus ſeruiunt?

Exceptio.

Quam pro Quantum eum uerbo Poſſum iunctum ſuperlatiuis adiungitur.

Cic. Catonis, Quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. *lib. 15.*

Idem de Nat. Deor. Aues nidos conſtruunt, eosq; quam poſſunt molliſſimè ſubſternunt. *lib. 2.*

Quàm ut.

Quàm ut, eleganter comparatiua ſequitur.

Cicer. de Orat. Hoc altius eſt, quàm ut nos humi ſtrati ſuſpicere poſsimus. *lib. 3.*

Quam pro Valde.

Quam, pro Valde, ſuperlatiuis elegantiſsimè adiungitur.

Cic. Valerio, Vehementer te rogo ut cures, vt ex hac commendatione mihi Cuſpius: quam maximas, quàm primum, quàm ſæpiſſime gratias agat. *lib. 13.*

Tam, Quam.

Tam, & Quam poſitiua frequentiſsimè, ſuperlatiua rarius, comparatiua rariſsimè copulant.

Cic. in Ora. Nemo orator tam multa, ne in Græco quidem otio ſcripſit, quam multa ſunt noſtra.

Salluſt. Quàm quiſq; peſsimè fecit, tam maximè tutus eſt.

Terent. Heaut. —nanq; adoleſcẽs quam minima in ſpe ſitus erit,
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet ſuas.

Cic. pro Deiot. Per dexteram te iſtam oro, quam regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti: iſtam, inquam, dexteram nõ tam in bellis, & in prælijs, quàm in promiſsis, & fide firmiorem.

Ponitur interdum, Tam, ſeparatim cum ſuperlatiuo.

Cic. in Anton. Nondum erat veſtris tam grauiſsimis, tamque multis iudicijs, ignominijsq; conciſus. *Plibi. 12*

Con-

Consultò quæ rara sunt, prætermittimus. Liu. lib. 10. bel. Mac. Per difficilium aditum, dixit. Plin. lib. 2. c. 54. Perplurimum refert. Columel. li. 3. c. 20. Perpaucissimis agricolis. Cur. lib. 4. Perquàm maximo exercitu coacto. Quàm, cum affectibus seruit, potius Valde, quàm Quantũ uidetur significare, Vnde quidam huius generis exemplis contra Laurentium docent, Quã, pro valde etiam positiuis iungi. Vtcunq; tamen se res habeat, cum affectibus, vt diximus inseruit, positiuis adhæret. Possumus tantum verbum Possum, quòd Valeo, Queo in hoc genere loquendi non uideatur perinde vsitata; locus ille Ciceronis Philip. 2. Sed reliquũ cursum vitæ, quã quidẽ possum celeriter perstringam: longe aliter legitur. Sed reliquũ cursum videte: quẽ quidẽ celeriter perstringam. Itaq; ex hoc loco probari non potest, Quã cũ uerbo Possum & positiuis adiungi. Plin. li. 18. c. 28. cũ positiuis iunxit; Tanta literarũ occasio, quas equidem miscebo agrestibus negotijs, quam potero dilucidè, atq; perspicuè. Superlatiuum casum ferè non habet, cum ei Quam adiungitur, ut Cicero fuit quàm eloquentissimus Romanorum, vel inter Romanos, vel ex Romanis. Quàm pro ualde interdum positiuum videtur admittere. Idem 1. de Orat. Tum Crassus, Atqui vide, inquit, in artificio, & opera quẽ tenui, & leui, quãto plus adhibeatur diligentiæ: quam in hac re, quã cõstat esse maximã. Idem in Bruto, Itaq; prima causa publica pro Sex. Ros. dicta, tantũ cõmendationis habuit: ut nulla esset, quæ non nostro digna patrocinio videretur: deinceps inde multæ, quas nos diligenter elaboratas, etiamquam elucubratas afferebamus. Idem 4. Verr. Fecerunt aliqui alia quam multa: Cur in hoc vno crimine isto genere defensionis vteris? Nisi in his etiam locis aliquis affectus latet, Dam, Quam, pro tanto, Quanto raro reperiatur comparatiuo iuncta. Vig. 7.

Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,

Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Tam, quam cum superlatiuo præcedente pro aduerbijs Vt, Ita ponuntur: sic enim Sallustij locus ex poni potest, Vt quisq; pessimè fecit, ita maximè tutus est.

Aduerbia in Vm.

Aduerbia, in Vm positiuis gaudent: Vt Parum, multùm, nimium, tantum, quantum, aliquantum.

lib. 10. Cic. Att. Parum firma sunt, quæ de fratre meo scribis.

Idem Rull. Socer huius vir multum bonus est.

lib. 2. Idem de Finib. In rebus apertissimis nimium longi sumus.

Idem Cic. ad Lucium li. 2. Aliquantulum labefactata, atque conuulsa. Plaut. Bacch. Credo timida es aliquantulum soror. Terent. in Eunu. iunxit cũ comparatiuo, Eius frater aliquantulum est ad rem auidior.

Ad-

Aduerbia O finita.

Paulo, nimio, aliquanto, tantò, eo, quo, multo, Hoc, pro, tanto, comparatiuo adhærent.

Cic. de Off. Quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus. *lib.* 1.

Cic. de Amici. Nec vero corpori solum subueniendum est, sed etiam menti, atq; animo multò magis.

Plancus Ciceroni. Certè hoc maius habes testimoniū amoris mei, quo maturius tibi, quam cæteris consilia mea volui esse nota. *lib.* 10.

Luceius Ciceroni. Ego ualeo, sicut soleo, paulò etiam deterius quam soleo. *lib.* 5.

APPENDIX.

Multo etiam superlatiuis additur.

Cic. in Verr. Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij, atq; eloquentiæ multo molestissima. *lib.* 1.

Item Longe pro Valde.

Cic. in Bruto, Longe post natos homines improbissimus C. Seruilius, sed peracutus, &c.

Facile, cum (Sine dubio, sine controuersia) significat, superlatiuis gaudet, aut ijs, quæ eorum vim habent.

Idem pro Rabirio Posth. Virum vnum totius Græciæ facile doctissimum Platonem in maximis periculis, insidijsq; versatum esse accepimus.

Idem pro Sex. Rosc. Non solum sui municipij, verum etiam eius vicinitatis facile primus.

Idem pro Cluentio, Regionis illius, & vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps.

Quintil. In affectibus verò tum omnibus mirus, tum in ijs, qui miseratione constant, facile præcipuus. *li.*10.*c.*1

Longe, pro Multò, etiā iungitur comparatiuo. Virgil. 9. At pedibus longe melior Lycus. Pro Valde iungitur & ijs nominibus, quæ vim superlatiui habēt. Cic. Bruto li. 13. L. Castronius Pætus lēge princeps municipij Lucēsis. Idē 4. Verr. Longe primus ciuitatis est Epicrates. Præterea nominibus, quæ diuersitatem, dissimilitudinemque significant, vt Longe alius, dispar, dissimilis. Idem pro Font. O fortunam longe disparem M. Fonteij. Iterū aduerbij aliter secus, ante, post, & verbis antecello, præstò, antepono, quā aduerbiū Multo ēt admittūt. Sed hæc hactenus, ne præstātissimo magistro vsui iniuriā faciamus.

Quo

Quoniam quæ aduerbia quibus gradibus iungantur diximus, illud minime prætermittendum est, Omnis etiam cum superlatiuis frequenter iungi. Cic. Licinio lib. 5. Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribus, vt ad hominem amicissimum. Idem ad Q. Frat. lib. 3. Omnia minima, maxima ad Cæsarem mitti sciebam. Idem 6. Verr. Ego mei iam rationem officij confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam. Quis cum partitiuè accipitur, superlatiuum amat. Quint. lib. 7. cap. 5. De præmijs autem quæruntur duo, an vllo sit dignus, qui petit, an tanto; ex duobus, uter dignior: ex pluribus quis dignissimus. Cic. Att. lib. 7. Egeo cõsilij: quod optimum factu videbitur, facies. Cum verò comparatiuè ponitur, comparatiuò gaudet. Idem de Amicit. Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potentior? Quisq; superlatiuis præponitur. Idem 2. de Finib. Optimum quidque, rarissimum est, Idem 1. de Orat. Vt quisque optime dicit: ita maximè dicendi difficultatem. variosq; euentus orationis, hominumq; iudicia pertimescit. Iungitur etiam eleganter cum nomine Quotus. Idem 2. de Finib. Quotus enim quisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo, ac vita constitutus, vt ratio postulat? Item cum nominibus, quæ vocant Ordinalia, vt Tertio quoque verbo solœcismum facit. Idem 4. Verr. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. Rarò cum nominibus absolutis, ex quibus superlatiua formari possunt, iunctum reperitur. Inualidus tamen quisque aliquoties inuenitur apud Tacitum, & apud Suetonium in Othone ca. 2. Ferebatur & vagari noctibus solus, atq; inualidum quenque obuiorum vel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. Legitur & cum comparatiuis maximè accedentibus aduerbijs, Quo, & Eò. Cic. pro Rosc. Com. Quo quisque est solertior; & ingeniosior, hoc docet iracundius, & laboriosius. Quint. lib. 2. cap. 3. Erit etiam eò obscurior, quo quisque deterior.

INTERIECTIONIS CONSTRVCTIO.

O.

O Tribus casibus adiungitur, Nominandi, Teren. Phorm. O uir fortis, atque amicus Accusandi, Cic. Terentiæ, O me perditum, o me afflictum. Vocandi, Terent. Andr. O Daue, ita ne contemnor abs te?

Interdum O omittitur, cum nimirum leuior est affectus. Cic. in Pis. Miserum me cum hac me peste, atque labe confero. Idem Att. lib. 10. Me cæcum, qui hæc ante non viderim. O non solum cum aduerbium est vocandi, vocatiuo adhæret, uerũ etiam cum est interiectio. Idem in Pis. O paterni generis oblite, materni vix memor.

Heu,

Heu, prò.

Heu, & Pro, modò nominadi, vel potius vocandi casum postulāt. *lib.6.*
Virg. Heu pietas, heu prisca fides. *Bel. Pu.*
Liu. Tantum (prò dolor) degenerauimus à parentibus nostris. *2.*
Modò accusandi.
Cic. in M. Anton. Heu me miserum, cur Senatum cogor, quem semper laudaui, reprehendere? *Phili.7.*
Idem in Verr. Pro Deùm, hominumque fidem. *lib.5.*

Pro apud Ciceronē 2. Philip. apertissimè vocatiuum habet, Quæ enim res vnquam (pro sancte Iupiter) non modo in hac vrbe, sed in omnibus terris est gesta maior: Heu etiam datiuo gaudet. Plaut. Milit.
Heu mihi, ne queo, quin fleam. Idem Marcat. Heu misero mihi.

Hei, Ve

Hei, ve, datiuo gaudent.
Terent. Heaut. Hei misero mihi.
Idem Andr. Ve misero mihi.

Hei interdum vocatiuo additur. Plau. Aulul.
Hei Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis.
Terent. Eunuch. Hei mihi, laudo tandem perdoluit, vir es.
Cedo, cum verbum sit imperatiui modi, non est, cur interiectionibus adnumeretur. postulat accusatiuum. Cic. 6. in Verr. Cedo tabulas. vel datiuum cum accusatiuo. Idem 3. in Verr. Cedo mihi leges Atinias.

CONIVNCTIONIS CONSTRVCTIO.

Coniunctiones copulatiuæ, & disiunctiuæ, cum ad idem verbum referuntur, similes casus connectunt.
Cic. in Anton. Quis non doleat interitum talis & viri, & ciuis? *Phil.12.*
Sall. diuitiarum, & formæ gloria fluxa, atque fragilis est. *Bel. Cati.*
Cic. de Senect. Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, oliuetorumque specie dicam?

Quam, Nisi, An, Præterquam.

Quam, Nisi, An, præterquam, eosdem itidem casus copulant.

lib.3. Cic. Att. An existimas ab vllo malle me legi, probariq; quã à te? Idem pro Sest. Quem vnquàm Senatus ciuem, nisi me, nationibus exteris commendauit?

lib.3. Idem de Orat. Refert etiam, qui audiant, Senatus, an populus, an Iudices.

Inuect.3. Idem in Catil. Pro tantis rebus nullum à vobis præmium postulo, præterquam huius diei memoriam sempiternam.

Exceptio.

Aliquando huic constructioni certa dictionum proprietas obstat: Vt Fui Romæ, & Athenis.

Aut Brundusi, aut Sulmone mortuus est.

Emisti ne librum centusse, an minoris?

Malim Panormi, quàm Syracusis esse.

Etsi, Tametsi, Quanquam.

Etsi, Tametsi, Quanquam in principio statim sententiæ indicatiuum postulant.

lib.1. Cic. pro Mil. Et si vereor iudices, &c.

lib.10. Idem Lentulo, Tametsi nihil fuit optatius.

Idem Planco, Quanquam gratiarum actionẽ à te non desiderabã.

lib.2.c.3. Alibi etiam subiunctiuum admittunt.

Quint. Cædi vero discentes, quanquam receptum sit, & Chrysippus non improbet, minime velim.

Etsi, Quanquam, principijs librorum, orationum, ac epistolarum accommodatissima sunt subsequente particula Tamen. Cic. ad Rufum lib. 5. Et si mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus, tamen quotidie magis id perspicio. Idem ad Luceium eodem lib. Quanquam ipsa consolatio literarum tuarum mihi grauissima est, &c. tamen illum fructum ex his literis, vel maximum cepi. Tametsi, vix initio librorum, aut orationum inuenias: apud Ciceronem, vt modo diximus, epistolam ad Lentulum inchoat. Tametsi nihil mihi fuit optatius, & c. illud Cæsaris ad Ciceronem Att. lib. 10. Etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram, & c. In correctis libris legitur, Iudicarem.

Etsi, Tametsi, Quanquam, cum primum locum sententiæ, ac periodi occupant, Indicatiuum poscunt: cæteris locis non respuunt Coniunctiuum, Cic. de Amicit. Sed nec illa extincta sunt, alunturq; potius, & augetur cogitatione, & memoria; etsi planè illis orbatus essem, magnum tamẽ afferret mihi ætas ipsa

ipsa solatium. Idem 5 in Verr. Non mehercule, quæ loquor, crederem Iudices, tametsi vulgo audirem. Idem 2. de Ora. Erant qui, qui quanquam ita se habere arbitrarentur, tamen quo facilius, &c. Frequentius tamen hæc in medio, & fine periodi cum indicatiuo iunguntur. Idem ad Cassium lib. 15. Præposteros habes tabellarios, etsi me quidem non offendunt, sed tamen, cum à me discedunt, efflagitant literas. Idem Att. 8. Nec vero hæc extrema quisquam potest reprehendere, ꝙ mare transierim, id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire non potui. Idem pro S. Rosc. Quod tametsi miserum, & indignum est, ferret tamen æquo animo. Terent. Andr. Obtundis, tametsi intelligo. Cic. pro S. Rosc. Innocens est quispiam, verum tamen quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret. Idem Cassio lib. 15. In integro res nobis erit, quanquam qui cum loquor?

Etiamsi, Quanuis, Licet, Ut, pro, quanuis.

Etiamsi, Quanuis, Licet, Vt, pro quanuis subiunctiuo gaudent. Cicer. de Amicit. Omnia breuia tolerabilia esse debent, etiāsi maxima sint. *Phil. 2.*

Idem in Anton. Homines quanuis in rebus turbidis sint, tamen, si homines sunt, interdum animis relaxantur.

Idem post Redit. in Sena. Tantus vester consensus de salute mea fit, vt, licet corpus abesset meum, dignitas in patriam reuertisset.

Idem pro Quint. Vt summa haberem cætera, temporis quidem certe vix satis habui.

Ex his quatuor Quanuis aliquādo initium orationum, epistolarū que occupat: sic Quintilianus quintam, octauam, decimam, & duodecimam declamationem exorsus est. Quintam, Quanuis iudices in tanta malorum continuatione iam potuerim nihil ex accidentium meorū nouitate mirari. Vbi, potuerim, in omnibus libris quos quidem viderim, legitur, non poteram, vt Laurentius legit: aliis etiam locis cum coniunctiuo apud eundem Quintilianum iungitur. Cic. Att. 14. Quanuis tu magna, & mihi iucunda scripseris, &c. tamen si est bellum ciuile futurum, &c. initium est epistolæ. Apud Ciceronem frequentissime cum subiunctiuo copulatur. Apud Horatium tamen epistola quædam sic incipit, Quanuis Sceua satis per te tibi consulis, & scis. Colum. libro 2. cap. 9. etiam indicatiuo vsus est, Quanuis de mensura autoribus minus conuenit, hanc tamen esse commodissimam magister vsus docuit. Etiamsi, Licet, Vt, pro quanuis, nondum cum indicatiuo, quod meminerim, legi: apud Ciceronem cum subiunctiuo leguntur frequētissime. Ad Brut. lib. 11. Tuis enim opibus, & consulatu tuo, etiamsi timidi essemus, tamen

omnem timorem abijceremus. Teren. Heau. Id quidem ego etiamsi neges, certo scio. Illud Ciceronis, quod quidam afferunt, Quam tibi, etiamsi non deseras, mittam: nondum reperi. In illo eiusdem ad Att. Ego bonos viros sequar, etiam si ruent, pro Ruerint ponitur. Tutius itaque vtemur subiunctiuo. Si, pro Quanuis Coniunctiuo iungitur. Teren. Eun. Redeam? non si me obsecret.

Ne causalis.

Ne causalis Coniunctiuum amat.
Teren. Andr. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.
Idem Eunuch. — nunc metuo fratrem, Ne intus sit.
Idem Andr. — tum autem hoc timet, Ne se deseras.

Vt, pro Ne.

Vt, post verba Vereor, Timeo, Metuo eleganter ponitur pro Ne.
Terent. Phorm. At vereor, vt placari possit.
b. 1. Ci. de Ora. Sed illa duo Crasse vereor, vt tibi possim concedere.
b. 14. Idem ad Terentiam, Omnes labores te excipere video, timeo, vt sustineas.
Terent. Andr. Perij, metuo, vt substet hospes.

Ne non, pro Ne.

Post eadem verba, Ne non etiam, pro Ne ponitur.
b. 7. Cic. Att. Si manet. vereor ne exercitum firmũ habere non possit.
b. 9. Ad eundem, Timeo, ne non impetrem.
Idem pro Milone, Cur igitur hos manumisit? metuebat scilicet ne indicaretur: ne dolorem perferre non posset.

Locum Ciceronis integrum apponam, ne quis te pungat scrupulus. Equidẽ illud molior, quod tu mones, sperasque fieri posse, vt mihi Cæsar concedat, vt absim, quũ aliquid in Senatu contra Cneum agatur, sed timeo, ne nõ impetrẽ. Quintil. lib. 7. cap. 2. Vt non, posuit, pro Ne non, Oppidò, inquit, quo sunt vsi paulum tempore nostro superiores. vereor vt iam non ferat quisquam.

APPENDIX.

Si Tertiã addideris negationẽ, te omni metu liberũ significabis.
b. 6. Idem in Verr. Non vereor, ne hoc officium meum P. Seruilio

non probem. hoc eſt, Non dubito quin hoc officium meum. P.Seruilio ſim probaturus.

Vt ne, pro Ne.

Vt ne peruenuſtè ponitur pro ne. *lib.3.*

Cic.in Verr.Impetrant,vt ne iurent. *lib.3.*

Idem ad Q.Fr.opera datur,vt iudicia ne fiant. *lib.13.*

Idem Bruto, Vt ne quid meorum tibi eſſet ignotum,animaduerti te operam dare.

Ni, Niſi, Si.

lib.4.

Ni, Niſi, Si,tum Indicatiuum,tum Coniunctiuum amant.

Terent Andr. Mirum ni domi eſt.

Idem Phorm. Ni noſſem cauſam,crederem vera hunc loqui.

Cic.in Verr.Ni reſtituiſſent ſtatuas, vehementer his minatur.

Niſi.

Idem de Amicit.Ortum quidem amicitiæ videtis, niſi quid adhuc fortè vultis.

Ibidem.Niſi immortalitatem optare vellet,quid non eſt adeptus, quod homini fas eſſet optare?

Si.

Terentius,And. Si illum relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas.

Ibidem, Si id facis, hodie poſtremum me vides.

Cic.Att. Si hortos inſpexeris, dederis mihi quod ad te ſcribam: ſin minus,ſcribam tamen aliquid. *lib.13.*

Idem ad eũdem, Expeditus facito vt ſis,ſi inclamaro,vt accurras. *lib.2.*

Quòd, cauſalis.

Quòd,cum cauſam ad rationẽ reddit, tam Indicatiuo,quam Cõiunctiuo gaudet.

Cic. Att. feciſti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me miſiſti. *lib.2.*

Idem ad eundem, Vtinam illum diem videam, cum tibi gratias agam,quòd me viuere coegiſti. *lib.3.*

Ad eundem, Admiratus ſum, quod ad me tua manu ſcripſiſſes. *lib.9.*

Lib.2. Idem de Diui. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quòd non rediret aruspex, aruspicem cum videret.

APPENDIX.

Verbum, Videor coniunctionem, Quòd, refugit.

Ne ergo dixeris Videtur mihi, quòd sum doctus, quòd es doctus, quòd ille est vir doctus: sed Videor mihi esse doctus.

Videris mihi esse doctus; Ille sibi videtur esse vir doctus.

Et numero multitudinis eodem modo, Videmur nobis esse docti.

lib.9. Videmini vobis esse docti. Illi videntur sibi esse viri docti.

lib.2. Cic. Att. Amens mihi fuisse videor.

Idem ad eundem, Relegatus mihi videor, postea quam in Formiano sum.

Philip.2. Idem in M. Anton. Nescio quid turbatus mihi esse videris.

† In epi. ad Att. 9. Terent. Andr. Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.

† Atticus Ciceroni, sol excidisse mihi è mundo videtur.

Bel. Pu. 8. Liu. Næ tibi P. Corneli cum ex alto Africam comspexeris, ludus, & iocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur.

Quia.

Quia, pro Quòd vtrunque modum admittit.

Cic. de Amicit. Recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.

lib.1. Idem de Finib. Neq; quisquàm est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet.

lib.6. Idem in Verr. Quarta autem est vrbs: quæ, quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur.

Aliæ præterea sunt particulæ, quarum vsum vsus ipse optimus magister te sine tædio, progrediente tempore docebit.



DE

DE FIGVRATA CONSTRVCTIONE.



ORATIO tres virtutes habere debet, vt Emendata, vt Dilucida, vt Ornata sit: quibus uirtutibus totidem uitia contraria sunt. Nam Emendatæ Barbara, Dilucidę Obscura, Ornatæ Inornata aduersatur.

Barbaræ orationis vitia.

Duo sunt vitia, quibus oratio barbara, atque rustica efficitur, Solęcismus, & Barbarismus: quæ, qui, purè, ac emendatè loqui volet, omni contentione, velis, vt ita dicam, remisq; fugiet.

Solœcismus, quantum Emendatæ orationi aduersetur, & vnde nomen assumpserit.

QVO Figuratæ constructionis natura commodius intelligatur, simul de orationis vitijs nobis agendum est: fieri enim potest, vt quis facile decipiatur, cum Figurata ipsa constructio vitij speciem prę se ferat, tametsi ab eo longè absit. Solœcismus vsque cò Latinitati (sic enim autor ad Herennium Emendatam orationem lib. 4. appellat) infestus est, vt eam funditus euertat: neque enim dictionem vnam inuadit sed integram compositionem fœdat, ipsiusque orationis contextum dissipat: Vnde Eustathius in 1. Iliad. vbi de nomine σόος, *hoc est sanus, integer, loquitur, ab ijs, inquit, qui de ratione uocabulorum agunt* σολοικισμὸς, *hoc est, Solœcismus merito dicitur, quasi* σόου λόγου αἰκισμὸς, *hoc est, sani, & integri sermonis iniuria, fęditas, ac corruptio. Idem tamen alio loco docet Solœcismum compositionem fuisse propriam Solorum, vrbis Cypri. Diogenes vero Laertius in Solone scriptum reliquit à Solis Ciliciæ vrbe nomen traxisse: nam cum eodem ducta esset Atheniensium colonia, progrediente tempore corruptam fuisse Atticam linguam, inde illos non* ἀττικίζειν, *sed,* σολοικίζειν *dictos esse. De Barbarismo, hoc est dictione peregrina, aut Latina quidem, sed uitiose scripta, aut pronunciata post dicemus, ne turbetur ordo.*

Quid sit solœcismus, & quot modis fiat.

SOlœcismus Constructionis, atque Emendatæ orationis, de qua hactenus egimus, hostis infestissimus, est vitiosa partium orationis compositio.

Is fit quatuor modis, Adiectione, cum aliquid orationi cõtra pręcepta Grammaticæ adijcitur: vt Scribo cum calamo, Ludo cum pila.

Detractione, cum aliquid eodem modo detrahitur: vt Eo forum Redeo agro. Ne hoc fecit, pro Ne hoc quidem fecit.

Transmutatione, cum partium orationis ordo turbatur, vt Quoque ego, enim hoc voluit, Autem non habuit.

Immutatione, cum pars vna orationis pro alia ponitur, vt Stulti graue ferunt res aduersas. Graue pro grauiter, nomen pro aduerbio.

Fiunt Solęcismi etiam per cæteras orationis partes. Item per ea quæ cognata sunt, idest eiusdem generis, ac partis, vt, Eo intus, Sum intro. Quid huc agis? Quando hic venisti? Scripsit ne Cicero hanc orationem, aut Hortensius? Aut pro An. Non feceris cuiquam iniuriam, pro Ne. Eo apud forum.

Denique fiunt & per ea, quæ partibus orationis accidunt. Per genera, vt Sapiẽtes læto frõte res aduersas ferunt. Per casus, vt Quo is? Romæ. Venio Brundusij. Per numeros, Si unum ad te uocans, dicas, Venite. Per personas, si quempiam honoris causa ita alloquaris, Sedeat, Accedat: pro Sede, Accede. Per modos, vt Peto à te, ut mihi opem fers. Per genera uerborum, vt Mox reddam. pro redibo, ponitur enim actiuum pro neutro.

De solœcismo agit Quintilianus copiose lib. 1. cap. 5. vbi inter multa alia docet, Non feceris, pro Ne feceris, solœcismum esse, cum alterum negandi sit aduerbium, alterum vetandi. Item veni de Susis in Alexandriam, Solœcismum esse per adiectionem. qua de re satis diximus suo loco. Gell. li. 5. ca. 20. ait Solœcismum à vetustioribus Latinis Imparilitatem, & Strobiliginem fuisse appellatum. Sed cum Solœcismi vocabulo Autor ad Heren. Quintilianus, Martialis, atq; alij vtantur, nõ est, cur vocem ipsam reformidemus. Qui hoc vitio laborat σολοικιστὴς, solœcistes, siue solœcista à Luciano dicitur.

APPENDIX.

lib. 1. c. 5. Fuerunt, ut ait Quintilianus, qui Adiectionis vitium Pleonasmon: Detractionis, Eclipsin: Transmutationis, Anastrophen appellarint, negantes hæc vitia species esse Solœcismi.

Quid sit figurata constructio.

Cum apud viros doctos, & qui purè loquendi laude floruerunt, aliquid legerimus, quod Grammaticorum legibus repugnare videatur, non continuò existimabimus eos Solœcismum fecisse, cùm ipsorum autoritate, testimonijsq; soleant Grammatici ipsi sua præcepta confirmare. Nam sunt quædam, quæ faciem quidem Solœcis-

mi

mi habent, uitiosa tamen non sunt. Hoc nouum loquendi genus Figura verborum aut sermonis, aut orationis, siue vt Græci loquuntur, σχῆμα λέξεως, schema lexeos appellatur. Est enim Figura, noua loquendi ratio à trito, & vulgari sermone remota, quæ ferè ratione aliqua nititur.

Si magni autores cùm partes orationis, aut earũ attributa permutant, in Solœcismum incidunt, Cicero, Terentius, Cæsar, Liuius, cæteriq́; antiqui non rarò hoc uitio laborarunt. Non est igitur solœcismus sed schema. Quãuis hoc, quod schema vocatur, inquit Quintilianus eodem loco, si ab aliquo per imprudentiam factum erit. solœcismi vitio non carebit. Eustathius in Odiss. λ, docet quæ noue, figurateq́; ab Homero, alijsq́; viris doctis dicuntur, non solœcismũ sed σολοικοφανῆ σχήματα, hoc est schemata quæ faciem habent solœcismi, aut simpliciter schemata tantum appellari, peccatumq́; esse voluntarium, non ab inscitia profectum. Solœcismum vero esse peccatum non voluntate sed ignorantia commissum. Schema, vt idem Quintil. ait, ferè habet aliquam rationem: verum ne nimium sis solicitus de rationibus inuestigandis, interdum enim pro ratione est uoluntas, atq́; vsus doctissimorum, quæ pluris sunt facienda, quàm Grammaticorum omnium leges. Verbi causa, inquit Cic. Verr. 4. Hominem id ætatis, quàm tumultuosissimè adoriuntur. Idem ad Thoraniũ lib. 6. ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non nostra culpa acciderunt fortiter ferre debeamus. Elegãtiam huius locutionis omnes admirantur, rationem fortasse nemo facile inuenerit. Neq; enim uidetur Hellenismus, cum affirmet Budæus in commentarijs ling. Græc. non esse apud Græcos similes locutiones. Itaq; cum uiri docti in Grammaticorum leges minime iurarint, obseruabimus, atque colligemus diligenter, quę sua sponte eleganter dixerunt, vt ea nobis ad imitandum proponamus, non ut ad Grammaticæ normam, & angustijs ea dirigamus. Et, ut, quod sentio, breuiter dicam, si tum ligata, tum soluta oratione emendate aut scribere aut loqui studes, tibi eos, qui vtraq; facultate præ cęteris floruerunt, imitandos propone.

Enallage.

Enallage figura est, cum pars una orationis pro alia ponitur.

Cic. At. quã turpis est assentatio, cũ viuere ipsum turpe sit nobis. *lib.* 13.

Idem ad eundem, Philotimus non modo nullus venit, sed ne per *lib.* 2.
literas quidem, aut per nuncium certiorem facit me.

Terent. And. Ita facto opus est.

Hic vides partes orationis inter se cõmutatas, Viuere ipsum pro uita ipsa, Verbũ pro nomine: Nullus pro nõ, Nomẽ pro aduerbio: Facto pro fieri, Participium pro verbo. Neq; quisquã tam demens erit, vt credat Terentiũ, aut Ciceronẽ solœcismũ fecissè. Est ergo schema, siue figura, quæ Enallage dicitur.

Sunt

Sunt & alia nomina quæ pro aduerbijs ponuntur, vt Recens, Sublime, Frequens. Suet. in Tiber. c. 1. Inde Romam recens conditam cum magna clientum caterna commigrauit. Cic. 2. de Diuinat. Eaq; scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inuenta. Idem de Amicit. Venio in Senatum frequens. Sic Toruum, horrendum, & alia id genus apud poetas. Nomen interim loco interiectionis indignantis ponitur. Cic. in Catil. 4. Quę (malum) fuit ista amētia? Contrà aduerbium aliquando partes nominis agit. Plaut. Merc. Bene sit tibi. Plin. lib. 5. ad Macrum. Bene est mihi, quia tibi bene est. Cic. Att. lib. 5. Male sit Antonio si quidem Buthrotijs molestus est. Sic Sat, Satis, Abunde, Partim, de quibus in constructione aduerbij dictum est, Verbum loco interiectionis blandientis. Idem ad eandem libro 5. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe.

Fit etiam Enallage per attributa partium orationis.

lib. 10. Per casus. Cic. pro Sext. Rosc. Duo sunt Titi Hoscij quorum alteri Capitoni est cognomen.

cap. 73. Per numeros, Plin. In Africa magna pars ferarum æstate non bibunt inopia imbrium. Per modos, Terent. Andr.

lib. 2. Si te æquo animo ferre accipiet negligentem feceris.

Cic. Att. Respiraro, si te videro. Per tempora,

lib. 3. Idem in Verr. Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum esse: vicisti.

Partium attributa appellantur accidentia, casus, numerus, genus, persona, & cętera. Huius figurę beneficio soluent pueri varios nodos, quibus interdum constricti tenentur, maxime cùm in poetas inciderint. Virg. 6.

Proijce tela manu sanguis meus.

Idem 8. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum,

Adsis o tandem. Vtrobiq; nominandi, pro vocandi casus positus est.

Idem 3. Aen. — celsam Buthroti ascendimus vrbem.

Genitiuus pro accusatiuo, Buthrotum vrbem. Idem lib. 5.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat.

Ablatiuo vsus est pro accusatiuo, vt docet Non. Marcel. Est mihi cognomen Capitoni, Africano, frequentius, & elegantius dicitur, quam Capito, Africanus. Cicer. 7. Verr. Quid de Apollonio Dioclis filio Panormitano, cui Gemino cognomē est, prętериri potest? Liu. libro quarto ab Vrb. Collega additur ei Agrippa Merenius, cui Lanato erat cognomen. Idem 2. ab Vrb. Erat tum in castris inter primores iuuenū Cn. Martius adolescens, & consilio, & manu promptus, cui cognomen postea Coriolano fuit. Dicitur etiam, est mihi Faustulo nomen. Idē 1. ab Vrb. Faustulo fuisse nomen ferunt. Plaut. Cistel. Nomē est mihi Auxilio. Malim tamen hic nominatiuo vti, est mihi nomen Faustulus, Auxiliū, quo modo frequētissimè loquitur Cic. pro. Cæcin. Argentarius Sext.

Clo-

Clodius, cui nomen est Phormio. Idem 6. Verr. Est fons aquæ dulcis, cui nomẽ Arethusa est. Terẽt. in prolog. Hecyr. Hecyra est huic nomẽ fabulæ. Plaut. Menæch. Mihi est Menæchmus nomen. Idẽ tamẽ in Amph. interrogandi casu usus est: Nomen Mercurij est mihi. Grammatici Antiptosin proprie appellãt, cũ casus pro casu ponitur, Genus genere permutatur. Plin. li. 18. ca. 35. Nube grauida candicãte, quod uocant tempestatem albam, grando imminebit: pro Quam Illud Teren. Phorm. *Hęcine erant itiones crebræ?* *item Plauti Pænul.* *Hęcine sunt filię meę?* *non huc spectãt, simplici enim e scribitũ Hæcine, & cine syllabica est adiectio, ut Hiscine in datiuo plurali: itaque non ponitur genus neutrum pro fœminino, ut quidam putat. Numerus pro numero. Virg. 1. Aen. Pars in frusta secant, Ouid. 2. Fast. Thura ferant, placentq; nouum pia turba Quirinum. Cic. pro Mil. Si tempus est ullum iure hominis necandi, quę multa sunt, certe illud non modo iustum, uerum etiam necessarium, cum uis illata defenditur. Reperitur & in personis hæc permutatio, sed rarius. Terent. Phorm.*

Cet. Siquis me quęret rufus. Da. Pręstò est, desine:

pro Pręstò sum. Modus pro modo, ut illud Terentij, Feceris, pro Facies; Coniunctiuus pro Indicatiuo. Tempus pro tempore. Cic. ad Att. libr. 14. Utinam liceat istis concionari; cui, si esse in Urbe tuto licebit, uicimus: pro Vincemus. Pręteritum pro futuro. Liu. 1. bel. Puni. Si hoc bene fixum omnibus, destinatumq; in animo est, iterum dicam Vicistis; pro Vincetis. Permutantur deniq; uerborum genera. Virg. 11. — pictis bellantur Amazones armis. Bellantur, pro bellant. De Modorum, Temporumq; permutatione fusius dictum est in uerborum declinatione.

Eclipsis.

Eclipsis figura est cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est.

Cic. ad Att. Ego si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. *lib. 15.*
Idem in Verr. Ridere conuiuæ, calumniari ipse Apronius.
Idem Att. Quid mihi autores? aduolo ne an maneo? *lib. 5.*
Idem pro Planco, Pro uno filio duo patres deprecamur.

Hanc figuram appellat Quintilianus lib. 9. ca. 3. Synecdochem, cum, ut ipse ait, subtractum uerbum aliquod satis ex cęteris intelligitur: ut Cælius in Antonium, Stupere gaudio Græcus: simul enim auditur, Cępit. Eclipsin uero idem libro primo, cap. 5. & libro. 8. cap. 6. inter uitia numerat, cum scilicet aliquid necessariò orationi detrahitur: ut Venio Aegipto. Quare diligẽter animaduertendum est, ne quid contra doctorum hominum consuetudinem admittamus: nõ enim schema erit, sed solęcismus; qui detractione fit. Nos more *lib. 13.*

Gram-

Grammaticorum Eclipsin appellauimus. Terent. Andr. S. Chreme pietatem gnati? vbi Donatus ἔλλειψις, deest enim, Vides, aut aliquid tale. Hæc figura latissimè patet, ac fere per omnes partes orationis manat. Nam desideratur interdum nomen. Cicer. ad Att. libro 6. Statua, quæ ad Opis per te posita, in excelso est. Vbi accusatiuus Aedem, vel templum deest: quem 2. Philip. idem expressit. Qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberasti. Item, Viã, aut Iter, Idem ad Att. lib. 5. Nos in castra properamus, quæ aberant bidui: qui aliquando etiam apponitur. Idem pro Planc. Cum abesset aliquot dierum uiam. Lentulus Senatui lib. 12. famil. Cassium autem cum suis omnibus copijs nunciatum esse quatridui iter ab Laodicea absuisse. Nauem, Cicer. Tironi. 16. Nos eo die cœnati soluimus. Hic etiam interdum adhibetur. Cæsar. lib. 1. bel. Ciuil. Pompeius sub noctem naues soluit. Cælum, Liu. lib. 7. belli Mac. Nursiæ sereno satis constabat nimbum ortum. quod paulo inferius expressit. Cælo sereno interdiu obscurata lux est. In illis Decies sestertium, Vicies sestertium, Centies sestertium, & id genus cęteris, ad implendam orationem desideratur (centena millia) nam antiqui, ut docet Budæus, decies centena millia sestertium, centies centena millia sestertium dicebant: postea usus obtinuit, ut compendiose dicies sestertium, centies sestertium, dicerent. Nonnulli scriptores maxime poetæ compendiosius loquentes, Decies, uicies, centies tantùm dicunt. Mart. lib. 5.

Ducenties accipit, & tamen uiuit

Cic. pro Sex. Rosc. Amer. Bona potius pro huiusce Sexti Roscij, quę sunt sexagies quæ de uiro clarissimo, & fortissimo. L. Sulla, quem honoris causa nomino, duobus millibus nummum se se dicit emisse adolescens uel potẽtissimus hoc tempore nostræ Ciuitatis L. Cornelius Chrysogonus. Verba quæ exceptæ actionis uocantur, ut Grandinat, pluit, occultè antecedit uel res uerbi, ut grando, pluuia, uel Deus, uel Natura, ut Grammaticis placet. Nonnunquam alij etiam nominandi casus præcedunt. Virg. 4. Georg.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Tibul. lib. 2.
Hæc fore dixerunt belli mala signa cometen,
Multus ut in terris deplueretq́; lapis.

Plin. lib. 2. c. 56. Effigies, quæ pluerat, spongiarum ferè similis fuit. Desiderantur etiam pronomina ante uerba primę, & secundæ personæ, quæ fere non explicantur, nisi certis de causis, qua de re initio huius libri dictum est. Eadem pronomina sępe desiderantur cum ad se personam tertiam euocãt, ut Pro uno filio duo patres deprecamur: ubi Nos desideratur. Terent. Andr. Facile omnes cum ualemus recta consilia ægrotis damus. Hanc recentiores Euocationem appellant: desideratur non raro relatiuum. Qui quæ quod. Virgil. 1. Aen. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni deest accusatiuus. Quam. Verba frequenter absunt. Si Tiro ad me, auditur,

Venerit:

Venerit: Cogito in Tusculanum, deest proficisci. Ridere conuiuæ, simul auditur verbum cœperunt. Cœpit calumniari ipse Apronius. Sunt qui existiment esse Enallagen modorum, Ridere pro ridebant: sed Quintilianus, ut paulo antè dixi, putat esse Synecdochen. Stupere gaudio Græcus, simul, inquit, auditur Cœpit. Quid mihi autores? deest (vt faciam:) sic Terent. Adelph. Id ne estis autores mihi? Plaut. Pseud. Quid mihi es autor Simo? vide Budæi in Comment. linguæ Græcæ. Plin. Caninio lib. 2. Studes, an piscaris? an simul omnia? omisit uerbum Facis. Cic. ad Att. 16. Sed plura, cùm ista cognoro: Scribam, extrinsecus assumendum est. Desideratur & infinitum Esse, Terent. Andr. Non ne prius communicatum oportuit? Idem Heaut. Interemptam oportuit. Interdum explicatur. Cic. pro Cluentio, Hac lege accusatum esse oportuit. Idem in Catil. 3. Hoc, quod iampridem factum esse oportuit, certæ de causa nondum adducor, ut faciam. In his Factum uolo, Mallem datum, Ego ne te uisum, aut auditum velim? & cæteris eiusdem generis, quæ crebrò apud Terentium, aliosque autores reperiuntur, uidetur idem infinitum desiderari; in quibus Quint. lib. 9. ca. 3. ait participium pro uerbo poni: Vtimur, inquit, participio pro uerbo, ut Volo datum. Intelligamus obiter direptam Grammaticorum controuersiam, sunt enim, qui participia hæc esse dicant, alij supina. Nonnunquam tamen videtur supinum, ut in illo Terentij Adelph. Sane nollem hunc exitum. Nisi quis dicat esse participia, quæ iam exoleuerint, vt obitus, unde obita mors. Eiusdem generis uidetur illud eiusdem Heaut. — vt vt erat, mansum tamen oportuit. & Plaut. Pers. Dum stas, reditum oportuit pro Mansisse, Redisse: nam Mãsum esse, Reditum esse intolerabilia sunt. Participium, Scriptus, eleganter tacetur. Cic. ad Q. Frat. li. 3. Hoc inter cœnam Tironi dictaui: ne mirere alia manu esse. Ad eundem li. 4. Occupationũ mearũ, vel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est. Ad eundem 7. Tua manu erant epistolæ. De, præpositio aliquando abest. Teren. Andr. Quid me fiet? Ibidem, Nunc primum audio quid illo factum sit. Desideratur coniunctio, Etiam, non raro. Cic. Verr. 2. Video non modo cæteros, sed te ipsum totidem verbis addixisse. Idem 3. Quid est quamobrem putes te tuam culpam nõ modo deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? Idem pro Plãc. Manlium non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio.

Zeugma.

ZEugma figura est, cùm id quod in oratione desideratur, è proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, cæterisque attributis. Cice. in vltimo parado. Nulla possessio, nulla vis auri pluris, quam virtus æstimanda est. Idem pro C. Rabyr. Virtus, & honestas, & pudor cum Consulibus esse cogebat.

Si id, quod desideratur in oratione extrinsecus assumitur, Eclipsis est, vt ante diximus: sin vero è proximis, atque uicinis uerbis assumatur, neque ulla fit mutatio, Zeugma est. Nam si uelis posita exempla omnibus numeris explere dices. Nulla possessio pluris quam uirtus æstimanda est: nulla uis auri pluris, quàm uirtus æstimanda est, ubi nec genus, nec numerus, nec casus mutatur. Virtus cum Consulibus esse cogebat. honestas cum consulibus esse cogebat. Verbum Cogebat singulis substantiuis redditur, seruato eodem numero, persona, modo, tempore.

Exempla ubique se se offerunt. Cæs. li. 1. bel. Gal. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona, & Sequana diuidit. Varr. 1. de Analog. Cōsul fuit Tullius, & Antonius. Salust. Cat. Libertas, & anima nostra in dubio est. Plin. lib. 6. cap. 50. Piscium Lupus, & trichias bis anno parit. Si id, quod assumitur ad orationem implendam, primum est, Protozeugma dicitur. Cic. ad Att. lib. 16. Egit pater, & filius, ut tibi sponderem. Si medium, Mesozeugma. Autor ad Heren. lib. 4. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut uetustate. Si postremum, Hypozeugma. Cic. ad Att. lib. 12. Mihi & res, & conditio placet. Iuniores Grammatici existimant Zeugma esse, cum uerbum aut adiectiuum nomen multis adiectiuis additum cum uiciniore conuenit, ut hic illius arma, Hic currus fuit.

Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Vtrunque tamen exemplum veteres, ut mox planum faciemus, syllepsi subijciunt.

Syllepsis.

Syllepsis est, cùm id quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo è cæteris accidentibus.

lib. 6. Bel. Mac. Cic. in Verr. Risus populi, atque admiratio omnium facta est.

7. lib. 2. Liuius, Nulla expeditio, nullum equestre prælium sine me factū est.

Bel. Mac. Cic. ad Q. Frat. Ille timore ego risu corrui.

7. Ibidem. Liuius, Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quàm ego, fratresque mei.

Idem, Pater, ego, fratresque mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo Aetolico bello terra, marique pro vobis arma tulimus.

Zeugma in similibus clausulis locum habet, hoc est in quibus attributa, siue accidentia partim orationis integra manent: syllepsis uero in dissimilibus,

hoc est ubi dissimilitudo, mutatioque attributorum, seu accidentium necessariò fit, vt oratio suis numeris plena sit: si enim ita impleas, Risus populi facta est: Nulla expeditio factum est, Quàm ego fuit fratresq; mei fuit, immanes erunt solœcismi: mutanda ergo necessariò sunt accidentia partium, Risus factus est, Expeditio facta est: Quàm ego fui fratresque mei fuerunt. Donatus, & Diomedes illud Virg. 1. Aen. — hic illius arma, Hic currus fuit: illud item 1. Eglog. — sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis: Syllepsi subijciunt, non zeugmati, ut recentiores uolunt. Cum genus mutatur, syllepsis dicitur per genera. Cic. 7. Verr. Plenum forum, & basilicas istorum hominum uidemus. Terent. Andr. vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Vbi donatus syllepsis, inquit, per genera. Per casus, cum variatur casus. Terent. Adelph. — uerum si augeam, Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ: A genitiuo Iracundiæ, sumitur accusatiuus Iracundiam, ut sit plena oratio, Verum si augeam iracundiam, &c. Syllepsis, inquit, Donatus, nam à genitiuo casu accusatiuus assumptus est. Idem prolog. Andr. Poeta cùm primum animum ad scribendum appulit.

Id sibi negotij credidit solum dari,

Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Plena oratio, Populo ut placerent fabulæ, quas fabulas fecisset. Quomodo non rarò loquuntur autores antecedens nomen repetentes. Cæsa. 1. Bel. Gal. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. Ibidem omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, quo die ad ripam Rhodani conueniant, is dies erat ad V. Cal. Aprilis. Autor ad Herenn. lib. 1. Oratoris officium est de his rebus posse dicere, quæ res, &c. Donatus, ad Fecisset, inquit, retulit Fabulas, non ad Placerent: & est figura syllepsis. Cum relatiuum antecedens eodem genere, numero, & casu præcedit, figurata est oratio. Liu. libr. 9. Bel. Pun. Quem ceperant exules montem, herbidus, aquosusque est. Recta oratio est, Mons, quem montem ceperant exules, &c. Ab accusatiuo Montem assumptus est nominatiuus Mons. Aliquando Antecedens præcedit relatiuum, sed tunc durior redditur oratio. Terent. Eunuc.

— eunuchum, quem dedisti nobis, quas turbas dedit.

Virgil. Aenei. 1. Vrbem quam statuo uestra est. Si dixissent, Quem dedisti nobis eunuchum, quas turbas dedit. Quam statuo urbem uestra est, Syllepsis tãtum esset per casus. Sed de hac re suprà diximus cum de Relatiui, & Antecedentis consensu egimus: & paulo post dicemus, cum de præpostero uerbo rum ordine agemus. Per numeros. Cic. ad Q. Frat. lib. 1. Frons, oculi, uultus persæpe mentiũtur, oratio uero sæpissime: Necessario mutãdus est numerus, si uelis locutionẽ explere: Frons mẽtitur, oratio mẽtitur. Per personas Cic ad Cæsarẽ. 7. Fam. Sustulimus manus & ego, & Balbus. Interdũ tertia persona prima

primæ præponitur modestiæ causa. Liu. lib. 7. Bel. Mace. Pater, ego, fratresq; mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo Aetolico bello, terra, marique pro uobis arma tulimus.

Secunda prima. Plau. Rud: Quot sunt? S. totidem quot tu, & ego. Per modos, Luccius ad Ciceronem lib. 5. Ego valeo sicut soleo, paulo etiam deterius quàm soleo, simul auditur valere. Per tempora, ut si dicas, Elegantius nunc loqueris quam superioribus annis: assumendum, Loquebaris, ad implendam orationem. Non solum fit syllepsis per ea, quæ partibus orationis accidūt, sed etiam per ipsas orationis partes, obscurius tamē; cum eadem pars orationis, vt integra sit oratio, interim repetitur eadem quidem voce, sed diuersa significatione. Iust. li. 1. Prouolutæ deinde genibus Alexandri non mortem, sed vt Darij corpus sepelirent, dilationem mortis deprecantur. Verbum Deprecantur, priore membro significat recusare, (Non mortem deprecantur, hoc est, nō recusant:) posteriore vero obsecrare. Idem lib. 3. Ita egregius adolescens & cædem patris, & necem fratris, & se ab insidijs Arthabani vindicauit. Vindicauit cædem patris, hoc est, vltus est: se vindicauit, idest, liberauit.

Varia syllepseos significatio.

Cum scriptores constructione potius intellectus, & sensus rationem habent, quàm verborum, putant Iuniores esse Synthesin figuram ueteribus incognitam, Donatus syllepsin appellat: nam uerbum συλλαμβάνομαι, vnde syllepsis fit, concipere, & intelligere significat: & quia autores ad intellectum, non ad uerba respiciunt, merito syllepsis dicitur. Terent. Andr.

Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

Donatus ad intellectum, non ad uerba redegit, & est figura syllepsis per genera. Virg. Pars in frusta secant, per numeros: nam quia scelus, scelestus, intelligitur modo, Qui subiunxit, non Quod. Hæc ille. Vbi, ut uides, Pars in frusta secant, Syllepsis per numeros ab eodem Donato dicitur, quia Pars vim habet pluralem. Alij Enallagen generis, numeri appellant. Idē Donatus syllepseos nomine interdum pro Eclipsi vtitur, & primam syllepsin nonnunquam appellat. Terent. Andr. tantum laborem capere ob talem filium?

Syllepsis, inquit est, assumendum enim extrinsecus Me. Idem Phorm.

Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? G. negat.

Donatus, syllepsis prima, nam extrinsecus audiendum est Pater. Postremo syllepsis pro tropo Synecdoche accipitur nonnunquam, præcipue apud Græcos, vt Eustathius multis locis docet, maxime in Ἰλιάδ. α. λ. ι. Nam verba Græca, unde vtrunque verbum deriuatur, idem significant, συνεκδέχομαι, & συλλαμβάνομαι. Vnde Diuus Hieronymus in illud D. Matthæi capitulo 26. Videntes autem discipuli indignati sunt: ita inquit, Scio quosdam hunc

hunc locum calumniari, quare alius Euangelista Iudam solum dixerit contristatū, eò quod loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit: & Matthæus scribat omnes Apostolos indignatos, nescientes tropum, qui vocatur συλληψις hoc est, syllepsis, quo & pro vno omnes, & pro multis vnus appellari soleat. Idem in illud D. Matthæi cap. 14. Erant quidam indignè ferentes: appellauit Synecdochen his verbis, Per synecdochen dicitur vnus pro multis, & multi pro uno.

Prolepsis.

PRolepsis est, cum dictio aliqua totum significans præcessit. quæ rursus in partibus intelligitur, neque explicatur: vt Duo reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace.

Liu. Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. *Ab vr. 1.*

Sallu. Exercitus hostium duo, vnus ab Vrbe, alter à Gallia obstant.

Dictio totum significans est Reges, partes Romulus, Numa, vbi rursus Romulus rex, Numa rex dicendum erit, si orationem vellis integram facere. Dictio, quæ præcedit, fere aut est pluralis numeri, aut pluralem vim habet. Cæsar 3. Bel. Gal. Eodem die vterque eorum ex castris statiuis à flumine Apso exercitum educunt, Pompeius clam, & noctu, Cæsar palam, atq; interdiu. Verbum fere conuenit cum dictione præcedente, vt proposita exempla docent: Liuius tamen aliter locutus est, Periti religionum, iurisque publici, quando duo ordinarij Consules alter morbo, alter ferro perijsset, suffectum Consulem negabant rectè comitia habere posse. Hac, Sallust. Catil. Ea tempestate cœpere se quisque magis extollere. Plaut. Stich. Alius alium percontemur. Gellius lib. 11. cap. 7. Aspexerunt omnes, qui aderant alius alium. Senec. 1. epist. 7. Hæc ego non multis, sed tibi, satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Plin. lib. 11. cap. 30. Ex diuerso conuehunt altera alterius ignara. Hæc inquam, & alia id genus implicitam prolepsin quidam vocant, in qua scilicet aliquid deest, totum nimirum, aut partes: Donatus ait esse priscam orationem. Terent. Adelph. Aperite aliquis actutum ostium; Vim pluralem, idem inquit, habet Aliquis, quamuis singulariter dicatur: non est enim aliquis nisi de multis, rectè ergo Aperite aliquis, & nouè: nam non placet illud, vbi duæ distinctiones sunt, vnde Aperite est vna, altera Aliquis actutū ostium: ut assumatur rursus Aperiat. Proprie enim veteres, & Quis, & Aliquis, & Quisquam non obseruabāt, quo genere aut numero declinarēt; est ergo figura ἀρχαϊσμός. Hęc ille. Quod si id verum est, idem de nominibus

Alter, alius, vter, neuter, quæ cum verbis pluralis numeri iunguntur, vt initio huius libri diximus, sentiendum est.

Archaismos.

Archaismos constructio est, qua prisca vetustas potissimum vsa fuit. Terent Eunuc.

Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi.

Idem ibidem, Eijciunda est hercle hæc animi mollities, nimis me indulgeo. Plaut. Milit.

Iura te non nociturum esse hominem de hac re neminem.

lib. 5. Cic. in Verr. Hanc sibi rem præsidio sperant futurum.

Multa huius generis inueniuntur apud Plautum. Aulul. Fastidit mei Persa, Lucro faciendo ego auspicaui. Mengh. Ex insidijs aucupa. Trinum. Cum his ce grumnis deluctaui Asin. Meum caput contemples. Trucul. Ego expedibo, Amphitr. Sed fugam in se tamen nemo conuertitur. Bacch. Occidi animus iam isto dicto plus præsagitur mali. Ibid. Prænestinum opino esse. Sic certatur, adiutatur, pro certat, adiutat apud Pacuuium. Turpilius, At scies ea, quæ fuisti nescius: Idem, Meos parentes careo. Pomponius, quod lætitias insperatas mihi irepsere in sinum: accusatiuus pro nominatiuo. Num illum Ci. 6. in Verr. huc spectat? Sanxerunt ne quis emeret mancipium nisi in demortui locum: si quis Romæ esset mortuus? imo si quis ibidem. Qui plura volet, legat Non. Marcellum, Festum, & reliquos priscæ vetustatis indagatores.

Hellenismus.

Hellenismus est constructio, quæ Græci sermonis leges non Latini obseruat.

Luceius ad Ciceronem. Si solitudine delectaris, cum scribas, & agas aliquid eorum, quorum consueuisti, gaudeo.

lib. 5. Virgil. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Idem, Triste lupus stabulis: maturis frugibus imbres.

Eclog. 3. Dulce satis humor: depulsis arbutus hœdis.

Ibidem. Idem, Os, humerosq; Deo similis,

Idem, Hæc fatus latos humeros, subiectaque colla,

Veste super, fuluiq; insternor pelle leonis.

Aen. 1.

Aen. 2. *De hellenismis agit Priscianus libro 17. copiose. Et Budæus in Commēt. Linguę Græcę. Thomas Linacer in lib. de Emēd. Construct. Quod uerò ad proposita exempla attinet, Relatiuum apud Græcos etiam in casu cū Antecedē*

te consentit : ob quam causam Luceius quorum pro Quæ, dixit. Certandi uerba apud eosdem dandi casu gaudent. unde libello contendo, pugno, certo apud poetas cum datiuo leguntur. Iidem neutrum nomen singularis numeri cum masculinis, & femininis utriusque numeri iungunt, quos Virgilius imitatus, dixit Triste lupus, triste imbres, dulce humor, dulce arbutus. Vide Budæum in Comment. Linguæ Græcæ. Virg. 2. Aen. — cætera Graius. & 2. Georg. — & tremit artus.

Horat. 2. serm. Sat. 7. — tremit ossa pauore, Ibidē, — nasum nidore supinor.
Virg. 12. — verbena tempora uincti. Hoc hellenismo utuntur poetæ, & interim historici, ut supra diximus, cum de Ablatiuo partis egimus, ubi exempla inuenies. Diome. lib. 2 Nuda genu, hellenismum uocat. Quidam hanc figuram Synecdochen, hoc est Eclipsin appellant: nam Synecdoche, ut paulo ante diximus, tum tropum, tum Eclipsin significat: deest autem in his locutionibus præpositio Græca κατὰ id est secundum. Ad hellenismum etiam hæc spectant. Terent. Heaut. Visam si domi est, pro An sit. Horat. 3. Carm. Abstinere irarum pro ab iris. Illud etiam in Ver. 1. Cum illius mihi temporis uenit in mentem; credit Priscianus lib. 17. esse hellenismum, pro Illud tempus, Illud Terent. Andr. Vbi illic est scelus, qui me perdidit?
& ibidem — scelus quemnam hic laudat? Ait Budæus à Græcis esse sumptum. Huc etiam spectant illa Terent. Eunuch.
— ego illum nescio Qui fuerit. ibid. — scin' me in quibus sim gaudijs? ibidem — nunc metuo fratrem Ne intus sit. Et, metuo patrem, ne rure redierit. In his enim, & similibus Latini sermonis ratio potius nominandi, quàm accusandi casum amat. Metuo, ne frater sit intus: Ne pater rure redierit &c. Sed hæc hactenus, cætera ab ijs, quos paulo ante dixi, sunt petenda.

De Barbarismo.

BArbarismus est dictio aut omnino barbara: aut Latina quidem, sed vitiosa, scripto, vel pronuntiati ne.

Barbara omnino, et peregrina, vt Perla, pro vnione: Auiso, pro ad moneo, & alia generis eiusdem.

Latina dictio vitiosa fit pluribus modis:

Per genera, vt Gladia, p o gladij.

Per numeros, vt Scopa, pro scopæ: Tritica pro triticum.

Per declinationem, vt fames famei, pro famis: Vasibus, pro vasis.

Per coniugationem, vt, Staui, pro steti: Legebo pro legam: Veneraui, pro veneratus sum.

Diuisione, cum diuidimus coniuncta, vt Syluæ, dissoluo quatuor syllabarum, pro syluæ, dissoluo trium.

Cōplexione, cum diuisa coniungimus, vt Phæton, pro Phaethō.

Adiectione literæ, vt relliquiæ geminio, l, pro simplici: Alituum pro alitum. Syllabæ, vt Dicier, pro dici, Mauors, pro Mars. Aspirationis, vt Hinsidiæ, cum scribendum sit sine aspiratione. Temporis, cum syllabæ breui, quæ vnum habet tempus, additur alterum, vt fiat longa vt Italia prima longa, pro breui.

Detractione literæ, vt Peculi, pro peculij. Syllabæ, vt Temnere, pro contemnere. Aspirationis, vt Odie, pro hodie. Temporis, cum syllabæ longæ, quæ duo habet tempora, vnum detrahitur, vt fiat breuis, vt Vnius, Affligit media breui, pro longa.

Immutatione, cum litera vna, aut syllaba pro alia ponitur, vt Olli, pro illi.

Transmutatione, cum litera, aut syllaba è suo loco in alienum transfertur, vt interpretor, pro interpretor.

Fiunt deniq; Barbarismi Tenore, cum accentu alio pro alio vtimur: vt si præpositiones à suis casibus separemus, easque tenore acuto, vel inflexo pronuntiemus, vt ad eum, ab illo, à quibus, circum littora: cùm graui accentu, dissimulata distinctione, simul cum suis casibus pronuntiandæ sint, tanquam si vna esset vox.

Peregrini in Græciam profecti, cum Græcè loqui conarentur, atq; in voces absonas, vt aiunt βαρ, βαρ, bar, bar sæpius prorumperent, Barbari dicti sunt, vnde vitium posteri Barbarismũ dixerunt. De etymo. huius nominis multa Strabo lib. 14. Gell. lib. 13. ca. 6. Quod nunc, inquit, barbarè quem loqui dicimus id vitium sermonis, non barbarum esse, sed rusticum: & cum eo vicio loquentes rusticè loqui veteres dictitabant. P. Nigidius in commentarijs Grammaticis, Rusticus fit sermo, inquit, si aspires perperam. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgò Barbarismus, qui ante D. Augusti ætatem purè, atque integrè locuti sunt, an dixerunt, nondum equidem inueni. Hęc Gellius.

Barbarismus, vt Quint. lib. 1. c. 5. docet, pluribus modis accipitur, Gẽte, Animi natura, Adiectione, Detractione, Immutatione, Trãsmutatione, Per genera, Per numeros, Diuisione, Cõplexione, Spatio, Aspiratione, Tenore. Gente, vt siquis Afrũ, vel Hispanum Latinæ orationi nomen inserat. A Diomede, & Donato vox barbara, & peregrina βάρβαρα λέξις hoc est, barbara dictio appellatur, nõ Barbarismus. Animi natura, vt is, à quo insolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictũ sit, barbare locutos existimet. Idẽ Quintilianus, affirmat Barbarismũ fieri per genera, & numeros. Absurdũ, inquit, forsan videatur dicere, Barbarismũ, quod est vnius verbi vitiũ, fieri per numeros, aut genera, sicut Solœcismũ: Scala tamẽ, & Scopa, cõtraq; Hordea, Musta, licet literarũ mutationẽ, detractionẽ, adiectionẽ nõ habeãt, nõ alio vitiosa sunt, quã quod pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferuntẽ. Et Gladia qui dixerunt,

runt, genere exciderunt. Hæc ille. Itaq; fit Solæcismus per numeros, quum partes orationis non consentiunt numero. Per genera quando adiectiuum, & substantiuum genere discrepant. Barbarismus per eadem fit, sed aliter, cum nimirum inusitatum aut genus, aut numerum nominibus tribuimus. Fit etiã per declinationem, si αἴας αἴου hoc est, Aiax Aiaci declines: uide Magnum Etymol. Barbarismum adiectione, vel detractione temporis, appellant Quintilianus Barbarismum spatio. Tempus.n. spatium est, quo syllaba pronuntiatur. Idem separatim egit de Barbarismo Aspirationis, quia sunt, qui putent sono tantum, & pronuntiatione hunc barbarismum fieri, cum, ut iisdem placet, H, nota sit aspirationis, non litera. Idem eodem loco docet præpositiones simul cum suis casibus, perinde ac si una tantum esset uox, pronuntiandas esse. Cum dico, inquit, Circum littora, tanquam vnum enuntio, dissimulata distinctione: itaq; tanquam in una uoce una est acuta. Quod idem accidit in illo — Troiæ qui primus ab oris. Hæc ille. Accidunt & uitia per sonos, ut idem inquit, quæ demonstrari scripto non possunt, ut ἰωτακισμὸς, λαμβδακισμὸς vitia oris, & linguæ. Iotacismus est cum I, litera supra iustum decorem in dictionibus extenditur. Lambdacismus cum, L, plenius æquo pronuntiatur. Vide Diomedem, qui & Metacismum addidit; is fit, ut idem docet, cum M, litera in fine dictionis pronuntiatur sequente vocali. ut Quousque tandem abutere: fit enim Barbarismus si tum pronuntiatur M. Quidam putant fieri Iotacismum si plures dictiones ab I, litera incipiant: uerum cum id uitium scripto demonstrari possit, non huc spectat, si Quintiliano credimus.

Admonitio.

Puer cum leget apud Virgilium,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. *Ecloh.1.*
Aut, Troas reliquias Danaum, atque immitis Achillei. *Aen.1.*
Aut, Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat. *Aen.11.*
Aut, Italiam fato profugus, Lauinaq; venit Littora. *Aen.1.*
Aut, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei? *Ibidem.*

Cum hæc inquam, & similia leget, ne putet principem poetarum barbarismum fecisse. Multa enim poetis permittuntur, quæ ceteris scriptoribus denegantur, Neque miretur, si apud M. Tulliũ oratorũ principem, Liberum, Sestertium, Cognoram, Norunt, aliasque id genus verborum imminutiones offenderit; neque enim Barbarismi sunt Detractione: si quidem à consuetudine certissima loquendi regula impetratum est, vt etiam oratoribus sic loqui liceret.

Queritur lib.1. cap.5. Quintilianus de Grammaticis, qui in iactationem eru-

ditionis exempla Barbarismi sumunt ex poetis, eosque autores, quos prælegunt, criminantur. Deinde subijcit, Scire autem debet puer, hæc apud scriptores carminum aut venia digna, aut etiam laudi duci.

Quid inter Barbarismum, & Solœcismum intersit.

BArbarismus fit in singulis verbis, Solœcismus in contextu, vel complexu orationis. Barbarismus dictionem vnam fœdat. Solœcismus compositionem corrumpit. Barbarismus est dictio vna, aut peregrina, aut Latina quidē, sed corrupta. Solœcismus est vitiosa compositio. Itaque in Solœcismo singulæ voces sunt Latinæ, sed inter se discrepantes, & contra Grammaticæ præcepta compositæ. Dicet fortasse aliquis, Non egeo tuam admonitionem. Peruolutaui omnia scripta Ciceroni: Barbarismos esse, non Solœcismos. Illic enim tantum adijcitur, m, litera: hic vero, s, detrahitur. Verum si vtriusque vitij definitionem diligenter inspicias, facile intelliges solœcismos esse. Nam cum verba Admonitionem, Ciceroni Latina sint, atque adeo bene Latina, nullus relinquitur locus Barbarismo, qui, vt diximus, aut est dictio barbara, aut Latina quidem, sed vitiosa scripto, aut pronuntiatione. Superest igitur videndum, num orationis partes inter se consentiant, quemadmodum recta ratio Grammaticæ postulat. Hoc gladium est meum, Cælus est serenus, Barbarismi tantum sunt per genera, vt ante dictum est. Irasco tibi, persequo te, Barbarismus itidem est detractione literæ. Doceo à te, Solœcismus. At Barbarismus, inquies, est detractione R, literæ, vt Irasco tibi, persequo te. Non recte putas: hic enim Solœcismus est per genera, si quidem ponitur actiuum verbum pro passiuo: illic non permutantur genera verborum, sed corrumpitur tantum vox Latina, detractione vnius literæ. Quid? Misisti ad me magnum libellum: Tuum peculiolum est magnum: est ne Barbarismus, an Solœcismus? Videtur Solœcismus, cum permutentur, quæ sunt eiusdem partis, ponitur enim nomen diminutū pro integro. Respondet Quintilianus eodem capite his verbis: Erunt qui Solœcismum putēt, quia pro nomine integro positum sit diminutum. Ego dubito an id Improprium potius appellem, significatione enim deerrat. Solœcismi porrò vitium non est in sensu, sed in complexu. Hæc ille.

Quid inter Metaplasmum, & Soloecophanes intersit.

POetis, quia plerunque metro seruire coguntur, adeo ignoscitur, vt vitia ipsa alijs in carmine appellationibus nominētur: Metaplasmus enim appellatur

pellatur in carmine, qui in prosa oratione Barbarismus dicitur. Itaque laudē virtutis necessitati damus. Metaplasmi species quatuordecim, aut quindecim plus minus sunt, de quibus cum de carminū dimensione egerimus. Solœcismus semper vitium est, tum in ligata, tum insoluta oratione, si ab aliquo per imprudentiam fiat: est enim vitium ab ignoratione, & inscitia profectum. Si uero in carmine, aut soluta oratione legatur aliquid, quod Solœcismi faciem habere videatur, nō Solœcismus sed Solœcophanes vocabitur. Soloecophanes, vt vox ipsa declarat, speciem quidem Solœcismi pre se fert, Solœcismus tamē non est. Teren. Andr. Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

Idem, Vt illum dij, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est. Antecedens, vtrobiq; vt uides, neutrum est, Relatiuum masculinum. Si Relatiui, & Antecedentis leges audiendæ sunt, Solœcismus uidetur: est tamen schema, siue figura, quæ syllepsis dicitur, ut placet Donato, Respexit enim poeta ad intellectum, non ad uerba: siquidem intelligitur Scelestus, & Senex, cum quibus Relatiuū Qui consentit. Alij Enallagen, alij uero Hellenismum hoc Solœcophanes vocant. Excogitata itaq; sunt nomina uitijs proxima, quibus mollirentur peccata, quæ poetæ, aut oratores scientes, prudentes contra Grammaticorum leges commisissent. Eustathius, vt supra diximus figuras huius generis σολοικοφανῆ σχήματα appellat, hoc est schemata, siue figuras, quæ faciem Solœcismi habent.

Admonitio.

CAueant adolescētes, ne viros doctos Barbarismi, aut Solœcismi accusent: nèue Latinę linguę amplissimos fines Nizolij obseruationibus metiātur, facile namque decipiētur, existimabunt enim Adiutorium, aliaq; id genus nō pauca, quæ apud Ciceronē nusquā sunt, Barbarismos esse: videntur enim hæc prima specie barbara, cū eis tamē Quintilianus, atque alij viri docti vtantur, cū item multa verba varie ab eruditis hominibus scribantur, cuiusmodi sunt Letū, lethum: Lacrimo, lachrymo: autor, auctor, author. Vergilius, Virgilius: littus, litus: litera, littera: imo, immo: ne putent errore esse factū, si quādo hæc & similia aliter scripta offenderint, quàm ipsi didicerunt. Iā vero Solœcismi notā ijsdē inurere, tāto magis verebuntur, quāto fœdius est vitiū. Punitus es inimicos tuos. Videtur Aristotelē multa obscure tradidisse. Grauissime me nocuisti. nō male Latine dicunt. At quis obsecro hæc ferret, nisi Oratio pro Milone extaret, in qua est, inimicissimū punitus es? Quis nō affirmaret Solœcismū esse. Videtur Aristotelē multa obscure tradidisse? nisi idē Cic. 5. Tusc. dixisset, Nō videt ad beatē viuēdū satis posse virtutē. & Gell. lib. 19. c. 8. Videt ne tibi C. Cæsarē de statu uerbi cōtra te satis aperte, satisq; cōstāter pronūciasse? Idem lib. 1. cap. 16 Videbatur quibusdam Metellū Censorem, cui cū consiliū esset, ad vxores ducendas populū hortari, non oportuiße, nec de molestia, incō

Sunt & alia nomina quæ pro aduerbijs ponuntur, vt Recens, Sublime, Frequens. Suet. in Tiber.c.1. Inde Romam recens conditam cum magna clientum caterna commigrauit. Cic.2.de Diuinat. Eaq; scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inuenta. Idem de Amicit. Venio in Senatum frequens. Sic Toruum, horrendum, & alia id genus apud poetas. Nomen interim loco interiectionis indignantis ponitur. Cic.in Catil.4. Quę(malum) fuit ista amentia? Contrà aduerbium aliquando partes nominis agit. Plaut. Merc. Bene sit tibi. Plin.lib.5.ad Macrum. Bene est mihi, quia tibi bene est. Cic. Att.lib.5. Male sit Antonio si quidem Buthrotijs molestus est. Sic Sat, Satis, Abunde, Partim, de quibus in constructione aduerbij dictum est, Verbum loco interiectionis blandientis. Idem ad eandem libro 5. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe.

Fit etiam Enallage per attributa partium orationis.

lib.10. Per casus. Cic.pro Sext.Rosc. Duo sunt Titi Hoscij quorum alteri Capitoni est cognomen.

cap.75. Per numeros, Plin. In Africa magna pars ferarum æstate non bibunt inopia imbrium. Per modos, Terent. Andr.

lib.2. Si te æquo animo ferre accipiet negligentem feceris.

Cic. Att. Respiraro, si te videro. Per tempora,

lib.3. Idem in Verr. Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum esse: vicisti.

Partium attributa appellantur accidentia, casus, numerus, genus, persona, & cętera. Huius figurę beneficio soluent pueri varios nodos, quibus interdum constricti tenentur, maxime cùm in poetas inciderint. Virg.6.

Proijce tela manu sanguis meus.

Idem 8. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum,

Adsis o tandem. Vtrobiq; nominandi, pro vocandi casus positus est.

Idem 3.Aen. — celsam Buthroti ascendimus vrbem.

Genitiuus pro accusatiuo, Buthrotum vrbem. Idem lib.5.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat.

Ablatiuo vsus est pro accusatiuo, vt docet Non. Marcel. Est mihi cognomen Capitoni, Africano, frequentius, & elegantius dicitur, quam Capito, Africanus. Cicer. 7. Verr. Quid de Apollonio Dioclis filio Panormitano, cui Gemino cognomē est, prętereri potest? Liu.libro quarto ab Vrb. Collega additur ei Agrippa Merenius, cui Lanato erat cognomen. Idem 2.ab Vrb. Erat tum in castris inter primores iuuenū Cn. Martius adolescens, & consilio, & manu promptus, cui cognomen postea Coriolano fuit. Dicitur etiam, est mihi Faustulo nomen. Idē 1.ab Vrb. Faustulo fuisse nomen ferunt. Plaut. Cistel. Nomē est mihi Auxilio. Malim tamen hic nominatiuo vti, est mihi nomen Faustulus, Auxiliū, quo modo frequētissimè loquitur Cic.pro. Cæcin. Argentarius Sext.

Clo-

Clodius, cui nomen est Phormio. Idem 6. Verr. Est fons aquæ dulcis, cui nomē Arethusa est. Terēt. in prolog. Hecyr. Hecyra est huic nomē fabulæ. Plaut. Menæh. Mihi est Menęchmus nomen. Idē tamē in Amph. interrogandi casu usus est: Nomen Mercurij est mihi. Grammatici Antiptosin proprie appellāt, cū casus pro casu ponitur, Genus genere permutatur. Plin. li. 18. ca. 35. Nube grauida candicāte, quod uocant tempestatem albam, grando imminebit: pro Quam Illud Teren. Phorm. Hęcine erant itiones crebræ? item Plauti Pœnul. Hęcine sunt filię meę? non huc spectāt, simplici enim c scribitū Hæcine, & cine syllabica est adiectio, ut Hiscine in datiuo plurali: itaque non ponitur genus neutrum pro fęminino, ut quidam putat. Numerus pro numero. Virg. 1. Aen. Pars in frusta secant, Ouid. 2. Fast. Thura ferant, placentą, nouum pia turba Quirinum. Cic. pro Mil. Si tempus est vllum iure hominis necandi, quę multa sunt, certe illud non modo iustum, uerum etiam necessarium, cum uis illata defenditur. Reperitur & in personis hæc permutatio, sed rarius. Terent. Phorm.

Cet. Siquis me quęret rufus. Da. Pręstò est, desine:

pro Pręstò sum. Modus pro modo, ut illud Terentij, Feceris, pro Facies; Coniunctiuus pro Indicatiuo. Tempus pro tempore. Cic. ad Att. libr. 14. Vtinam liceat istis concionari; cui, si esse in Vrbe tuto licebit, uicimus: pro Vincemus. Pręteritum pro futuro. Liu. 1. bel. Puni. Si hoc bene fixum omnibus, destinatumą in animo est, iterum dicam Vicistis, pro Vincetis. Permutantur deniqȝ uerborum genera. Virg. 11. — pictis bellantur Amazones armis. Bellantur, pro bellant. De Modorum, Temporumą permutatione fusius dictum est in uerborum declinatione.

Eclipsis.

Eclipsis figura est cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est.

Cic. ad Att. Ego si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. lib. 15.
Idem in Verr. Ridere conuiuæ, calumniari ipse Apronius.
Idem Att. Quid mihi autores? aduolo ne an maneo? lib. 5.
Idem pro Planco, Pro vno filio duo patres deprecamur. lib. 13.

Hanc figuram appellat Quintilianus lib. 9. ca. 3. Synecdochem, cum, ut ipse ait, subtractum uerbum aliquod satis ex cęteris intelligitur: ut Cælius in Antonium, Stupere gaudio Græcus: simul enim auditur, Cępit. Eclipsin uero idem libro primo, cap. 5. & libro. 8. cap. 6. inter uitia numerat, cum scilicet aliquid necessariò orationi detrahitur: ut Venio Aegipto. Quare diligēter animaduertendum est, ne quid contra doctorum hominum consuetudinem admittamus: nō enim schema erit, sed solęcismus; qui detractione fit. Nos more

Gram-

Grammaticorum Eclipsin appellauimus. Terent. Andr. S. Chreme pietatem gnati? vbi Donatus ἐλλειπτικῶς, deest enim, Vides, aut aliquid tale. Hæc figura latissimè patet, ac fere per omnes partes orationis manat. Nam desideratur interdum nomen. Cicer. ad Att. libro 6. Statua, quæ ad Opis per te posita, in excelso est. Vbi accusatiuus Aedem, vel templum deest: quem 2. Philip. idem expressit. Qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberasti. Item, Viã, aut Iter, Idem ad Att. lib. 5. Nos in castra properamus, quæ aberant bidui: qui aliquando etiam apponitur. Idem pro Planc. Cum abesset aliquot dierum uiam. Lentulus Senatui lib. 12. famil. Cassium autem cum suis omnibus copijs nunciatum esse quatridui iter ab Laodicea abfuisse. Nauem, Cicer. Tironi. 16. Nos eo die cœnati soluimus. Hic etiam interdum adhibetur. Cæsar. lib. 1. bel. Ciuil. Pompeius sub noctem naues soluit. Cœlum, Liu. lib. 7. belli Mac. Nursiæ sereno satis constabat nimbum ortum. quod paulo inferius expressit. Cœlo sereno interdiu obscurata lux est. In illis Decies sestertium, Vicies sestertium, Centies sestertium, & id genus cęteris, ad implendam orationem desideratur (centena millia) nam antiqui, ut docet Budæus, decies centena millia sestertium, centies centena millia sestertium dicebant: postea usus obtinuit, ut compendiose dicies sestertium, centies sestertium, dicerent. Nonnulli scriptores maxime poetæ compendiosius loquentes, Decies, uicies, centies tantùm dicunt. Mart. lib. 5.

Ducenties accipit, & tamen uiuit

Cic. pro Sex Rosc. Amer. Bona potius pro huiusce Sexti Roscij, quę sunt sexagies quæ de uiro clarissimo, & fortissimo. L. Sulla, quem honoris causa nomino, duobus millibus nummum se se dicit emisse adolescens uel potẽtissimus hoc tempore nostræ Ciuitatis L. Cornelius Chrysogonus. Verba quæ exceptæ actionis uocantur, ut Grandinat, pluit, occultè antecedit uel res uerbi, ut grando, pluuia, uel Deus, uel Natura, ut Grammaticis placet. Nonnunquam alij etiam nominandi casus præcedunt. Virg. 4. Georg.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Tibul. lib. 2.
Hæc fore dixerunt belli mala signa cometen,
Multus ut in terris deplueretq́; lapis.

Plin. lib. 2. c. 56. Effigies, quæ plucrat, spongiarum ferè similis fuit. Desiderantur etiam pronomina ante uerba primę, & secundæ personæ, quæ fere non explicantur, nisi certis de causis, qua de re initio huius libri dictum est. Eadem pronomina sępe desiderantur cum ad se personam tertiam euocãt, ut Pro uno filio duo patres deprecamur: ubi Nos desideratur. Terent. Andr. Facile omnes cum ualemus recta consilia ægrotis damus. Hanc recentiores Euocationem appellant: desideratur non raro relatiuum. Qui quæ quod. Virgil. 1. Aen. Vrbs antiqua fuit, Tirij tenuere coloni deest accusatiuus. Quam. Verba frequenter absunt. Si Tiro ad me, auditur,

Venerit:

Venerit: Cogito in Tusculanum, deest proficisci. Ridere conuiuæ, simul auditur verbum cœperunt. Cœpit calumniari ipse Apronius. Sunt qui existiment esse Enallagen modorum, Ridere pro ridebant: sed Quintilianus, ut paulo ante dixi, putat esse Synecdochen. Stupere gaudio Græcus, simul, inquit, auditur Cœpit. Quid mihi autores? deest (vt faciam:) sic Terent. Adelph. Id ne estis autores mihi? Plaut. Pseud. Quid mihi es autor Simo? vide Budæū in Comment. linguæ Græcæ. Plin. Caninio lib. 2. Studes, an piscaris? an simul omnia? omisit uerbum Facis. Cic. ad Att. 16. Sed plura, cùm ista cognoro: Scribam, extrinsecus assumendum est. Desideratur & infinitum Esse, Terent. Andr. Non ne prius communicatum oportuit? Idem Heaut. Interemptam oportuit. Interdum explicatur. Cic. pro Cluentio, Hac lege accusatum esse oportuit. Idem in Catil. 3. Hoc, quod iampridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor, ut faciam. In his Factum uolo, Mallem datum, Ego ne te uisum, aut auditum velim? & ceteris eiusdem generis, quæ crebrò apud Terentium, aliosque autores reperiuntur, uidetur idem infinitum desiderari; in quibus Quint. lib. 9. ca. 3. ait participium pro uerbo poni: Vtimur, inquit, participio pro uerbo, ut Volo datum. Intelligamus obiter direptam Grãmaticorum controuersiam, sunt enim, qui participia hæc esse dicant, alij supina. Nonnunquam tamen videtur supinum, ut in illo Terentij Adelph. Sane nollem hunc exitum. Nisi quis dicat esse participia, quæ iam exoleuerint, vt obitus, unde obita mors. Eiusdem generis uidetur illud eiusdem Heaut. — vt vt erat, mansum tamen oportuit. & Plaut. Pers. Dum stas, reditum oportuit pro Mansisse, Redisse: nam Mãsum esse, Reditum esse intolerabilia sunt. Participium, Scriptus, eleganter tacetur. Cic. ad Q. Frat. li. 3. Hoc inter cœnam Tironi dictaui: ne mirere alia manu esse. Ad eundem li. 4. Occupationũ mearũ, vel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est. Ad eundem 7. Tua manu erant epistolæ. De, præpositio aliquando abest. Teren. Andr. Quid me fiet? Ibidem, Nunc primum audio quid illo factum sit. Desideratur coniunctio, Etiam, non raró. Cic. Verr. 2. Video non modo cæteros, sed te ipsum totidem verbis addixisse. Idem 3. Quid est quamobrem putes te tuam culpam nõ modo deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? Idem pro Plãc. Manlium non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio.

Zeugma.

Zeugma figura est, cùm id quod in oratione desideratur, è proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, cæterisque attributis. Cice. in vltimo parado. Nulla possessio, nulla vis auri pluris, quam virtus æstimanda est. Idem pro C. Rabyr. Virtus, & honestas, & pudor cum Consulibus esse cogebat.

Siid,

Si id, quod desideratur in oratione extrinsecus assumitur, Eclipsis est, vt ante diximus: sin vero è proximis, atque uicinis uerbis assumatur, neque ulla fit mutatio, Zeugma est. Nam si uelis posita exempla omnibus numeris explere dices. Nulla possessio pluris quam uirtus æstimanda est: nulla uis auri pluris, quàm uirtus æstimanda est, ubi nec genus nec numerus, nec casus mutatur. Virtus cum Consulibus esse cogebat. honestas cum consulibus esse cogebat. Verbum Cogebat singulis substantiuis redditur, seruato eodem numero, persona, modo, tempore.

Exempla ubique se se offerunt. Cæs. li. 1. bel. Gal. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona, & Sequana diuidit. Varr. 1. de Analog. Cõsul fuit Tullius, & Antonius. Salust. Cat. Libertas, & anima nostra in dubio est. Plin. lib. 6. cap. 50. Piscium Lupus, & trichias bis anno parit. Si id, quod assumitur ad orationem implendam, primum est, Proto zeugma dicitur. Cic. ad Att. lib. 16. Egit pater, & filius, ut tibi sponderem. Si medium, Mesozeugma. Autor ad Heren. lib. 4. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut uetustate. Si postremum, Hypozeugma. Cic. ad Att. lib. 12. Mihi & res, & conditio placet. Iuniores Grammatici existimant Zeugma esse, cum uerbum aut adiectiuum nomen multis adiectiuis additum cum uiciniore conuenit, ut hic illius arma, Hic currus fuit.

Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Vtrunque tamen exemplum vetteres, ut mox planum faciemus, syllepsi subijciunt.

Syllepsis.

SYllepsis est, cùm id quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo è cæteris
lib.6. accidentibus.
Bel.Mac. Cic. in Verr. Risus populi, atque admiratio omnium facta est.
7. Liuius, Nulla expeditio, nullum equestre prælium sine me factũ
lib.2. est.
Bel.Mac. Cic. ad Q. Frat. Ille timore ego risu corrui.
7. Liuius, Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit,
Ibidem. quàm ego, fratresque mei.

Idem, Pater, ego, fratresque mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo Aetolico bello terra, marique pro vobis arma tulimus.

Zeugma in similibus clausulis locum habet, hoc est in quibus attributa, siue accidentia partim orationis integra manent: syllepsis uero in dissimilibus,

hoc est ubi dissimilitudo, mutatioque attributorum, seu accidentium necessariò fit, vt oratio suis numeris plena sit: si enim ita impleas, Risus populi facta est: Nulla expeditio factum est, Quàm ego fuit fratresq; mei fuit, immanes erunt solœcismi: mutanda ergo necessariò sunt accidentia partium, Risus factus est, Expeditio facta est: Quàm ego fui fratresque mei fuerunt. Donatus, & Diomedes illud Virg. 1. Aen. — hic illius arma, Hic currus fuit: illud item 1. Eglog. — sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis: Syllepsi subijciunt, non zeugmati, ut recentiores uolunt. Cum genus mutatur syllepsis dicitur per genera. Cic. 7. Verr. Plenum forum, & basilicas istorum hominum uidemus. Terent. Andr. vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Vbi donatus syllepsis, inquit, per genera. Per casus, cum variatur casus. Terent. Adelph. — uerum si augeam, Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ: A genitiuo Iracundiæ, sumitur accusatiuus Iracundiam, ut sit plena oratio, Verum si augeam iracundiam, &c. Syllepsis, inquit, Donatus, nam à genitiuo casu accusatiuus assumptus est. Idem prolog. Andr. Poeta cùm primum animum ad scribendum appulit.

Id sibi negotij credidit solum dari,

Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Plena oratio, *Populo ut placerent fabulæ, quas fabulas fecisset. Quomodo non rarò loquuntur autores antecedens nomen repetentes. Cæsa. 1. Bel. Gal. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. Ibidem omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, quo die ad ripam Rhodani conueniant, is dies erat ad V. Cal. Aprilis. Autor ad Herenn. lib. 1. Oratoris officium est de his rebus posse dicere, quæ res, &c. Donatus, ad Fecisset, inquit, retulit Fabulas, non ad Placerent: & est figura syllepsis. Cum relatiuum antecedens eodem genere, numero, & casu præcedit, figurata est oratio. Liu. libr. 9. Bel. Pun. Quem ceperant exules montem, herbidus, aquosusque est. Recta oratio est, Mons, quem montem ceperant exules, &c. Ab accusatiuo Montem assumptus est nominatiuus Mons. Aliquando Antecedens præcedit relatiuum, sed tunc durior redditur oratio. Terent. Eunuc.*

— eunuchum, quem dedisti nobis, quas turbas dedit.

Virgil. Aenei. 1. Vrbem quam statuo uestra est. Si dixissent, Quem dedisti nobis eunuchum, quas turbas dedit. Quam statuo urbem uestra est, Syllepsis tãtum esset per casus. Sed de hac re supra diximus cum de Relatiui, & Antecedentis consensu egimus: & paulo post dicemus, cum de præpostero uerbo rum ordine agemus. Per numeros. Cic. ad Q. Frat. lib. 1. Frons, oculi, uultus persæpe mentiũtur, oratio uero sæpissime: Necessario mutãdus est numerus, si uelis locutionẽ explere: Frons mẽtitur, oratio mẽtitur. Per personas. Cic. ad Cæsarẽ. 7. Fam. Sustulimus manus & ego, & Balbus. Interdũ tertia persona

prima præponitur modestiæ causa. Liu. lib. 7. Bel. Mace. Pater, ego, fratresq; mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo Aetolico bello, terra, mari que pro uobis arma tulimus.

Secunda prima. Plau. Rud: Quot sunt? S. totidem quot tu, & ego. Per modos, Luceius ad Ciceronem lib. 5. Ego valeo sicut soleo, paulo etiam deterius quàm soleo. simul auditur valere. Per tempora, ut si dicas, Elegantius nunc loqueris quam superioribus annis: assumendum, Loquebaris, ad implendam orationem. Non solum fit syllepsis per ea, quæ partibus orationis accidũt, sed etiam per ipsas orationis partes, obscurius tamẽ; cum eadem pars orationis, vt integra sit oratio, interim repetitur eadem quidem voce, sed diuersa significatione. Iust. li. 1. Prouolutæ deinde genibus Alexandri non mortem, sed vt Darij corpus sepelirent, dilationem mortis deprecantur. Verbum Deprecantur, priore membro significat recusare, (Non mortem deprecantur, hoc est, nõ recusant:) posteriore vero obsecrare. Idem lib. 3. Ita egregius adolescens & cædem patris, & necem fratris, & se ab insidijs Arthabani vindicauit. Vindicauit cædem patris, hoc est, vltus est: se vindicauit, idest, liberauit.

Varia syllepseos significatio.

CVm scriptores constructione potius intellectus, & sensus rationem habent, quàm verborum, putant Iuniores esse Synthesin figuram ueteribus incognitam, Donatus syllepsin appellat: nam uerbum συλλαμβάνομαι, vnde syllepsis fit, concipere, & intelligere significat: & quia autores ad intellectum, non ad uerba respiciunt, merito syllepsis dicitur. Terent. Andr.

Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

Donatus ad intellectum, non ad uerba redegit, & est figura syllepsis per genera. Virg. Pars in frusta secant, per numeros: nam quia scelus, scelestus, intelligitur modo, Qui subiunxit, non Quod. Hæc ille. Vbi, ut uides, Pars in frusta secant, Syllepsis per numeros ab eodem Donato dicitur, quia Pars vim habet pluralem. Alij Enallagen generis, numeri appellant. Idẽ Donatus syllepseos nomine interdum pro Eclipsi vtitur, & primam syllepsin nonnunquam appellat. Terent. Andr. tantum laborem capere ob talem filium?

Syllepsis, inquit est, assumendum enim extrinsecus Me. Idem Phorm.

Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? G. negat.

Donatus, syllepsis prima, nam extrinsecus audiendum est Pater. Postremo syllepsis pro tropo Synecdoche accipitur nonnunquam, præcipue apud Græcos, vt Eustathius multis locis docet, maxime in Ἰλιάδ. α. λ. ν. Nam verba Græca, unde vtrunque verbum deriuatur, idem significant, συνεκδέχομαι, & συλλαμβάνομαι. Vnde Diuus Hieronymus in illud D. Matthæi capitulo 26. Videntes autem discipuli indignati sunt: ita inquit, Scio quosdam

hunc locum calumniari, quare alius Euangelista Iudam solum dixerit contristatū, eò quod loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit: & Matthæus scribat omnes Apostolos indignatos, nescientes tropum, qui vocatur σύλληψις hoc est, syllepsis, quo & pro vno omnes, & pro multis vnus appellari soleat. Idem in illud D. Matthæi cap. 14. Erant quidam indignè ferentes: appellauit Synecdochen his verbis, Per synecdochen dicitur vnus pro multis, & multi pro uno.

Prolepsis.

PRolepsis est, cum dictio aliqua totum significans præcessit. quæ rursus in partibus intelligitur, neque explicatur: vt Duo reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace.

Liu. Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. *Ab vr. 1.*

Sallu. Exercitus hostium duo, vnus ab Vrbe, alter à Gallia obstant.

Dictio totum significans est Reges, partes Romulus, Numa, vbi rursus Romulus rex, Numa rex dicendum erit, si orationem vellis integram facere. Dictio, quæ præcedit, fere aut est pluralis numeri, aut pluralem vim habet. Cæsar 3. Bel. Gal. Eodem die vterque eorum ex castris statiuis à flumine Apso exercitum educunt, Pompeius clam, & noctu, Cæsar palam, atq; interdiu. Verbum fere conuenit cum dictione præcedente, vt proposita exempla docent: Liuius tamen aliter locutus est, Periti religionum, iurisque publici, quando duo ordinarij Consules alter morbo, alter ferro perijsset, suffectum Consulem negabant rectè comitia habere posse. Hac, Sallust. Catil. Ea tempestate cœpere se quisque magis extollere. Plaut. Stich. Alius alium percontemur. Gellius lib. 11. cap. 7. Aspexerunt omnes, qui aderant alius alium. Senec. 1. epist. 7. Hæc ego non multis, sed tibi, satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Plin. lib. 11. cap. 30. Ex diuerso conuehunt altera alterius ignara. Hæc inquam, & alia id genus implicitam prolepsin quidam vocant, in qua scilicet aliquid deest, totum nimirum, aut partes: Donatus ait esse priscam orationem. Terent. Adelph. Aperite aliquis actutum ostium; Vim pluralem, idem inquit, habet Aliquis, quamuis singulariter dicatur: non est enim aliquis nisi de multis, rectè ergo Aperite aliquis, & nouè: nam non placet illud, vbi duæ distinctiones sunt, vnde Aperite est vna, altera Aliquis actutū ostium: ut assumatur rursus Aperiat. Proprie enim veteres, & Quis, & Aliquis, & Quisquam non obseruabāt, quo genere aut numero declinarēt; est ergo figura ἀρχαϊσμός. Hęc ille. Quod si id verum est, idem de nominibus

Alter, alius, vter, neuter, quæ cum verbis pluralis numeri iunguntur, vt initio huius libri diximus, sentiendum est.

Archaismos.

ARchaismos constructio est, qua prisca vetustas potissimum vsa fuit. Terent Eunuc.

Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi.

Idem ibidem, Eijciunda est hercle hæc animi mollities, nimis me indulgeo. Plaut. Milit.

Iura te non nociturum esse hominem de hac re neminem.

lib. 5. Cic. in Verr. Hanc sibi rem præsidio sperant futurum.

Multa huius generis inueniuntur apud Plautum. Aulul. Fastidit mei Persa, Lucro faciendo ego auspicaui. Mengh. Ex insidijs aucupa. Trinum. Cum his ægrumnis deluctaui Asin. Meum caput contemples. Trucul. Ego expedibo, Amphitr. Sed fugam in se tamen nemo conuertitur. Bacch. Occidi animus iam isto dicto plus præsagitur mali. Ibid. Prænestinum opino esse. Sic certatur, adiutatur, pro certat, adiutat apud Pacuuium. Turpilius, At scies ea, quæ fuisti nescius: Idem, Meos parentes careo. Pomponius, quod lætitias insperatas mihi irepsere in sinum: accusatiuus pro nominatiuo. Num illum Ci. 6. in Verr. huc spectat? Sanxerunt ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum: si quis Romæ esset mortuus? imo si quis ibidem. Qui plura volet, legat Non. Marcellum, Festum, & reliquos priscæ vetustatis indagatores.

Hellenismus.

HEllenismus est constructio, quæ Græci sermonis leges non Latini obseruat.

Luceius ad Ciceronem. Si solitudine delectaris, cum scribas, & agas aliquid eorum, quorum consueuisti, gaudeo.

lib. 5. Virgil. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

Idem, Triste lupus stabulis: maturis frugibus imbres.

Eclog. 3. Dulce satis humor: depulsis arbutus hœdis.

Ibidem. Idem, Os, humerosq; Deo similis,

Idem, Hæc fatus latos humeros, subiectaque colla,

Veste super, fuluiq; insternor pelle leonis.

Aen. 1.

Aen. 2. *De hellenismis agit Priscianus libro 17. copiose. Et Budæus in Commēt. Linguæ Græcæ. Thomas Linacer in lib. de Emēd. Construct. Quod uerò ad proposita exempla attinet, Relatiuum apud Græcos etiam in casu cū Antecedēte*

te consentit: ob quam causam Luceius quorum pro Quæ, dixit. Certandi uerba apud eosdem dandi casu gaudent. unde libello contendo, pugno, certo apud poetas cum datiuo leguntur. Iidem neutrum nomen singularis numeri cum masculinis, & foemininis utriusque numeri iungunt, quos Virgilius imitatus, dixit Triste lupus, triste imbres, dulce humor, dulce arbutus. Vide Budæum in Comment. Linguæ Græcæ. Virg. 2. Aen. — cætera Graius. & 2. Georg. — & tremit artus.

Horat. 2. serm. Sat. 7. — tremit ossa pauore, Ibidē, — nasum nidore supinor. Virg. 12. — verbena tempora uincti. Hoc hellenismo utuntur poetæ, & interim historici, ut supra diximus, cum de Ablatiuo partis egimus, ubi exempla inuenies. Diome. lib. 2 Nuda genu, hellenismum uocat. Quidam hanc figuram. Synecdochen, hoc est Eclipsin appellant: nam Synecdoche, ut paulo ante diximus, tum tropum, tum Eclipsin significat: deest autem in his locutionibus præpositio Græca κατὰ idest secundum. Ad hellenismum etiam hæc spectant. Terent. Heaut. Visam si domi est, pro An sit. Horat. 3. Carm. Abstinere irarum pro ab iris. Illud etiam in Ver. 1. Cum illius mihi temporis uenit in mentem; credit Priscianus lib. 17. esse hellenismum, pro Illud tempus, Illud Terent. Andr. Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

& ibidem — scelus quemnam hic laudat? Ait Budæus à Græcis esse sumptum. Huc etiam spectant illa Terent. Eunuch.

— ego illum nescio Qui fuerit. ibid. — scin' me in quibus sim gaudijs? ibidem — nunc metuo fratrem Ne intus sit. Et, metuo patrem, ne rure redierit. In his enim, & similibus Latini sermonis ratio potius nominandi, quàm accusandi casum amat. Metuo, ne frater sit intus: Ne pater rure redierit &c. Sed hæc hactenus, cætera ab ijs, quos paulo ante dixi, sunt petenda.

De Barbarismo.

Barbarismus est dictio aut omnino barbara: aut Latina quidem, sed vitiosa, scripto, vel pronuntiati ne.

Barbara omnino, et peregrina, vt Perla, pro vnione: Auiso, pro ad moneo, & alia generis eiusdem.

Latina dictio vitiosa fit pluribus modis:

Per genera, vt Gladia, p o gladij.

Per numeros, vt Scopa, pro scopæ: Tritica pro triticum.

Per declinationem, vt fames famei, pro famis: Vasibus, pro vasis.

Per coniugationem, vt, Staui, pro steti: Legebo pro legam: Veneraui, pro veneratus sum.

Diuisione, cum diuidimus coniuncta, vt Syluæ, dissoluo quatuor syllabarum, pro syluæ, dissoluo trium.

Cōplexione, cum diuisa coniungimus, vt Phæton, pro Phaethō.

Adiectione literæ, vt relliquiæ gemino, l, pro simplici: Alituum pro alitum. Syllabæ, vt Dicier, pro dici, Mauors, pro Mars. Aspiratio nis, vt Hinsidiæ, cum scribendum sit sine aspiratione. Temporis, cum syllabæ breui, quæ vnum habet tempus, additur alterum, vt fiat longa vt Italia prima longa, pro breui.

Detractione literæ, vt Peculi, pro pecul ij. Syllabæ, vt Temnere, pro contemnere. Aspirationis, vt Odie, pro hodie. Temporis, cum syllabæ longæ, quæ duo habet tempora, vnum detrahitur, vt fiat bre uis, vt Vnius, Affligit media breui, pro longa.

Immutatione, cum litera vna, aut syllaba pro alia ponitur, vt Olli, pro illi.

Transmutatione, cum litera, aut syllaba è suo loco in alienum transfertur, vt interpretor, pro interpretor.

Fiunt deniq; Barbarismi Tenore, cum accentu alio pro alio vti mur: vt si præpositiones à suis casibus separemus, easque tenore acuto, vel inflexo pronuntiemus, vt ad eum, ab illo, à quibus circum littora: cùm graui accentu, dissimulata distinctione, simul cum suis casibus pronuntiandæ sint, tanquam si vna esset vox.

Peregrini in Græciam profecti, cum Græcè loqui conarentur, atq; in voces absonas, vt aiunt βαρ, βαρ, bar, bar sæpius prorumperent, Barbari dicti sunt, vnde vitium posteri Barbarismũ dixerunt. De etymo huius nominis mul ta Strabo lib. 14. Gell. lib. 13. ca. 6. Quod nunc, inquit, barbarè quem loqui dicimus id vitium sermonis, non barbarum esse, sed rusticum: & cum eo vi cio loquentes rusticè loqui veteres dictitabant. P. Nigidius in commenta- rijs Grammaticis, Rusticus fit sermo, inquit, si aspires perperam. Itaques id vocabulum, quod dicitur vulgò Barbarismus, qui ante D. Augusti æta- tem purè, atque integrè locuti sunt, an dixerunt, nondum equidem inueni. Hæc Gellius.

Barbarismus, vt Quint. lib. 1. c. 5. docet, pluribus modis accipitur, Gēte, Animi natura, Adiectione, Detractione, Immutatione, Trãsmutatione, Per genera, Per numeros, Diuisione, Cõplexione, Spatio, Aspiratione, Tenore. Gen te, vt siquis Afrũ, vel Hispanum Latinæ orationi nomen inserat. A Diomede, & Donato vox barbara, & peregrina βαρβαρα λέξις hoc est, barbara dictio appellatur, nõ Barbarismus. Animi natura, vt is, à quo insolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictũ sit, barbare locutos existimet. Idē Quintilianus, affirmat Barbarismũ fieri per genera, & numeros. Absurdũ, inquit, forsan vi deat dicere, Barbarismũ, quod est vnius verbi vitiũ, fieri per numeros, aut ge- nera, sicut Solœcismũ: Scala tamē, & Scopa, cõtraq; Hordea, Musta, licet li- terarũ mutationē, detractionē, adiectionē nõ habeãt, nõ alio vitiosa sunt, quã quod pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferunt. Et Gladia qui dixe

runt,

runt, genere exciderunt. Hæc ille. Itaq; fit Solœcismus per numeros, quum partes orationis non consentiunt numero. Per genera quando adiectiuum, & substantiuum genere discrepant. Barbarismus per eadem fit, sed aliter, cum nimirum inusitatum aut genus, aut numerum nominibus tribuimus. Fit etiã per declinationem, si αἴας αἴου hoc est, Aiax Aiaci declines: uide Magnum Etymol. Barbarismum adiectione, vel detractione temporis, appellant Quintilianus Barbarismum spatio. Tempus. n. spatium est, quo syllaba pronuntiatur. Idem separatim egit de Barbarismo Aspirationis, quia sunt, qui putent sono tantum, & pronuntiatione hunc barbarismum fieri, cum, ut iisdem placet, H, nota sit aspirationis, non litera. Idem eodem loco docet præpositiones simul cum suis casibus, perinde ac si una tantum esset uox, pronuntiandas esse. Cum dico, inquit, Circum littora, tanquam vnum enuntio, dissimulata distinctione: itaq; tanquam in una uoce una est acuta. Quod idem accidit in illo — Troiæ qui primus ab oris. Hæc ille. Accidunt & uitia per sonos, ut idem inquit, quæ demonstrari scripto non possunt, ut ἰωτακισμὸς, λαμβδακισμὸς vitia oris, & linguæ. Iotacismus est cum I, litera supra iustum decorem in dictionibus extenditur. Lambdacismus cum, L, plenius æquo pronuntiatur. Vide Diomedem, qui & Metacismum addidit; is fit, ut idem docet, cum M, litera in fine dictionis pronuntiatur sequente vocali. ut Quousque tandem abutere: fit enim Barbarismus si tum pronuntiatur M. Quidam putant fieri Iotacismum si plures dictiones ab I, litera incipiant; uerum cum id uitium scripto demonstrari possit, non huc spectat, si Quintiliano credimus.

Admonitio.

Puer cum leget apud Virgilium,

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. *Ecloh. 1.*

Aut, Troas reliquias Danaum, atque immitis Achillei. *Aen. 1.*

Aut, Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat. *Aen. 11.*

Aut, Italiam fato profugus, Lauinaq; venit Littora. *Aen. 1.*

Aut, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei? *Ibidem.*

Cum hæc inquam, & similia leget, ne putet principem poetarum barbarismum fecisse. Multa enim poetis permittuntur, quæ cæteris scriptoribus denegantur, Neque miretur, si apud M. Tulliũ oratorũ principem, Liberum, Sestertium, Cognoram, Norunt, aliasque id genus verborum imminutiones offenderit; neque enim Barbarismi sunt Detractione: si quidem à consuetudine certissima loquendi regula impetratum est, vt etiam oratoribus sic loqui liceret.

Queritur lib. 1. cap. 5. Quintilianus de Grammaticis, qui in iactationem eru-

ditionis exempla Barbarismi sumunt ex poetis, eosque autores, quos præle-gunt, criminantur. Deinde subijcit, Scire autem debet puer, hæc apud scriptores carminum aut venia digna, aut etiam laudi duci.

Quid inter Barbarismum, & Solœcismum intersit.

Barbarismus fit in singulis verbis, Solœcismus in contextu, vel complexu orationis. Barbarismus dictionem vnam fœdat. Solœcismus compositionem corrumpit. Barbarismus est dictio vna, aut peregrina, aut Latina quidē, sed corrupta. Solœcismus est vitiosa compositio. Itaque in Solœcismo singulæ voces sunt Latinæ, sed inter se discrepantes, & contra Grammaticæ præcepta compositæ. Dicet fortasse aliquis, Non ego tuam admonitionem. Peruolutaui omnia scripta Ciceroni: Barbarismos esse, non Solœcismos. illic enim tantum adijcitur, m, litera: hic vero, s, detrahitur. Verum si vtriusque vitij definitionem diligenter inspicias, facile intelliges solœcismos esse. Nam cum verba Admonitionem, Ciceroni Latina sint, atque adeo bene Latina, nullus relinquitur locus Barbarismo, qui, vt diximus, aut est dictio barbara, aut Latina quidem, sed vitiosa scripto, aut pronuntiatione. Superest igitur videndum, num orationis partes inter se consentiant, quemadmodum recta ratio Grammaticæ postulat. Hoc gladium est meum, Cælus est serenus, Barbarismi tantum sunt per genera, vt ante dictum est. Irasco tibi, persequo te, Barbarismus itidem est detractione literæ. Doceo à te, Solœcismus. At Barbarismus, inquies, est detractione R, literæ, vt Irasco tibi, persequo te. Non recte putas: hic enim Solœcismus est per genera, si quidem ponitur actiuum verbum pro passiuo: illic non permutantur genera verborum, sed corrumpitur tantum vox Latina, detractione vnius literæ. Quid? Misisti ad me magnum libellum: Tuum peculiolum est magnum: est ne Barbarismus, an Solœcismus? Videtur Solœcismus, cum permutentur, quæ sunt eiusdem partis, ponitur enim nomen diminutū pro integro. Respondet Quintilianus eodem capite his verbis: Erunt qui Solœcismum putēt, quia pro nomine integro positum sit diminutum. Ego dubito an id Improprium potius appellem, significatione enim deerrat. Solœcismi porrò vitium non est in sensu, sed in complexu. Hæc ille.

Quid inter Metaplasmum, & Soloecophanes intersit.

Poetis, quia plerunque metro seruire coguntur, adeo ignoscitur, vt vitia ipsa alijs in carmine appellationibus nominētur: Metaplasmus enim appellatur

pellatur in carmine, qui in prosa oratione Barbarismus dicitur. Itaque laudẽ virtutis necessitati damus. Metaplasmi species quatuordecim, aut quindecim plus minus sunt, de quibus, cum de carminũ dimensione egerimus. Solœcismus semper vitium est, tum in ligata, tum in soluta oratione, si ab aliquo per imprudentiam fiat: est enim vitium ab ignoratione, & inscitia profectum. Si uero in carmine, aut soluta oratione legatur aliquid, quod Solęcismi faciem habere uideatur, nõ Solęcismus, sed Solęcophanes vocabitur. Soloecophanes, vt vox ipsa declarat, speciem quidem Solęcismi pre se fert, Solœcismus tamẽ non est. Teren. Andr. Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

Idem, Vt illum dij, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est. Antecedens, vtrobiq; vt uides, neutrum est, Relatiuum masculinum. Si Relatiui, & Antecedentis leges audiendæ sunt, Solœcismus uidetur: est tamen schema, siue figura, quæ syllepsis dicitur, ut placet Donato. Respexit enim poeta ad intellectum, non ad uerba: siquidem intelligitur Sceleslus, & Senex, cum quibus Relatiuũ Qui consentit. Alij Enallagen, alij uero Hellenismum hoc Solœcophanes vocant. Excogitata itaq; sunt nomina uitijs proxima, quibus mollirentur peccata, quæ poetæ, aut oratores scientes, prudentes contra Grammaticorum leges commisissent. Eustathius, vt supra diximus figuras huius generis σολοικοφανῆ σχήματα *appellat, hoc est schemata, siue figuras, quæ faciem Solœcismi habent.*

Admonitio.

CAueant adolescẽtes, ne viros doctos Barbarismi, aut Solœcismi accusent: neue Latinę linguę amplissimos fines Nizolij obseruationibus metiãtur, facile namque decipiẽtur, existimabunt enim Adiutorium, aliaq; id genus nõ pauca, quæ apud Ciceronẽ nusquã sunt, Barbarismos esse: videntur enim hæc prima specie barbara, cũ eis tamẽ Quintilianus, atque alij viri docti vtantur, cũ item multa verba varie ab eruditis hominibus scribantur, cuiusmodi sunt Letũ, lethum: Lacrimo, lachrymo: autor, auctor, author. Vergilius, Virgilius: littus, litus: litera, littera: imo, immo: ne putent errore esse factũ, si quãdo hæc & similia aliter scripta offenderint, quàm ipsi didicerunt. Iã vero Solœcismi notã ijsdẽ inurere, tãto magis verebuntur, quãto fœdius est vitiũ. Punitus es inimicos tuos. Videtur Aristotelẽ multa obscure tradidisse. Grauissime me nocuisti. nõ male Latine dicunt. At quis obsecro hæc ferret, nisi Oratio pro Milone extaret, in qua est, inimicissimũ punitus es? Quis nõ affirmaret Solœcismũ esse. Videtur Aristotelẽ multa obscure tradidisse? nisi idẽ Cic. 5. Tusc. dixisset; Nõ videt ad beatẽ viuẽdũ satis posse virtutẽ. & Gell. lib. 19. c. 8. Videt ne tibi C. Cæsarẽ de statu uerbi cõtra te satis aperte, satisq; cõstãter pronũciasse? Idem lib. 1. cap. 16 Videbatur quibusdam Metellũ Censorem, cui cũ consiliũ esset, ad vxores ducendas populũ hortari, non oportuiße, nec de molestia, incõ

Sunt & alia nomina quæ pro aduerbijs ponuntur, vt Recens, Sublime, Frequens. Suet. in Tiber. c. 1. Inde Romam recens conditam cum magna clientum caterua commigrauit. Cic. 2. de Diuinat. Eaq; scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inuenta. Idem de Amicit. Venio in Senatum frequens. Sic Toruum, horrendum, & alia id genus apud poetas. Nomen interim loco interiectionis indignantis ponitur. Cic. in Catil. 4. Quę (malum) fuit ista amentia? Contrà aduerbium aliquando partes nominis agit. Plaut. Merc. Bene fit tibi. Plin. lib. 5. ad Macrum. Bene est mihi, quia tibi bene est. Cic. Att. lib. 5. Male sit Antonio si quidem Buthrotijs molestus est. Sic Sat, Satis, Abunde, Partim, de quibus in constructione aduerbij dictum est, Verbum loco interiectionis blandientis. Idem ad eandem libro 5. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe.

Fit etiam Enallage per attributa partium orationis.

lib. 10. Per casus. Cic. pro Sext. Rosc. Duo sunt Titi Hoscij quorum alteri Capitoni est cognomen.

cap. 73. Per numeros, Plin. In Africa magna pars ferarum æstate non bibunt inopia imbrium. Per modos, Terent. Andr.

lib. 2. Si te æquo animo ferre accipiet negligentem feceris.

Cic. Att. Respiraro, si te videro. Per tempora,

lib. 3. Idem in Verr. Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum esse: vicisti.

Partium attributa appellantur accidentia, casus, numerus, genus, persona, & cętera. Huius figurę beneficio soluent pueri varios nodos, quibus interdum constricti tenentur, maxime cùm in poetas inciderint. Virg. 6.

Proijce tela manu sanguis meus.

Idem 8. Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum,

Adsis o tandem. Vtrobiq; nominandi, pro vocandi casus positus est.

Idem 3. Aen. — celsam Buthroti ascendimus vrbem.

Genitiuus pro accusatiuo, Buthrotum vrbem. Idem lib. 5.

Gratior & pulchro veniens in corpore virtus Adiuuat.

Ablatiuo vsus est pro accusatiuo, vt docet Non. Marcel. Est mihi cognomen Capitoni, Africano, frequentius, & elegantius dicitur, quam Capito, Africanus. Cicer. 7. Verr. Quid de Apollonio Dioclis filio Panormitano, cui Gemino cognomē est, pręteriri potest? Liu. libro quarto ab Vrb. Collega additur ei Agrippa Mercnius, cui Lanato erat cognomen. Idem 2. ab Vrb. Erat tum in castris inter primores iuuenū Cn. Martius adolescens, & consilio, & manu promptus, cui cognomen postea Coriolano fuit. Dicitur etiam, est mihi Faustulo nomen. Idē 1. ab Vrb. Faustulo fuisse nomen ferunt. Plaut. Cistel. Nomē est mihi Auxilio. Malim tamen hic nominatiuo vti, est mihi nomen Faustulus, Auxiliū, quo modo frequētissimè loquitur Cic. pro. Cæcin. Argentarius Sext.

Clo-

Clodius, cui nomen est Phormio. Idem 6. Verr. Est fons aquæ dulcis, cui nomẽ Arethusa est. Terẽt. in prolog. Hecyr. Hecyra est huic nomẽ fabulæ. Plaut. Menæh. Mihi est Menęchmus nomen. Idẽ tamẽ in Amph. interrogandi casu usus est: Nomen Mercurij est mihi. Grammatici Antiptosin proprie appellãt, cũ casus pro casu ponitur, Genus genere permutatur. Plin. li. 18. ca. 35. Nubes grauida candicãte, quod uocant tempestatem albam, grando imminebit: pro Quam Illud Teren. Phorm. Hęcine erant itiones crebræ? item Plauti Pœnul. Hęcine sunt filię meę? non huc spectãt, simplici enim c scribitĩ Hæcine, & cine syllabica est adiectio, ut Hiscine in datiuo plurali: itaque non ponitur genus neutrum pro fęminino, ut quidam putat. Numerus pro numero. Virg. 1. Aen. Pars in frusta secant, Ouid. 2. Fast. Thura ferant, placentq; nouum pia turba Quirinum. Cic. pro Mil. Si tempus est vllum iure hominis necandi, quę multa sunt, certe illud non modo iustum, uerum etiam necessarium, cum uis illata defenditur. Reperitur & in personis hæc permutatio, sed rarius. Terent. Phorm.

Cet. Siquis me quęret rufus. Da. Pręstò est, desine:

pro Pręstò sum. Modus pro modo, ut illud Terentij, Feceris, pro Facies; Coniunctiuus pro Indicatiuo. Tempus pro tempore. Cic. ad Att. libr. 14. Vtinam liceat istis concionari, cui, si esse in Vrbe tuto licebit, uicimus: pro Vincemus. Pręteritum pro futuro. Liu. 1. bel. Puni. Si hoc bene fixum omnibus, destinatumq; in animo est, iterum dicam Vicistis; pro Vincetis. Permutantur deniqȝ uerborum genera. Virg. 11. — pictis bellantur Amazones armis. Bellantur, pro bellant. De Modorum, Temporumq; permutatione fusius dictum est in uerborum declinatione.

Eclipsis.

Eclipsis figura est cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est.

Cic. ad Att. Ego si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. *lib.* 15.
Idem in Verr. Ridere conuiuæ, calumniari ipse Apronius.
Idem Att. Quid mihi autores? aduolo ne an maneo? *lib.* 5.
Idem pro Planco, Pro vno filio duo patres deprecamur.

Hanc figuram appellat Quintilianus lib. 9. ca. 3. Synecdochem, cum, ut ipse ait, subtractum uerbum aliquod satis ex cęteris intelligitur: ut Cælius in Antonium, Stupere gaudio Græcus: simul enim auditur, Cępit. Eclipsin uero idem libro primo, cap. 5. & libro. 8. cap. 6. inter uitia numerat, cum scilicet aliquid necessariò orationi detrahitur: ut Venio Aegipto. Quare diligẽter animaduertendum est, ne quid contra doctorum hominum consuetudinem admittamus: nũ enim schema erit, sed solęcismus; qui detractione fit. Nos more *lib.* 13.

Gram-

Grammaticorum Eclipsin appellauimus. Terent. Andr. S. Chreme pietatem gnati? vbi Donatus ἔλλειψις, deest enim, Vides, aut aliquid tale. Hæc figura latissimè patet, ac fere per omnes partes orationis manat. Nam desideratur interdum nomen. Cicer. ad Att. libro 6. Statua, quæ ad Opis per te posita, in excelso est. Vbi accusatiuus Aedem, vel templum deest: quem 2. Philip. idem expressit. Qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberasti. Item, Viã, aut Iter, Idem ad Att. lib. 5. Nos in castra properamus, quæ aberant bidui: qui aliquando etiam apponitur. Idem pro Planc. Cum abesset aliquot dierum uiam. Lentulus Senatui lib. 12. famil. Cassium autem cum suis omnibus copijs nunciatum esse quatridui iter ab Laodicea abfuisse. Nauem, Cicer. Tironi. 16. Nos eo die cœnati soluimus. Hic etiam interdum adhibetur. Cæsar. lib. 1. bel. Ciuil. Pompeius sub noctem naues soluit. Cœlum, Liu. lib. 7. belli Mac. Nursiæ sereno satis constabat nimbum ortum. quod pau lo inferius expressit. Cœlo sereno interdiu obscurata lux est. In illis Decies sestertium, Vicies sestertium, Centies sestertium, & id genus cęteris, ad implendam orationem desideratur (centena millia) nam antiqui, ut docet Budæus, decies centena millia sestertium, centies centena millia sestertium dicebant: postea usus obtinuit, ut compendiose dicies sestertium, centies sestertium, dicerent. Nonnulli scriptores maxime poetæ compendiosius loquentes, Decies, uicies, centies tantùm dicunt. Mart. lib. 5.

Ducenties accipit, & tamen uiuit

Cic. pro Sex Rosc. Amer. Bona potius pro huiusce Sexti Roscij, quę sunt sexagies quæ de uiro clarissimo, & fortissimo. L. Sulla, quem honoris causa nomino, duobus millibus nummum se se dicit emisse adolescens uel potētissimus hoc tempore nostræ Ciuitatis L. Cornelius Chrysogonus. Verba quæ exceptæ actionis uocantur, ut Grandinat, pluit, occultè antecedit uel res uerbi, ut grando, pluuia, uel Deus, uel Natura, ut Grammaticis placet. Nonnunquam alij etiam nominandi casus præcedunt. Virg. 4. Georg.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Tibul. lib. 2.
Hæc fore dixerunt belli mala signa cometen,
Multus ut in terris deplueretq́; lapis.

Plin. lib. 2. c. 56. Effigies, quæ plucrat, spongiarum ferè similis fuit. Desiderantur etiam pronomina ante uerba primę, & secundæ personæ, quæ fere non explicantur, nisi certis de causis, qua de re initio huius libri dictum est.
Eadem pronomina sępe desiderantur cum ad se personam tertiam euocãt, ut Pro uno filio duo patres deprecamur: ubi Nos desideratur.
Terent. Andr. Facile omnes cum ualemus recta consilia ægrotis damus.
Hanc recentiores Euocationem appellant: desideratur non raro relatiuum. Qui quæ quod. Virgil. 1. Aen. Vrbs antiqua fuit, Tirij tenuere coloni deest accusatiuus. Quam. Verba frequenter absunt. Si Tiro ad me, auditur,

Venerit:

Venerit: Cogito in Tusculanum, deest proficisci. Ridere conuiuæ, simul auditur verbum cœperunt. Cœpit calumniari ipse Apronius. Sunt qui existiment esse Enallagen modorum, Ridere pro ridebant: sed Quintilianus, ut paulo antè dixi, putat esse Synecdochen. Stupere gaudio Græcus, simul, inquit, auditur Cœpit. Quid mihi autores? deest (vt faciam:) sic Terent. Adelph. Idne estis autores mihi? Plaut. Pseud. Quid mihi es autor Simo? vide Budæi in Comment. linguæ Græcæ. Plin. Caninio lib. 2. Studes, an piscaris? an simul omnia? omisit uerbum Facis. Cic. ad Att. 16. Sed plura, cùm ista cognoro: Scribam, extrinsecus assumendum est. Desideratur & infinitum Esse, Terent. Andr. Non ne prius communicatum oportuit? Idem Heaut. Interemptam oportuit. Interdum explicatur. Cic. pro Cluentio, Hac lege accusatum esse oportuit. Idem in Catil. 3. Hoc, quod iampridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor, ut faciam. In his Factum uolo, Mallem datum, Ego ne te uisum, aut auditum velim? & cęteris eiusdem generis, quæ crebrò apud Terentium, aliosque autores reperiuntur, uidetur idem infinitum desiderari; in quibus Quint. lib. 9. ca. 3. ait participium pro uerbo poni: Vtimur, inquit, participio pro uerbo, ut Volo datum. Intelligamus obiter direptam Grāmaticorum controuersiam, sunt enim, qui participia hæc esse dicant, alij supina. Nonnunquam tamen videtur supinum, ut in illo Terentij Adelph. Sane nollem hunc exitum. Nisi quis dicat eße participia, quæ iam exoleuerint, vt obitus, unde obita mors. Eiusdem generis uidetur illud eiusdem Heaut. — vt vt erat, mansum tamen oportuit. & Plaut. Pers. Dum stas, reditum oportuit pro Mansisse, Redisse: nam Māsum esse, Reditum esse intolerabilia sunt. Participium, Scriptus, eleganter tacetur. Cic. ad Q. Frat. li. 3. Hoc inter cœnam Tironi dictaui: ne mirere alia manu esse. Ad eundem li. 4. Occupationū mearū, vel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est. Ad eundem 7. Tua manu erant epistolæ. De, præpositio aliquando abest. Teren. Andr. Quid me fiet? Ibidem, Nunc primum audio quid illo factum sit. Desideratur coniunctio, Etiam, non rarò. Cic. Verr. 2. Video non modo cæteros, sed te ipsum totidem verbis addixiße. Idem 3. Quid est quamobrem putes te tuam culpam nō modo deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo poße? Idem pro Plāc. Manlium non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio.

Zeugma.

ZEugma figura est, cùm id quod in oratione desideratur, è proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, cæterisque attributis. Cice. in vltimo parado. Nulla possessio, nulla vis auri pluris, quam virtus æstimanda est. Idem pro C. Rabyr. Virtus, & honestas, & pudor cum Consulibus esse cogebat.

Siid,

Si id, quod desideratur in oratione extrinsecus assumitur, Eclipsis est, vt ante diximus: sin vero è proximis, atque vicinis uerbis assumatur, neque ulla fit mutatio, Zeugma est. Nam si uelis posita exempla omnibus numeris explere dices. Nulla possessio pluris quam uirtus æstimanda est: nulla uis auri pluris, quàm uirtus æstimanda est, ubi nec genus nec numerus, nec casus mutatur. Virtus cum Consulibus esse cogebat. honestas cum consulibus esse cogebat. Verbum Cogebat singulis substantiuis redditur, seruato eodem numero, persona, modo, tempore.

Exempla ubique se se offerunt. Cæs. li. 1. bel. Gal. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Matrona, & Sequana diuidit. Varr. 1. de Analog. Consul fuit Tullius, & Antonius. Salust. Cat. Libertas, & anima nostra in dubio est. Plin. lib. 6. cap. 50. Piscium Lupus, & trichias bis anno parit. Si id, quod assumitur ad orationem implendam, primum est, Proto zeugma dicitur: Cic. ad Att. lib. 16. Egit pater, & filius, ut tibi sponderem. Si medium, Mesozeugma. Autor ad Heren. lib. 4. Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut uetustate. Si postremum, Hypozeugma. Cic. ad Att. lib. 12. Mihi & res, & conditio placet. Iuniores Grammatici existimant Zeugma esse, cum uerbum aut adiectiuum nomen multis adiectiuis additum cum uiciniore conuenit, ut hic illius arma, Hic currus fuit.

Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Vtrunque tamen exemplum veteres, ut mox planum faciemus, syllepsi subijciunt.

Syllepsis.

SYllepsis est, cùm id quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo è cæteris accidentibus.

lib. 6. Bel. Mac. 7. Cic. in Verr. Risus populi, atque admiratio omnium facta est.

lib. 2. Bel. Mac. 7. Liuius, Nulla expeditio, nullum equestre prælium sine me factũ est.

Cic. ad Q. Frat. Ille timore ego risu corrui.

Ibidem. Liuius, Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quàm ego, fratresque mei.

Idem, Pater, ego, fratresque mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo Aetolico bello terra, marique pro vobis arma tulimus.

Zeugma in similibus clausulis locum habet, hoc est in quibus attributa, siue accidentia partim orationis integra manent: syllepsis uero in dissimilibus,

hoc

hoc est ubi dissimilitudo, mutatioque attributorum, seu accidentium necessariò fit, vt oratio suis numeris plena sit: si enim ita impleas, Risus populi facta est: Nulla expeditio factum est, Quàm ego fuit fratresq; mei fuit, immanes erunt solœcismi: mutanda ergo necessariò sunt accidentia partium, Risus factus est, Expeditio facta est: Quàm ego fui fratresque mei fuerunt. Donatus, & Diomedes illud Virg. 1. Aen. hic illius arma, Hic currus fuit: illud item 1. Eglog. sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis: Syllepsi subijciunt, non zeugmati, ut recentiores uolunt. Cum genus mutatur syllepsis dicitur per genera. Cic. 7. Verr. Plenum forum, & basilicas istorum hominum uidemus. Terent. Andr. vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Vbi donatus syllepsis, inquit, per genera. Per casus, cum variatur casus. Terent. Adelph. uerum si augeam, Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ: A genitiuo Iracundiæ, sumitur accusatiuus Iracundiam, ut sit plena oratio, Verum si augeam iracundiam, &c. Syllepsis, inquit, Donatus, nam à genitiuo casu accusatiuus assumptus est. Idem prolog. Andr. Poeta cùm primum animum ad scribendum appulit.

Id sibi negotij credidit solum dari,

Populo ut placerent, quas fecisset fabulas. Plena oratio, Populo ut placerent fabulæ, quas fabulas fecisset. Quomodo non rarò loquuntur autores antecedens nomen repetentes. Cæsa. 1. Bel. Gal. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. Ibidem omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, quo die ad ripam Rhodani conueniant, is dies erat ad V. Cal. Aprilis. Autor ad Herenn. lib. 1. Oratoris officium est de his rebus posse dicere, quæ res, &c. Donatus, ad Fecisset, inquit, retulit Fabulas, non ad Placerent: & est figura syllepsis. Cum relatiuum antecedens eodem genere, numero, & casu præcedit, figurata est oratio. Liu. libr. 9. Bel. Pun. Quem ceperant exules montem, herbidus, aquosusque est. Recta oratio est, Mons, quem montem ceperant exules, &c. Ab accusatiuo Montem assumptus est nominatiuus Mons. Aliquando Antecedens præcedit relatiuum, sed tunc durior redditur oratio. Terent. Eunuc.

eunuchum, quem dedisti nobis, quas turbas dedit. Virgil. Aenei. 1. Vrbem quam statuo uestra est. Si dixissent, Quem dedisti nobis eunuchum, quas turbas dedit. Quam statuo urbem uestra est, Syllepsis tãtum esset per casus. Sed de hac re supra diximus cum de Relatiui, & Antecedentis consensu egimus: & paulo post dicemus, cum de præpostero uerbo rum ordine agemus. Per numeros. Cic. ad Q. Frat. lib. 1. Frons, oculi, uultus persæpe mentiũtur, oratio uero sæpissime: Necessario mutãdus est numerus, si uelis locutionẽ explere: Frons mẽtitur, oratio mẽtitur. Per personas Cic. ad Cæsarẽ. 7. Fam. Sustulimus manus & ego, & Balbus. Interdũ tertia persona

primæ præponitur modestiæ causa. Liu. lib. 7. Bel. Mace. Pater, ego, fratresq; mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo Aetolico bello, terra, mariq; pro uobis arma tulimus,

Secunda prima. Plau. Rud: Quot sunt? S. totidem quot tu, & ego. Per modos, Lucceius ad Ciceronem lib. 5. Ego valeo sicut soleo, paulo etiam deterius quàm soleo, simul auditur valere. Per tempora, ut si dicas, Elegantius nunc loqueris quam superioribus annis: assumendum, Loquebaris, ad implendam orationem. Non solum fit syllepsis per ea, quæ partibus orationis accidũt, sed etiam per ipsas orationis partes, obscurius tamẽ; cum eadem pars orationis, vt integra sit oratio, interim repetitur eadem quidem voce, sed diuersa significatione. Iust. li. 1. Prouolutæ deinde genibus Alexandri non mortem, sed vt Darij corpus sepelirent, dilationem mortis deprecantur. Verbum Deprecantur, priore membro significat recusare, (Non mortem deprecantur, hoc est, nõ recusant:) posteriore vero obsecrare. Idem lib. 3. Ita egregius adolescens & cædem patris, & necem fratris, & se ab insidijs Arthabani vindicauit. Vindicauit cædem patris, hoc est, vltus est: se vindicauit, idest, liberauit.

Varia syllepseos significatio.

CVm scriptores constructione potius intellectus, & sensus rationem habent, quàm verborum, putant Iuniores esse Synthesin figuram ueteribus incognitam, Donatus syllepsin appellat: nam uerbum συλλαμβάνομαι, vnde syllepsis fit, concipere, & intelligere significat: & quia autores ad intellectum, non ad uerba respiciunt, merito syllepsis dicitur. Terent. Andr.

Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

Donatus ad intellectum, non ad uerba redegit, & est figura syllepsis per genera. Virg. Pars in frusta secant, per numeros: nam quia scelus, scelestus, intelligitur modo, Qui subiunxit, non Quod. Hæc ille. Vbi, ut uides, Pars in frusta secant, Syllepsis per numeros ab eodem Donato dicitur, quia Pars vim habet pluralem. Alij Enallagen generis, numeri appellant. Idẽ Donatus syllepseos nomine interdum pro Eclipsi vtitur, & primam syllepsin nonnunquam appellat. Terent. Andr. tantum laborem capere ob talem filium?

Syllepsis, inquit est, assumendum enim extrinsecus Me. Idem Phorm.

Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? G. negat.

Donatus, syllepsis prima, nam extrinsecus audiendum est Pater. Postremo syllepsis pro tropo Synecdoche accipitur nonnunquam, præcipue apud Græcos, vt Eustathius multis locis docet, maxime in Ιλιαδ. α. λ. ι. Nam verba Græca, unde vtrunque verbum deriuatur, idem significant, συνεκδέχομαι, & συλλαμβάνομαι. Vnde Diuus Hieronymus in illud D. Matthæi capitulo 26. Videntes autem discipuli indignati sunt: ita inquit, Scio quosdam

hunc

hunc locum calumniari, quare alius Euangelista Iudam solum dixerit contristatũ, eò quod loculos tenuerit, & fur ab initio fuerit: & Matthæus scribat omnes Apostolos indignatos, nescientes tropum, qui vocatur σύλληψις hoc est, syllepsis, quo & pro vno omnes, & pro multis vnus appellari soleat. Idem in illud D. Matthæi cap. 14. Erant quidam indignè ferentes: appellauit Synecdochen his verbis, Per synecdochen dicitur vnus pro multis, & multi pro uno.

Prolepsis.

PRolepsis est, cum dictio aliqua totum significans præcessit. quæ rursus in partibus intelligitur, neque explicatur: vt Duo reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace.

Ab vr. 1. Liu. Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt.

Sallu. Exercitus hostium duo, vnus ab Vrbe, alter à Gallia obstant.

Dictio totum significans est Reges, partes Romulus, Numa, vbi rursus Romulus rex, Numa rex dicendum erit, si orationem vellis integram facere. Dictio, quæ præcedit, fere aut est pluralis numeri, aut pluralem vim habet. Cæsar 3. Bel. Gal. Eodem die vterque eorum ex castris statiuis à flumine Apso exercitum educunt, Pompeius clam, & noctu, Cæsar palam, atq; interdiu. Verbum fere conuenit cum dictione præcedente, vt proposita exempla docent: Liuius tamen aliter locutus est, Periti religionum, iurisque publici, quando duo ordinarij Consules alter morbo, alter ferro perijsset, suffectum Consulem negabant rectè comitia habere posse. Hac, Sallust. Catil. Ea tempestate cæpere se quisque magis extollere. Plaut. Stich. Alius alium percontemur. Gellius lib. 11. cap. 7. Aspexerunt omnes, qui aderant alius alium. Senec. 1. epist. 7. Hæc ego non multis, sed tibi, satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Plin. lib. 11. cap. 30. Ex diuerso conuehunt altera alterius ignara. Hæc inquam, & alia id genus implicitam prolepsin quidam vocant, in qua scilicet aliquid deest, totum nimirum, aut partes: Donatus ait esse priscam orationem. Terent. Adelph. Aperite aliquis actutum ostium; Vim pluralem, idem inquit, habet Aliquis, quamuis singulariter dicatur: non est enim aliquis nisi de multis, rectè ergo Aperite aliquis, & nouè: nam non placet illud, vbi duæ distinctiones sunt, vnde Aperite est vna, altera Aliquis actutũ ostium: ut assumatur rursus Aperiat. Proprie enim veteres, & Quis, & Aliquis, & Quisquam non obseruabãt, quo genere aut numero declinarēt; est ergo figura ἀρχαϊσμός. Hęc ille. Quod si id verum est, idem de nominibus

te consentit: ob quam causam Luceius quorum pro Quæ, dixit. Certandi uerba apud eosdem dandi casu gaudent. unde libello contendo, pugno, certo apud poetas cum datiuo leguntur. Iidem neutrum nomen singularis numeri cum masculinis, & femininis utriusque numeri iungunt, quos Virgilius imitatus, dixit Triste lupus, triste imbres, dulce humor, dulce arbutus. Vide Budæum in Comment. Linguæ Græcę. Virg. 2. Aen. — cętera Graius. & 2. Georg. — & tremit artus.

Horat. 2. serm. Sat. 7. — tremit ossa pauore, Ibidē, — nasum nidore supinor.

Virg. 12. — verbena tempora uincti. Hoc hellenismo utuntur poetæ, & interim historici, ut supra diximus, cum de Ablatiuo partis egimus, ubi exempla inuenies. Diome. lib. 2 Nuda genu, hellenismum uocat. Quidam hanc figuram. Synecdochen, hoc est Eclipsin appellant: nam Synecdoche, ut paulo ante diximus, tum tropum, tum Eclipsin significat: deest autem in his locutionibus pręposítio Greca κατὰ idest secundum. Ad hellenismum etiam hęc spectant. Terent. Heaut. Visam si domi est, pro An sit. Horat. 3. Carm. Abstinere irarum pro ab iris. Illud etiam in Ver. 1. Cum illius mihi temporis uenit in mentem; credit Priscianus lib. 17. esse hellenismum, pro Illud tempus, Illud Terent. Andr. Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

& ibidem — scelus quemnam hic laudat? Ait Budęus à Gręcis esse sumptum. Huc etiam spectant illa Terent. Eunuch.

— ego illum nescio Qui fuerit. ibid. — scin' me in quibus sim gaudijs? ibidem — nunc metuo fratrem Ne intus sit. Et, metuo patrem, ne rure redierit. In his enim, & similibus Latini sermonis ratio potius nominandi, quàm accusandi casum amat. Metuo, ne frater sit intus: Ne pater rure redierit &c. Sed hęc hactenus, cętera ab ijs, quos paulo ante dixi, sunt petenda.

De Barbarismo.

BArbarismus est dictio aut omnino barbara: aut Latina quidem, sed vitiosa, scripto, vel pronuntiati ne.

Barbara omnino, et peregrina, vt Perla, pro vnione; Auiso, pro ad moneo, & alia generis eiusdem.

Latina dictio vitiosa fit pluribus modis:

Per genera, vt Gladia, p ogladij.

Per numeros, vt Scopa, pro scopæ: Tritica pro triticum.

Per declinationem, vt fames famei, pro famis: Vasibus, pro vasis.

Per coniugationem, vt, Staui, pro steti: Legebo pro legam: Veneraui, pro veneratus sum.

Diuisione, cum diuidimus coniuncta, vt Syluæ, dissoluo quatuor syllabarum, pro syluæ, dissoluo trium.

Cōplexione, cum diuisa coniungimus, vt Phæton, pro Phaethō.

Adiectione literæ, vt relliquiæ gemino,l, pro simplici: Alituum pro alitum. Syllabæ, vt Dicier, pro dici, Mauors, pro Mars. Aspirationis, vt Hinsidiæ, cum scribendum sit sine aspiratione. Temporis, cum syllabæ breui, quæ vnum habet tempus, additur alterum, vt fiat longa vt Italia prima longa, pro breui.

Detractione literæ, vt Peculi, pro peculij. Syllabæ, vt Temnere, pro contemnere. Aspirationis, vt Odie, pro hodie. Temporis, cum syllabæ longæ, quæ duo habet tempora, vnum detrahitur, vt fiat breuis, vt Vnius, Affligit media breui, pro longa.

Immutatione, cum litera vna, aut syllaba pro alia ponitur, vt Olli, pro illi.

Transmutatione, cum litera, aut syllaba è suo loco in alienum transfertur, vt interpretor, pro interpretor.

Fiunt deniq; Barbarismi Tenore, cum accentu alio pro alio vtimur: vt si præpositiones à suis casibus separemus, easque tenore acuto, vel inflexo pronuntiemus, vt ad eum, ab illo, à quibus, circum littora: cùm graui accentu, dissimulata distinctione, simul cum suis casibus pronuntiandæ sint, tanquam si vna esset vox.

Peregrini in Græciam profecti, cum Græcè loqui conarentur, atq; in voces absonas, vt aiunt βαρ, βαρ, bar, bar sæpius prorumperent, Barbari dicti sunt, vnde vitium posteri Barbarismũ dixerunt. De etymo. huius nominis multa Strabo lib. 14. Gell. lib. 13. ca. 6. Quod nunc, inquit, barbarè quem loqui dicimus, id vitium sermonis, non barbarum esse, sed rusticum: & cum eo vicio loquentes rusticè loqui veteres dictitabant. P. Nigidius in commentarijs Grammaticis, Rusticus fit sermo, inquit, si aspires perperam. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgò Barbarismus, qui ante D. Augusti ætatem purè, atque integrè locuti sunt, an dixerunt, nondum equidem inueni. Hęc Gellius.

Barbarismus, vt Quint. lib. 1. c. 5. docet, pluribus modis accipitur, Gẽte, Animi natura, Adiectione, Detractione, Immutatione, Trãsmutatione, Per genera, Per numeros, Diuisione, Cõplexione, Spatio, Aspiratione, Tenore. Gente, vt si quis Afrũ, vel Hispanum Latinæ orationi nomen inserat. A Diomede, & Donato vox barbara, & peregrina βάρβαρα λέξις hoc est, barbara dictio appellatur, nõ Barbarismus. Animi natura, vt is, à quo insolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictũ sit, barbare locutos existimer. Idẽ Quintilianus, affirmat Barbarismũ fieri per genera, & numeros. Absurdũ, inquit, forsan videat dicere, Barbarismũ, quod est vnius verbi vitiũ, fieri per numeros, aut genera, sicut Solœcismũ: Scala tamẽ, & Scopa, cõtraq; Hordea, Musta, licet literarũ mutationẽ, detractionẽ, adiectionẽ nõ habeãt, nõ alio vitiosa sunt, quã quod pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferunt. Et Gladia qui dixerunt,

runt, genere exciderunt. Hæc ille. Itaq; fit Solœcismus per numeros, quum partes orationis non consentiunt numero. Per genera quando adiectiuum, & substantiuum genere discrepant. Barbarismus per eadem fit, sed aliter, cum nimirum inusitatum aut genus, aut numerum nominibus tribuimus. Fit etiã per declinationem, si αἴας αἴου hoc est, Aiax Aiaci declines: uide Magnum Etymol. Barbarismum adiectione, vel detractione temporis, appellant Quintilianus Barbarismum spatio. Tempus. n. spatium est, quo syllaba pronuntiatur. Idem separatim egit de Barbarismo Aspirationis, quia sunt, qui putent sono tantum, & pronuntiatione hunc barbarismum fieri, cum, ut ijsdem placet, H, nota sit aspirationis, non litera. Idem eodem loco docet præpositiones simul cum suis casibus, perinde ac si una tantum esset uox, pronuntiandas esse. Cum dico, inquit, Circum littora, tanquam vnum enuntio, dissimulata distinctione: itaq; tanquam in una uoce una est acuta. Quod idem accidit in illo — Troiæ qui primus ab oris. Hæc ille. Accidunt & uitia per sonos, ut idem inquit, quæ demonstrari scripto non possunt, ut ἰωτακισμοὺς, λαμβδακισμοὺς vitia oris, & linguæ. Iotacismus est cum I, litera supra iustum decorem in dictionibus extenditur. Lambdacismus cum, L. plenius æquo pronuntiatur. Vide Diomedem, qui & Metacismum addidit; is fit, ut idem docet, cum M, litera in fine dictionis pronuntiatur sequente vocali. ut Quousque tandem abutere: fit enim Barbarismus si tum pronuntiatur M. Quidam putant fieri Iotacismum si plures dictiones ab I, litera incipiant: uerum cum id uitium scripto demonstrari possit, non huc spectat, si Quintiliano credimus.

Admonitio.

Puer cum leget apud Virgilium,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. *Ecloh. 1.*
Aut, Troas reliquias Danaum, atque immitis Achillei. *Aen. 1.*
Aut, Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat. *Aen. 11.*
Aut, Italiam fato profugus, Lauinaq; venit Littora. *Aen. 1.*
Aut, Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei? *Ibidem.*

Cum hæc inquam, & similia leget, ne putet principem poetarum barbarismum fecisse. Multa enim poetis permittuntur, quæ cęteris scriptoribus denegantur, Neque miretur, si apud M. Tulliũ oratorũ principem, Liberum, Sestertium, Cognoram, Norunt, aliasque id genus verborum imminutiones offenderit; neque enim Barbarismi sunt Detractione: si quidem à consuetudine certissima loquendi regula impetratum est, vt etiam oratoribus sic loqui liceret.

Queritur lib. 1. cap. 5. Quintilianus de Grammaticis, qui in iactationem eru-

pellatur in carmine, qui in prosa oratione Barbarismus dicitur. Itaque laudē virtutis necessitati damus. Metaplasmi species quatuordecim, aut quindecim plus minus sunt, de quibus, cum de carminū dimensione egerimus. Solœcismus semper vitium est, tum in ligata, tum in soluta oratione, si ab aliquo per imprudentiam fiat: est enim vitium ab ignoratione, & inscitia profectum. Si uero in carmine, aut soluta oratione legatur aliquid, quod Solœcismi faciem habere videatur, nō Solœcismus, sed Solœcophanes vocabitur. Solœcophanes, vt vox ipsa declarat, speciem quidem Solœcismi pre se fert, Solœcismus tamē non est. Teren. Andr. Vbi illic est scelus, qui me perdidit?

Idem, Vt illum dij, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est. Antecedens, vtrobiq; vt uides, neutrum est, Relatiuum masculinum. Si Relatiui, & Antecedentis leges audiendæ sunt, Solœcismus uidetur: est tamen schema, siue figura, quæ syllepsis dicitur, ut placet Donato, Respexit enim poeta ad intellectum, non ad uerba: siquidem intelligitur Scelestus, & Senex, cum quibus Relatiuū Qui consentit. Alij Enallagen, alij uero Hellenismum hoc Solœcophanes vocant. Excogitata itaq; sunt nomina uitijs proxima, quibus mollirentur peccata, quæ poetæ, aut oratores scientes, prudentes contra Grammaticorum leges commisissent. Eustathius, vt supra diximus figuras huius generis σολοικοφανῆ σχήματα appellat, hoc est schemata, siue figuras, quæ faciem Solœcismi habent.

Admonitio.

CAueant adolescētes, ne viros doctos Barbarismi, aut Solœcismi accusent: neue Latinę linguę amplissimos fines Nizolij obseruationibus metiātur, facile namque decipiētur, existimabunt enim Adiutorium, aliaq́, id genus nō pauca, quæ apud Ciceronē nusquā sunt, Barbarismos esse: videntur enim hæc prima specie barbara, cū eis tamē Quintilianus, atque alij viri docti vtantur, cū item multa verba varie ab eruditis hominibus scribantur, cuiusmodi sunt Letū, lethum: Lacrimo, lachrymo: autor, auctor, author. Vergilius, Virgilius: littus, litus: litera, littera: imo, immo: ne putent errore esse factū, si quādo hæc & similia aliter scripta offenderint, quàm ipsi didicerunt. Iā vero Solœcismi notā ijsdē inurere, tāto magis verebuntur, quāto fœdius est vitiū. Punitus es inimicos tuos. Videtur Aristotelē multa obscure tradidisse. Grauissime me nocuisti. nō male Latine dicunt At quis obsecro hæc ferret, nisi Oratio pro Milone extaret, in qua est, inimicissimū punitus es? Quis nō affirmaret Solœcismū esse. Videtur Aristotelē multa obscure tradidisse? nisi idē Cic. 5. Tusc. dixisset, Nō videt ad beate vivēdū satis posse virtutē. & Gell. lib. 19. c. 8. Videt ne tibi C. Cæsarē de statu uerbi cōtra te satis aperte, satisq; cōstāter pronūciasse? Idem lib. 1. cap. 16 Videbatur quibusdam Metellū Censorem, cui cū consiliū esset, ad vxores ducendas populū hortari, non oportuisse, nec de molestia, incō

modisq; perpetuis rei vxoriæ confiteri: nec adhortari magis, quàm dissuadere. Nocere non solum accusatiuo iunxit Plautus, sed etiam Senec. lib. 5. Controue. vltima controu. Dum filiũ vindico, vbi me grauissime nocere possit, ostendit. Quàm multa olim bene Latinè dicta sunt, quæ hodie barbarè, atq; rusticè dici putantur, cum reperta, lectaq; fuerint apud eos, qui Constantini Cæsaris ætate, vel proximo seculo scripserunt, quàm apud Ciceronem, Cæsarem, Quintilianum, aliosq;, qui modo extant, non leguntur. Quasi vero non fuerint eodem tempore referta bibliothecæ optimis scriptoribus, quorum vix nomina modo supersunt. Sed hæc hactenus.

Obscuræ orationis vitia.

VErba inusitata, & à consuetudine quotidiani sermonis remota obscuritatem, & tenebras orationi afferunt: vt si quis Oppido pro valde dicat, Auerruncare, pro auertere.

Eandem obscurat vitium, quod à Græcis Acyron, à Latinis improprium dicitur, vt Sperare pro timere.

Æn.4. Virg. Hunc ergo si potui tantum sperare dolorem,

Item Ambiguitas, quæ Amphibolia Græce appellatur, idq; vel in vno verbo, vt Taurus animal sit, an mons, an signum in cęlo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum non intelligetur. Vel in sermone, vt Audiui Chremetem percussisse Demeam.

Obscuratur præterea oratio, cum sermoni deest aliquid, quominus plenus sit, μείωσις Meosis, hoc est, Diminutio, Vel contra, cum inani verborum turba, atque copiosa loquacitate obruitur oratio, Perissologiam vocant.

Impeditur denique sermo, quo minus dilucidus sit, si longa Parenthesis interijciatur: aut si verba confusa, permistaque longius traijciantur.

Horat. Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis.

. Serm. Saty. 5. Rectus enim ordo est, Namq; pila ludere inimicum est lippis, & crudis: quod vitium Synchysis, vel Hyperbaton obscurum, hoc est, confusa, ac perturbata verborum transgressio vocatur. Si hæc vitia vitabimus, dilucida erit oratio.

APPENDIX.

CVm orationis structura decori gratia variatur, neglecto simplici sermonis ordine, non vitium est, sed virtus, quæ Hyperbaton appellatur, idest transgressio verborum.

Cice. pro Cluent. Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem

tionem in duas diuisam esse partes.

In duas partes diuisam esse, simplex erat ordo, sed durus, & incomptus.

Hyperbati aliquot species.

HYperbati, siue Transgressionis aliquot sunt species. Anastrophe est duorum verborum ordo præposterus: vt Mecum, Secum, Tecum, Nobiscum, Quibus de rebus. Anastrophe illa, Vrbem quam statuo vestra est: Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit, pro Quam vrbem statuo; Quem eunuchum dedisti nobis, admodum dura est.

Tmesis est cum verbum compositum diuiditur, aliqua dictione interposita.

Cic. Att. Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. *lib. 5.*

Idem de Senect. Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. Eiusdem generis sunt illa, Rem verò publicā penitus amisimus. Præclarum est pro patria, Reque publica mortem oppetere.

Parenthesis est breuis sensus sermoni, antequam absoluatur, interiectus.

Cicero. in M. Anton. O præclarum custodem ouium, (ut aiunt) lupum. *Phil. 3.*

Liuius, Tantum (pro dolor) degenerauimus à parentibus nostris. *Bel. pu.*

De vitijs Obscuræ orationis agit Quintilian. lib. 7. cap. 2. Diomedes lib. 2. in quibus enumerat Tautologiam, Macrologiam, Pleonasmon, quæ Inornatæ orationis sunt vitia, vt Quintilianus eodem libro capit. 3. docet. Eclipsin numerat idem Diomedes inter eadem vitia, cum ait esse defectum necessariæ dictionis, vt Italiam fato profugus, Lauinaque venit Littora. Deest enim præpositio Ad vel In. Quintilianus libro 8. cap. 3. vbi de uitijs Inornatæ orationis agit, μείωσιν Meosin appellat. Vitanda, inquit, & μείωσις cum sermoni quidem deest aliquid quo minus plenus sit: quanquam Obscuræ potius, quàm Inornatæ orationis uitium est. Sed hoc quoque cum à prudentibus fit, schema dici solet. Hæc ille. Cum prudentes, ac eruditi scriptores subtrahunt uerbum aliquod orationi, quod satis ex cæteris intelligitur, schema est, siue figura per Detractionem, quæ Synecdoche uocatur, ut idem Quint. ait, lib. 9. cap. 3. ut Stupere gaudio Græcus. Simul enim auditur uerbum Cœpit. Ibidē quid inter Synecdochē, & Aposiopesim intersit, apertissime docet μείωσιν Meosin uidetur appellasse Quinti. lib. 9. cap. 6. Eclypsin. Quidam, inquit,

Synechdochen vocant, cum & in contextu sermonis quod tacetur, accipimus. Verbum enim ex verbo intelligitur, quod inter vitia Eclipsis vocatur. Idem li. 1. cap. 5. vbi de tribus formis Solœcismi egit Adiectione, Detractione, Transmutatione, subiecit, Hæc tria genere quidam diducunt à Solœcismo, & Adiectionis vitium πλεονασμὸν Detractionis ἔλλειψιν, Inuersionis ἀναστροφὴν vocant, quæ si in speciem Solœcismi cadant, ὑπερβατὸν quoq; appellari eodem modo posse. Hæc ille. Itaque fuerunt qui crederent quattuor esse Solœcismi species, alij vero Solœcismum qui Adiectione fieret, Plenasmon appellarunt, quod vitium est Inornatæ orationis, vt mox dicemus. Qui Detractione, Eclipsin, quod Obscuræ orationis vitium est: qui denique Transmutatione Anastrophen, id est, inuersionem. qui in hac sententia fuerunt, aiebant Hyperbaton eodem appellandum esse Solœcismum, si concederemus uitia, quæ Adiectione, Detractione, Transmutatione fierent, species esse Solœcismi. Diomedes non numerat inter species Solœcismi vitia orationis, quæ Adiectione, & Detractione fiunt. Idem Diomedes, Vrbem quam statuo vestra est, ait esse Solœcismum, cum positus sit accusandi casus, pro nominandi. Nobis videtur Anastrophe, tametsi durior, Duas præterea species Hyperbato subijciunt Grammatici Synchysin, quam inter vitia numerauimus, & Hysterologiam siue ὕστερον πρότερον cum, ut inquit Diomedes sensus ordo præposterus redditur. Virg. Aen. 2. — moriamur, & in media arma ruamus: pro in media arma ruamus, & moriamur.

Inornatæ orationis vitia.

Cacophaton est obscœnum dictum, siue id vno verbo, siue pluribus, siue deformi literarum concursu fiat.

Tapinosis est, qua rei magnitudo, vel dignitas minuitur: vt siquis parricidam, hominem nequam vocet.

Tautologia est eiusdem verbi, aut sermonis iteratio. Verbi vt Nam cuius rationis ratio non extat, ei rationi ratio non est fidem habere. Sermonis, vt Ibant, qua poterant: quo non poterant, non ibant.

Vitanda est & nimia eiusdem literæ assiduitas, vt Quidquam quisquam, cuiquam quid conuenit neget? *Ab vrb. 8.*

Macrologia est longior, quàm oporteat sermo. Liuius, Legati non impetrata pace, retro domum, vnde venerant, abierunt.

Pleonasmos est vitium cum superuacuis verbis oneratur oratio: vt Ego meis oculis vidi, Satis est enim Vidi.

Cauendum etiam diligenter est, ne consonantes asperè concurrãt: vt S, vltima cum X, proxima, vt Exercitus Xerxis. Durior etiam sit concursus, si vtraque se ipsam sequatur: vt Ars studiorum Rex Xerxes.

Xerxes,

Vitandi & crebri vocalium concursus, quae vastam, & hiantem orationem reddunt: vt Baccae aeneae amoenissimae inpendebant. viro optimo obtemperasti olim.

Illud quoque vitium est, si multae voces eiusdem exitus in vnum locum congerantur: vt Flentes, plorantes, lacrymantes, obtestantes.

Et si verbi prioris vltimae syllabae sint primae sequentes: vt O fortunatam natam me consule Romam.

APPENDIX.

SI quando puer apud graues oratores aliquid offenderit, quod superuacaneum, atque otiosum esse videatur, ne id sine causa factum esse putet. Adduntur enim interdum quaedam affirmationis gratia. Ter. Adel. Hisce oculis ego met vidi.

Virgil. — vocemq; his auribus hausi. 4. Aen.

Adduntur & alia, quae aut Consuetudine, aut Autoritate, aut Vetustate, aut Necessitate denique excusantur.

Cic. ad Att. Vbi terrarum esses ne suspicabar quidem. lib. 3.

Idem ad eundem Longe gentium abes. lib 5.

Ad eundem, A Brundusio nulla adhuc fama venerat. lib. 9.

Idem de Senect. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuã.

Idem in Verr. Caeteri haeredes adeunt ad Verrem.

Idem ad Q. Frat. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo. lib. 3. lib 3.

Idem in Verr. impetrant vt ne iurent.


Idem in Marcello, Frater tuus quanti me faciat, semperque fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem. lib. 5. lib. 15.

Vt proprium oratorum est ornatè apteq; dicere, ita eorũ est de Inornatę orationis vitijs agere. Verùm quoniam Grammatici etiam hanc partẽ attigerunt, non putauimus omnino praetermittendam esse intactam: quãquam ipsi eam non Inornatam, sed Inordinatam appellant. Diomedem certe arbitror Inornatum scriptum reliquisse, quomodo Quintilianus solet vocare li. 8. c. 4. vbi de eius uitijs agit. Vitanda, inquit, & [illegible] cum sermoni quidem deest aliquid, quo minus plenus sit; quanquam id Obscurae potius, quam Inornatae orationis vitium est. Primi vitij exemplum consultò praetermisimus: quòd nec Cicero, nec Quintilianus pudore impediti sine circuitione ausi sunt apponere. Multo plura vitia detegit idem Quintilianus, quae adolescentes cum ad artem bene dicendi gradum fecerint, cognoscent. Qui enim fieri potest

test

test vt modo intelligat quid sit ἀνοικονόμητον , ἀσχήματον , κακοσύνθετον, hoc est, quod male dispositum , figuratum , collocatumque est , cum quid Disponere , quid Figurare, quid Collocare sit, prorsus ignorent ? Tropi etiam, atque schemata, seu figuræ tum verborum, tum sententiarum, quibus oratio ipsa in primis ornatur, ab eadem arte sunt petendæ. Satius enim multo est hæc non attingere, quàm de ijs ieiunè agere.


Relinquant itaq; Grãmatici hanc partem Rhetoribus, atque illud potius obseruent, interrogandi casus Terrarum, Gentium, præpositionesq́, proprijs locorum nominibus etiam à Cicerone interdum addi: eundem uerborum præpositiones nõnunquam rursus casibus apponere, nomenq́, Antecedẽs non solũ Relatiuo præponere, sed etiam subiungere. Vt ne, apud eundem frequẽtissime reperiri, Nemo Homo, aliquando: cum Vt, & Homo superuacanea esse videãtur. Multa præterea eiusdem generis apud eundem, aliosq́, uiros doctos reperiẽt, si eos diligẽter euoluerint. Poetis dabũt veniam, si quãdo aliquid addiderint, quod plane otiosum uidebitur, cuiusmodo est illud Vir. Aen. 5. — dixitq́, & prælia uoce diremit. Idẽ 1.— molemq́, & montes insuper altos Imposuit: vtrobique enim coniunctionem Que, metri necessitate constrictus addidit.



DE GRAMMATICA INSTITVTIONE

LIBER III.

De Syllabarum dimensione.



YLLABAE fiunt vel ex vna, vel pluribus literis, vt I, e, runt.

Literæ partim sunt vocales, partim consonantes.

Vocales sunt sex, a, e, i, o, u, y.

Ex vocalibus fiunt sex diphthongi, æ, au, ei, eu, œ, yi. Vt præmium, aurum, hei, Europa, pœna, Harpyia.

In diphthongis, A, O, Y, semper sunt principes: I, & V, semper subditæ, E, & præit, & subit.

Consonantes in Mutas, & Semiuocales diuiduntur.

Mutæ sunt octo, b, c, d, g, K, p, q, t.

Semiuocales itidem octo, f, l, m, n, r, s, x, z.

Ex quibus quatuor sunt liquidæ, l, m, n, r.

M, tamen, & N, raro liquescunt, idq; in Græcis tantum dictionibus, vt Tecmessa, Cygnus.

Due X, & Z, sunt duplices, hoc est, valent duas consonantes, X, Cs, vel Gs, vt Dux, Rex. Veteres Z, per duplex, ss, reddebant. vt Massa, patrisso, pitisso.

F, præposita liquidis L, & R, vim habet mutæ.

S, quanuis immunis, ac sui iuris sit (neq; enim inter liquidas, aut duplices numeratur) interdum tamen liquescit, vt suo loco dicemus.

H, sit ne litera, an aspirationis nota, dubium, controuersumq; est.

I, inter duas vocales posita consonans est, atq; duplex I, valet, vt Maior, peior: veteres I, geminabant, maior, aijo, Maija.

I, & V, cum vocalibus præponuntur, easque comprimunt, fiunt consonantes, vt Ianua, iecur, conijcio, iocus, iudex. Vates, velox, vita, vox, vultus.

Iota Græcorum, nunquam est consonans: quare in Iason, iambus, iaspis,

iaſpis,& cæteris.quæ planè ſunt Græca,prima vocalis eſt.

Iod apud Hæbreos ſemper conſonans eſt, cum vocalibus præponitur, vt Ieſus, Ioãnes, Iacobus: itaq; qui hæc,atq; alia eiuſdem generis nomina per I,conſonantem efferunt,optimè quidem pronuntiant: qui verò per vocalem,Græcos imitantur.

V, poſt Q, literam ſemper liqueſcit, vt Quare, quæro, quia, &c. At poſt G, & s, modo liqueſcit,vt Lingua,langueo,anguis,extinguo,ſuadeo, ſuauis. Modo integra eſt,ſuamq; vim retinet,vt Exiguus,ſuus.

Literæ liqueſcunt,cum vim,roburque vocalis,aut conſonantis amittunt.

Syllabarum omnium breuitas, & longitudo etiam imperitæ multitudini olim nota fuit.Erat enim certus ſonus,quo vocales lõgas à breuibus nullo negotio ſeparabat. Id quod Cicero in Oratore apertiſſime docet, In verſu quidem,inquit,theatra exclamant.ſi fuerit vna ſyllaba,aut breuior, aut longior. Nec uero multitudo pedes nouit,nec numeros tenet:nec illud quod offendit,aut cur, aut in quo offendit,intelligit:& tamen omnium longitudinem.& breuitatem in ſonis,ſicut acutarum, grauiumq; vocum iudicium ipſa natura in auribus noſtris collocauit. Hæc ille. Hodie ne docti quidem,& qui omnem ætatem in literis conſumpſerunt, A, longum à breui,ſono poſſunt diſtringuere: eodem enim modo Malum & arborem, & hominem ſonant. Quis vel peritiſſimus Venit, Legit præſens à præterito Venit, legit, Fidi, Mori, Duci, Verba è nominibus Fidi, Mori, Duci hodie pronuntiatione ſeparat? Cũ igitur veram illam,germanamq; pronũtiandi rationem funditus amiſerimus. à poetis ſyllabarum peritia nobis neceſſariò petenda eſt. Verum quoniam fieri non poteſt, vt omnes memoria teneamus,traduntur à Grammaticis præcepta quibus ſi frequens optimorum poetarum lectio,aſſidua exercitatio,ac diligens imitatio, accedat, breui non ſolum ſyllabarum dimenſionem aſſequemur, ſed etiam carmina componemus. Quæ præcepta more veterum non ligata,ſed ſoluta oratione ſcripſimus,quod pleriq; omnes etiam hac tempeſtate faciunt,idq; ſummo iure. Quid enim attinet præcepta carminibus inuoluta pueris ediſcenda proponere? Nonne multo facilius percipient, ſi, verbi cauſa, dicas Vocalis ante vocalem breuis eſt, vt Meus, Tuus:diphthongus longa eſt, præmium,quam ſi uno,aut altero verſu hæc eadem inuoluas & obſcures? quos neceſſe ſit totidem, aut etiam pluribus verbis explicare? Et (quod deterius eſt) cum multum,diuq; ſudaueris, vix,vt ſæpe fit,intelligunt, quid dixeris, ſed hæc hactenus.

Verrius Flaccus,ut Velleius Longus docet,exiſtimauit eandem eſſe apud nos V, literam, quæ apud Græcos, Υ, nam illi κύμινον nos Cuminum: illi

illi κυπάρισσον, nos cupressum: illi κυβερνήτην, nos gubernatorem dicimus. Idē probat ex Grecis nominibus quę in ευς exeunt, Theseus, Peleus, & similibus. Alia multa sunt quibus etiam apertius Verrij sententia confirmatur, ut μοῦσα, mus, σοῦς sus. Veteres ita diphthongos pronuntiabant, ut utraque vocalis perciperetur, quod hodie in duabus Au, & Eu, tantum experimur: nam in cęteris fere una tantum auditur. Diphthongum, Ae, variè scribebant antiqui, ut Quintilianus ait lib. primo, cap 7. Quidam more Grecorum per A, & I, semper scribebant: quidam singulariter tantum, cùm in genitiuum, vel datiuum incidissent: unde Pictai uestis, & Aquai, et Aulai Virgilius amantissimus uetustatis uersibus inseruit. Plurali numero A, & E, vtebantur, ut hi Syllae, hi Galbae. Diphthongo Ei, diu usi sunt Romani: quibus locis ea usi fuerint, docet P. Nigidius apud Gellium lib. 13. cap. 24. Si huius, inquit, Amici, uel huius Magni scribas, unum I, facito extremum: sin verò hi Magnei, hi Amicei casu multitudinis recte, tum ante I, scribendum erit E, atque idipsum facies in similibus. Lege Quintilianum de eadem re lib. primo, cap. 7. Diomedes libr. 2. ubi diphthongos enumerauit, Ex his, inquit, Ei, cum apud ueteres frequentaretur, usu posteritatis explosa est. Sunt qui accusatiuos tertię declinationis, in, Is, exeuntes per hāc diphthongū, scribāt, ut Omneis, treis, vrbeis, qua de re nulla, quod sciā, fit mentio apud ueteres. Certè Diomedes per I, docet scribenda esse libr. 1. Nomina, inquit, quæ ablatiuo casu, numero singulari I, litera finiuntur, genere masculino & fœminino sublata I, ultima, & addita, Es, syllaba producta, faciunt nominatiuum, & uocatiuum plurales, ut ab hoc, & ab hac agili, hi, & hę agiles, & ò agiles. Nam accusatiuus iuxta regulam manente, I, litera debent pronuntiari, ut hos, & agilis, ut est, Omnis homines. Idem sentit Donatus in libel. de Octo partibus 2. Edit. Idem Priscianus li. 7. citatque eundem Sallustium, Omnis homines, qui se se studēt, &c. Quod etiam Probus Valerius apud Gellium lib. 13. cap. 19. his uerbis significat, In primo Georgicōn, quem ego librum manu ipsius correctum legi, Vrbis per I, literam scripsit. Sic Cornelius Fronto in Different. Tris & Tres. Tris in accusatiuo casu, Tres in nominatiuo, & Vocatiuo. Varro. 1. de Analog. In accusandi casu hos montes, fontes: & hos montis fontis. Itaq; huius diphthōgi usus pertenuis est apud Latinos. Y I rarò reperitur, idq; in Graecis uocabulis. Nigidius apud Gellium lib. 19. cap. 14. Principes vocales nominat, quas Grammatici Pręposítiuas dicunt. Subditas, quas iidem Subiunctiuas: quę pręeunt & subeunt, quas Pręposítiuas simul, & Subiunctiuas uocāt. In Rudimentis ostendimus octo tantùm esse Mutas, solus enim Priscianus, ut ibidem diximus, contra ueterum omnium sententiam, F, inter Mutas numerauit, quę quamuis semiuocalis sit, tamen cum ei liquidę L, & R, subijciuntur, pręcedentem uocalem communem faciunt in carmine, quemadmodum cùm Mutas ipsas sequuntur, Semiuocalibus adiunximus Z, Gręcos secuti, & Diomedem

medem lib. 2. Semiuocales, inquit, sunt septem, sed Adiecta Z, fiunt octo. X, & Z, literæ sunt compositæ, vnde duplices dicuntur, illa ex C, vel G, & S, constat, vt Dux ex C, & S, constat, quod ex genitiuo Ducis, qui per C, scribitur intelligitur. Rex G, & S, valet, nam Regis per G, scribitur.

Z, vt Græci Grammatici docent, ex S, & D, constat. Diomedes lib. 2. ait ueteres duabus S S, pro hac vsos fuisse, vt Messentius, pitisso. Priscianus lib. 1. ait Massa patrisso pitisso, dicta esse pro μάζα πατρίζω πιτίζω maza, patrizo, pitizo. Græcis literā ἄσημον vocāt, hoc est siue signo siue nota immunē: De eadem sic scribit Diomedes eodem libro, Et, s, litera, inquit, suæ cuiusdam potestatis est, ideo apud Græcos μονάδικον appellatur, quæ in metro plerunque vim consonantis amittit. Veteres I, literam inter duas vocales positam geminabant, scribebāt enim Maijus, Peijus, Eijus, Pompeijus, & genitiuum Pompeij, vbi triplex I, cernitur: quam scribendi rationem probasse Cæsarem docet Victor apud Priscianum lib. 1. Cicero Aijo, Maijam solebat scribere: Vide Quintil. lib. 1. c. 4. I, & V, vocalibus præpositæ, consonantes fiunt: quod Nigidius apud Gellium lib. 19. cap. 14. docet. A, & O, inquit, semper principes sunt: I, & V, semper subditæ: E subit, & præit, in Euripo præit: subit in Aemilio. Si quis putat præire V, in his verbis Valerius, Vennonius, Volusius: aut in his I, iampridem, Iecur, Iocum, Iucundum, errabit: quòd hę literę cum præeunt, ne vocales quidem sunt. Hæc ille. Latini carent nominibus, quibus I, & V, appellent, cùm fiunt consonantes: Veteres cum I, & V, simpliciter nominabant, vocales intelligebant, ideo Nigidius ait V, & I, non præire in uerbis, Valerius, Iampridem, &c. Hæbrei I, consonantem Iod vocant, V, vero Vau. Aeoles literam habent, quæ sono omnino congruit cum V, consonante, figura verò cum F, litera maiuscula, quæ à forma appellata est Digamma, cō stat .n. genito Gamma: à sono verò teste Varrone, et Didymo apud Prisc. li. 1. Vau dicta est. Nec mirum, cum nomina Græcarum literarum ab Hebræis sint profecta: hi enim, Aleph illi Alpha: hi Beth, illi Beta: hi Iod, illi Iota: vtriq; Tau: hi Vau, Aeoles etiam Vau. Claudius Cęsar Digāma Aeolico pro V, consonante vsus est, quod eo Imperante etiam à Romanis receptū fuit, vt illi morē gererent. Itaq; Dafus, cerfus, serfus pro Dauus, ceruus, seruus in eius gratiā scribebant: cuius meminit Quint. li. 1. c. 7. Nostri, inquit, pręceptores ceruom, seruomq́, v, & o, literis scripserunt &c. Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam ad hos vsus F. literam adiecerat. Et 12. c. 10. Aeolicę quoq; literę, qua seruum, ceruumq́, dicimus, etiam si forma à nobis repudiata est, uis tamen nos ipsa persequitur. Suetonius in Claudio c. 41. Tacit. li. 11. docet Claudium Cęsarē tres literas ueterum numero addidisse, easq́, in vsu fuisse quādiu imperauit; neuter tamen quę, aut qua forma fuerit, scriptum reliquit. Suspicor alteram ex his quas ignoramus, I cōsonāti respōdisse. Diomed. lib. 3. etiam Digāma Aeolici meminit, vbi de V, cōsonante loquitur. Huic, inquit, Digamma adscri-

ma adscribi solet, vt quam sibi ipsa preponitur, vt sersus, Fulgus. Nam literam geminari in vna syllaba posse plurimi negant. Idem tradit Donatus, Edit. 2. Iod quum vocalibus apud Hebræos præponitur, easque ferit, consonans est, vt apud Latinos. Apud Hebreos, inquam, quia quæ ad Grecos transierunt, atque literis Græcis scribuntur, vocalem habent, vt in Elias, Ieremias, Zacharias videre licet, neque enim he positiones Hebrææ sunt: neque I, apud ipsos vocalis est, sed consonans. Olim antequam inuenta essent puncta (sic enim Hebrei decem vocales, quinque lougas, totidem breues appellant) etiã vocalis officio fungebãtur. Vt in Michael, Michol, alijsq́, plurimis nominibus. Hodie ab Hebræis, cum uocalem non excitat eamq́, ferit, Quiescens seu otiosa dicitur. Itaque consonans simpliciter vocatur, vt cetere omnes, que Alphabeto continentur. Sed hæc missa faciamus, ac potiùs ad nostros veniamus. Iudea, Iudeus, Iudaicus apud Latinos semper primam habent consonantem, que litera eadem prorsus est in Iesus, Iacobus, Ioannes, Ioseph, Iudas, alijsq́, id genus.

Luc. lib. 2. --- & dedita sacris.

Incerti Iudea Dei, milesq́, Sophene.

Horat. 1. Serm. saty. 5. - - credat Iudeus apella. Iuuen. saty. 6.

Qualiacunque voles Iudei somnia vendunt.

Idem Saty. 14. Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius.

Claudianus Grecorum more dixit.

Ne laceres versus Dux Iacobe meos. antiquis tamẽ poetis maior habẽda est fides.

Syllabæ partim breues, partim longæ, partim communes.

SYllabæ, quas temporibus metimur, aut sunt breues, aut longæ, aut communes.

Tempus est spatium, interuallumq; quo syllaba pronuntiatur.

Syllaba breuis ex vno tempore, atq; spatio constat, vt At, Sed.

Longa est duobus, vt Ah, En.

Communis est, quæ in versu tum breuis, tum longa esse potest, quales sunt priores in Atlas, Cyclops: mediæ in Tenebræ, Latebræ, Pharetra.

Nulla vocalis apud Latinos perpetuò breuis, aut longa est. Apud Græcos, ypsilõ, & Omicron, quæ e, & o, breue valent, perpetuo sunt breues, vt Origenes, Timotheus, Herodotus. Macedones.

Eta, & mega, quæ e, & o longum valent, semper sunt longæ vt Eremus, Idolum.

Veteres, ut Quint. docet lib. 1 c. 7. vsque ad Accium, & vltra porrectas syllabas geminis vocalibus scripserunt. Itaque Malus homo simplici A: Maalus arbor gemino olim scribebatur. Venit præsens vno E: Veenit præteritum duobus, atque cętera eodem modo. Vocales apud Latinos omnes sunt ancipites; nulla enim est, quę in diuersis dictionibus non sit aut breuis, aut longa ε, & o. Verum posteaquam vocales η, & ω, inuentæ sunt, deinceps breues tantùm fuerunt. Vide Prisc. li. 1. Eta appellauimus ipsam vocalem longam more veterum, quę, Ita, nunc dicitur: quę si Ita appellanda est, nullum erit, E longum apud Græcos, sed breue tantùm, quod fieri non potest: aut certè anceps erit, quemadmodum fuit antequam η, inuentum esset. Præter multa alia argumenta, quibus viri docti planum faciunt Eta, non Ita vocandam esse hanc vocalem, illud etiam maximo inditio est, quòd Hebrææ voces, quæ per E, longum apud ipsos Hebræos scribuntur, saluæ, & integræ Græcis literis conseruatæ sunt: cuiusmodi sunt, ἀμὴν ἐμμανουὴλ, ἰωσὴφ, ἰσραὴλ, γαβριὴλ.: Quod si quis Amin, Emanuil, Iosiph, Israil, Gabrijl, pronunciet, nihil minus quàm Hebraicè loquetur. Et Beth, secundum elementum Hebræorum sæpe in Threnis Ieremiæ βὴθ, Græcè scribitur: quod si Bith, te audierit Hebræus pronunciantem, risu corruet. Beth, itaque sonandum est, vnde ipsi Græci suum habent Beta: quo nomine à Martiale lib. 5. dicitur.

Dicas licebit Beta me togatorum.

η, & ω, non semper manent longæ, cum ad nos transeunt, nam πατὴρ, μητὴρ, ἕκτωρ νέστωρ, pater, mater, Hector, & Nector, E, & O, literas habent breues.
Virg. Aen. 1. At pater omnipotens speluncis abdidit atris.
Ouid. Met. 13. Inferias dederat, cum fratribus Hector, inanes.

PRAECEPTA VNIVERSA de syllabarum breuitate, ac longitudine.

Primum de uocali ante vocalem.

VOcalis ante vocalem in Latinis dictionibus breuis est: vt Puer, Fuit, ruit.

Aen. 12. Virg. Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem.
Aen. 1. Idem, Lucus in vrbe fuit media lętissimus vmbra.
Aen. 2. Idem, Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Selegimus ex Virgilio potissimum carmina, quibus nuda, ac frigida pręceta vestiremus, simul & eorum aures, qui ad poeticam aspirarent, elegantioribus

bus numeris imbuerentur, non ut in singulis explicandis immorarentur præceptores: satis enim est, si auditores intelligant, id, quod ad rem facit, hoc est, quæ syllaba breuis, quæue lõga sit in carmine, cuius de causa citatur poeta. Quod si quis adeo auersus est à Musis, vt hæc ipsi vel superuacanea, uel longiora esse uideantur, præceptorum ieiunitate, ac fame sit contentus.

Exceptio I.

FIo, I, habet longum, nisi sequatur R, vt Fiebam, Fiam.
Iuuenalis, Fient ista palàm, cupient & in acta referri, *Saty. 2.*
Sin R, sequatur, breue est, vt Fierem, fieri, confieri.
Virg. — nunc qua ratione quod instat,
Confieri possit, paucis, aduerte, docebo. *Aen. 4.*

Exceptio II.

INterrogandi, ac dandi casus quintæ declinationis E, ante I, producunt, vt Diei, speciei. Præter Rei, spei, fidei.

Exceptio III.

GEnitiuus in, Ius, habet I, longum in soluta oratione, in carmine tum breue, tum longum, vt Vnius, illius, Præter Alterius, quod vbique I, habet breue, Alius vero longum.
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei: *Aen. 1.*
Horatius, Nullius addictus iurare in verba magistri. *Epist. 1.*

Exceptio IV.

OHe priorem habet communem.
Martialis, Ohe iam satis est, ohe libelle. *li. 4.*
Cai, Pompei, Vultei, et si qui similes vocandi casus, penultimam habent longam.
Martial. Quod peto da Cai, non peto consilium.
Ouid. Accipe Pompei deductum carmen ab illo, *lib. 4. De Pont. 4.*
Debitor est vitæ qui tibi, Sexte, suæ.

Præceptum hoc de vocalibus, quæ sunt in eadem dictione, accipiendum est, nam de ijs, quæ in diuersis sunt, postea agendum est. Caius, Pompeius, Vulteius in recto per I, consonantem scribuntur: quæ interdum à Poetis in vocalem mutatur. Martialis libr. 5. Post Caiumq́, Luciumq́, consedit: Scazon est.

Idem lib. 9. Peruigil in plumis Caius ecce iacet.

Utrobiq; A, longum est, quod obiter notabis Eadem licentia vtuntur ijdem Poetæ, cum in uocandi casu, I consonantē in uocalem vertunt. Si quidem nomina, Ius, syllaba finita, in uocatiuo, Vs, abijciunt, Antonius, ò Antoni, sic Caius, Pompeius, ò Cai, Pompei, hoc idem Priscianus lib. 7. docet, atq; I, consonantem esse Horatij testimonio Epist. 1. probat.

Durus, ait, Vultei, nimis, attentusq́, videris,

Apud priscos V, ante I, a uerbis in uo, in præteritis producebatur. Enius in 2.

Annuit sese mecum decernere ferro.

Vide Prisc. lib. 10. Hinc facile intelligitur, quod Varro lib. 2. de Analog. ait, Quidam inquit, reprehendunt quòd Pluit, & Luit dicamus in præterito, & præsenti tempore, cum Analogiæ sui cuiusq; temporis uerba debeant discriminare. Fallūtur: nam est, ac putant, aliter, quòd in præteritis V, dicimus longū Luit, Pluit, in præsenti breue, Pluit, Luit.

APPENDIX.

AEr, chorea, platea, Cyterea, elegia, Darius, & alia huius generis, quæ vocalem ante vocalem longam habent, Græca sunt.

Meta. 1. Ouid. Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.

Ibidē. 8. Idem. Sæpe sub hac, Dryades festas duxere choreas.

Aen. 1. Virgil. Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi.

Chorea, platea, interdum à poetis corripiuntur.

libr. 6. Virg. Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Epist. 1. Horatius, Puræ sunt plateæ, nihil vt meditantibus obstet.

Nōnunquam soluta diphthongo, in e longum mutatur, vt Cytherea, Cythereia, Elegea, Elegia.

Met. 4. Ouid. Exigit indicij memorem Cythereia pœnam.

Eclog. 3. Idem, Flebilis indignos elegeia solue capillos.

APPENDIX. II.

IDea, Andreas, sophia, philosophia, symphonia, etymologia, orthographia, & alia quàm plurima vocalem ante vocalem corripiunt: licet eadem nomina acuta penultima multi viri docti more Græcorū

In Arte. pronuntient.

Horatius, ut Graias inter mensas symphonia discors.

Qui seriò vult Græcarum dictionum syllabas cognoscere, Grecas literas discat. Videndum enim est, quę ad nos transeunt uerba, quomodo apud ipsos scribantur. Nam quę apud eos per diphthongum scribuntur, apud nos modo per I, longum, vt. νεῖλος Nilus, sic Nicomedia, Alexandria, Darius, Basilius

lius, brauiū, Samaria, Antiochia, latria, idolatria, politia, litania, Iphigenia: Modo per E, longū, vt chorea, platea Medea, Cytherea, Laodicea, Achilleus spondeus, choreus, &c. ειρεια, πλατεῖα ex quibus poetæ interdum I, literam abijciunt, vt maneat, E, breue.

Prisc. li. I. vbi de ει diphthongo agit, docet poetas aliquando more Dorico I, abijcere, inde Virgilium li. I. Aen. tela Tiphoea, penultima breui dixisse, quā uis apud Græcos nomen ipsum adiectiuum per diphthongum scribatur.

Nate patris summi, qui tela Tiphoea temnis.

Interdum ε, in E, breue mutatur, ut ἰδέα idea, sic Dorothea, Dorotheus, Andreas. Quæ per Iota apud Græcos scribūtur, ferè ipsum corripiūt, ut sophia, Theologia, Ionia, tragœdia, Vrania, Zacharias, Elias, Isaias, & alia eiusdem generis, quorum plurima efferuntur à Græcis acuta penultima, vt Idea, Andreas, Maria, Zacharias, Elias, philosophia, Theologia, quo pacto audias etiā Viros doctos pronunciantes, non quòd ignorent penultimā esse breuē, sed quod intelligant hæc etiam Græco tenore posse enuntiari. Qui accentum à quātitate syllabarum fortasse non distinguunt, cum penultimam audierint acutam, continuò eandem longam esse putant, quod quidē in Latino sermone uerū est, non in Græco: siquidem Greci penultimā breuem sæpenumero acuunt. Sed quid inter accentum, & syllabarum dimensionem intersit, suo loco dicemus.

Præceptum II. de diphthongis.

Diphthongus longa est tam in Græcis, quàm in Latinis dictionibus, ut Aeneas, Melibæus, præmium, laus.

Virgilius, Miratur molem Aeneas magalia quondam. *Aen. I.*

Idem, O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit. *Eclo. I.*

Idem, En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi. *Aen. I.*

Exceptio.

Præpositio Præ, composita, cum vocalem præcedit breuis est, vt Præuro, præustus. *Aen. 7.*

Virgil. Stipitibus duris agitur, sudibusve præustis.

Diphthongum hic in eadem dictione accipimus, nam si vltima præcedētis dictionis fuerit diphthongus, & prima sequentis vocalis, ad aliud præceptum spectat apud ipsos Græcos etiam in eadē dictione interdū corripitur diphthōgus ob sequentem vocalem. At in dictionibus, quibus Latini vtuntur, semper producitur, etiam si sequatur vocalis, ut Aeolus Aeacus. &c. Illud Ouidij Trist. 3. eleg. 12. si tamen locus corruptus non est, singulare non est.

Frigora iam Zephyri minuunt, annoq́; peracto
Longior antiquis visa Mæotis hyems.

Nam eodem nomine prima longa vtitur Lucanus lib. 5.
Quaq́; fretum terrens Mæotidas egerat vndas.

Et Virg. 6. Aen. Responsis horrent diuum, & Mæotica tellus, &c.

Præpositio Præ, nonnunquam producitur sequente vocali. Stat. Theb. 6.
Tunc vero Oeclides, quanquam iam certa sequenti
Præmia, cum vacuus domino præiret Arion,
Ardet adhuc, cupiens vel inanem vincere currum.

Præceptum III. de Positione.

VOcalis ante duas consonantes, vel vnam duplicem eiusdem dictionis, longa est Positione, Vt terra, Araxes, Gaza, maiora, Troia.

Aen. 3. Virg. Terra procul vastis colitur Mauortia, campis.
Lib. 1. Lucan. Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.
Aen. 1. Virg. Arma virum, tabulæq́;, & Troia gaza per vndas.
Eclog. 4. Idem. Sicelides Musæ paulo maiora canamus.
Aen. 2. Idem, Hostis habet muros: ruit alto à culmine Troia.

APPENDIX. I.

SI altera consonans fuerit in fine præcedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit, vt At pius, A, longum est Positione duarum consonantium t, & p, quamuis sit in diuersis dictionibus.

Aen. 1. Virg. At pius Aeneas per noctem plurima voluens.

Vocalis longa est aut Natura, aut Positione. Natura, cum ipsa per se suapte natura producit, nec consonãtiũ eget adminiculo, ut Ah, Heu, En. Positione, quæ cum suapte natura breuis sit, consonãtium vicinitate, ac beneficio producitur, vt, E, in Terra vicinitate, ac beneficio R, literæ geminatæ producta est, cum à Tero dicta sit, quod verbum priorem habet breuem. Quot modis dicatur syllaba natura longa docet Probus Inst. Art. & Diomedes libr. secũdo. Vbi etiã inuenies certa verba, quæ veteres Grammatici vsurpãt, qualia sunt, Constat natura, Constat diphthongo, &c. Positione vero fit vocalis longa, vt Probo placet, decem modis: vt Diomedi sex, idem fere Donatus sentit Edit. 2. Octo tamẽ modos Probi, et sex Diomedis, ad duos reuocauimus, neque enim opus est hæc tam minute concidere. Positionis vocabulo etiam Quintilianus vtitur lib. 1. cap. 5. Euenit, inquit, vt metri quoque conditio mutet accentum,

vt pecudes, pictæque volucres. Nam volucres media acuta legam, quia etsi natura breuis, tamen positione longa est, ne faciat iambum, quem non recipit versus Heroicus. Hæc ille. Si ad normam veritatis & veterum Grammaticorum velimus loqui, hoc præceptum sic tradendum est. Vocalis breuis ante duas consonantes, &c. Nam syllabæ si naturaliter, vt Probus, inquit, producantur, positionem superfluam habebunt. Illic enim, vt idem ait, quærenda est positio, ubi longitudo naturæ defecerit. Nam quemadmodum vocales naturæ deseruiunt, ita positioni consonantes. Prætermisimus tamen uocem (Breuis) ne turbarentur tyrones. Quotus enim quisque uel mediocriter in re metrica uersatus intelligit, habeant ne uerbi causa, Terra, Axis, Gaza, maior, & alia penè infinita priores natura longas, an positione? Romanis pueris certè id facillimum fuit, quippe qui ipsius linguæ munere ac, beneficio, essent ne uocales longæ natura, an positione, certo quodam sono nobis incognito optimè intelligebant.

Troia in tertio versu nomen est adiectiuum, Troius, a, um, trium syllabarum, neq; ad rem facit: in quinto uerò substantiuum est, & dissyllabum, cuius prior beneficio, I, consonantis, inter duas uocales producitur. Dicet fortasse aliquis, Nōne, I, apud Græcos semper est uocalis? qui igitur fieri potest, ut Troia sit disyllabum? Hunc nodum soluit Priscia. lib. 1. Diphthongus, inquit, æ, quādo à poetis per diæresim profertur secundum Græcos per a, & i, scribitur, ut Aulai, pictai, pro Aulæ, pictę. In Gręcis uerò nominibus quoties huiuscemodi apud nos fit diæresis penultimę syllabę, I, pro duplici consonante accipitur, ut Maia pro μαῖα Aiax pro αἴας, Troia pro τροῖα Hęc ille. Ego idē puto dicendum καλλιόπεια Calliopeia, δηιόπεια Deiopeia. Itaq;, I, in Maia, Aiax, Troia, & similibus pars est diphthongi Gręcæ dissolutę, non uocalis per se.

APPENDIX. II.

SI vtraque consonans, aut duplex fuerit in principio sequentis dictionis, ferè nihil præcedentem vocalem breuem iuuabit.

Ouid. — sedebat

In solio Phœbus claris lucente smaragdis. *Met. 2.*

Virg. Phæbe graues Troiæ semper miserate labores.

Idem, Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. *Aen. 6.*

Lucanus, Tales, fama canit, tumidum super æquora Xerxem *Aen. 3.*

Constrauisse vias. *Lib. 2.*

Lucente, Phebe, nemorosa, æquora vltimas habent breues, licet duæ consonantes, aut vna duplex sit in principio sequentium dictionum.

Sunt propè innumera testimonia, quibus hæc appendix confirmari possit:

Virg. Aen. 2. — gelidusque per ima cucurrit.
Ossa tremor. Martialis lib. 5. — nec illi
Terra grauis fueris, non fuit illa tibi.
Luca. lib. 1. Roma capi facilis, sed Cęsar in omnia pręceps.
Ibid. Exigit ad sęuas famularum brachia planctus.
Ibid. — truncos lacerauit Fimbria Crassos.
Virg. 2. Aen. Squallentem barbam, & concretos sanguine crines.
Idem. 6. — gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor.

Diomedes lib. 2. ubi de septem modis syllabarum communium agit quę huius sunt generis, uocales ait communes esse, sed nullo testimonio confirmat, quod huic appendici aduersetur. Nam quę à Grammaticis afferri solent, cęsura, aut syllaba communi excusantur, cuiusmodi sunt hęc, quę subijciam. Iuuenalis Saty. 8.

Occulta spolia, & plures de pace triumphos.
Silius. 9. Immane stridens agitur, crebroq; coacta
Vulnera bellatrix, &c.
Martial. li. 2. Et digna speculo fiat imago tua.
Lucam. 5. Aut pretio quippe stimulo, fluctuque furoris.

Sunt & alia, quę aut eadem ratione excusantur, aut certè, quia monosyllaba sunt, ut enim monosyllaba, τί μὲν, γάρ, interdum apud Homerum producuntur, sic apud Latinos, Que, coniunctio.

Virg. Georg. 1. Lappęque, tribulique interque nitentia culta, &c.
dem. 2. Tribulaque, trahęque, & iniquo pondere rastri.
Idem. 4. Drymoque, Xantoque, Ligiaque, Phyllodoceque.
Idem Eclog. 4. Terrasque, tractusq; maris, cœlumq; profundum.

Et ne putes beneficio consonantium productam esse, audi eundem poetam,
Aen. 3. Liminaque, laurusq; Dei, totusq; moueri, &c.
Idem. 12. Chloreaque, Sibarimque, Daretaque, Thersilochumque.

Terentianus pręcipit uocalem breuem pręcedentem longam fieri Positione, si in principio sequentis fuerint duę consonantes, quarum prior sit, s, posterior muta: contra quem tamen faciunt hæc testimonia Virg. lib. 11.

Spem, si quam accitis Aetolum habuistis in armis.
Ponite, spes sibi quisque: sed hęc angust auidetis.

Horat. 1. Serm. Saty. 5. Linquimus insani ridentes pręmia scribę.
Idem Saty. 3. Ignoscent, si quid peccauero stultus, amici.

Alia pręterea sunt, quę, ne longior sim, omitto. Duo sunt, quę cum Terentiano facere uidentur, neque alia facilè inuenias, alterum Virgilij lib. 9. Aen.

Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.

Alterum Martialis lib. 5. in Marcum Antonium]

Quid gladium, demens, Romana stringis in ora?

Hæc enim cæsura excusari minimè possunt, nisi forte quis dixerit spondaicam esse cæsuram. Cętera, vt paulo ante diximus, aut communi syllaba, aut cęsura (de quibus suo loco) defenduntur.

Exceptio I. de liquescentibus.

VOcalis breuis ante mutam, & liquidam eiusdem dictionis in carmine communis est, at in soluta oratione perpetuò corripitur, vt, Volucris, Cyclops.

Ouid. Et primo similis volucri, mox vera volucris. *Meta.13*
Virg. Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris. *Aen.3.*
Idem, — vastosque ab rupe Cyclopas Prospicio. *Ibidem.*

Hęc est prima exceptio tertij pręcepti. Nam etiamsi duę cõsonantes uim habeant producendi uocalem breuem, tamen si prior fuerit muta, & posterior liquida, in soluta quidem oratione liquida semper vim consonantis amittit: quanuis in carmine interdum eam retineat, alioqui non produceret vocalem. Si tamen pręcedens uocalis fuerit longa natura, qualem habent multa nomina, quę à supinis penultima producta fiunt, vt lauacrum, ambulacrum, inuolucrum, uolutabrum, nunquam corripitur. Ex recto sępe etiam cognoscitur uocalis sit ne longa natura, an breuis in obliquis: sic Patrem, agrum, caprum iudicamus habere priores breues natura, quia Pater, ager, caper easdem corripiunt. Matrem contra, fratrem, octobrem longas, quia rectus easdem habet longas.

APPENDIX. I.

VOcalis ante F, & liquidas frequentissimè corripitur, vt Reflecto, refluo, reflo, reflagito, refringo, refręno. *Aen.2.*
Virg. Nec prius amissam respexi, animumque reflexi. *Meta.5.*
Ouid. Inque caput crescit, longosque reflectitur vngues. *In. epist.*
Idem, Illa refrænat aquas, obliquaque flumina sistit. *Serm.1.*
Horat. — postquam discordia tetra *Satyr.4.*
Belli ferratos postes, portasque refregit.
Interdum etiam producitur, vt Refloreo apud Silium. *Lib.15.*
Celsus ceu prima reflorescente iuuenta
Ibat consul ouans.

APPENDIX. II.

ABluo, obruo, subleuo, adnitor, & cætera ex iisdem præpositionibus composita nunquam primam corripiunt: necesse est

est enim, vt muta, & liquida ad se sequentem vocalem spectent, vt Tenebræ, latebræ, funebris, lugubris. In Abluo, & cæteris muta ad præcedentem vocalem pertinet.

Vt uocalis ante mutam & liquidam corripiatur, opus est, vt muta simul & liquida ad sequentem uocalem pertineant, alioqui corripi non potest. Consonantes præpositionum Ab, Ad, Ob, Sub, cum præcedente uocali iungũtur. Vide Priscianum lib. 1.

APPENDIX. III.

M & N, rarò liquescunt, idq; in Græcis dictionibus duntaxat, vt Tecmessa, Cygnus, Terapnæ, Iceneumon.

Lib.8. Silius, Ecce inter primos Terapnæo à sanguine Clausi.

Lib.7. Martial. Delectat Martium si perniciosus Ichneumon.

Nullum quod sciam est apud Latinos verbum, in quo M, aut N, liquescat: illud Ouid. Metam. 8. Debuit illius misereri, & ignoscere nobis: quo quidam docent in uerbo Ignoscere N, liquescere, deprauatè legitur, siquidem in correctis libris. Et expuncta est.

Debuit illius misereri, ignoscere nobis.

Itaq; M, & N, in Græcis tantum uerbis liquescunt. Horat 2. carm. od. 4.

Mouit Aiacem Telamone natum

Forma captiuæ dominum Tecmessæ.

Ibidem lib. 4. od. 3. — multis quoque piscibus

Donatura Cygni, si libeat, sonum.

Est Asclepiadeum carmen. Non facilè plura hujus generis reperias apud Latinos: Progne, quod quidam addunt, incertum est, varia est enim lectio apud Ouid. lib. 6. Metamorph. Ad mandata Prognes, & agit sua uota sub illa, in correctis codicibus sic legitur,

Mandata ad Prognes, & agit sua uota sub illa.

N, etiã post M, apud Grecos liquescit, unde multi in Polymneia arbitrantur, N, uim consonantis amittere. Ouid. fast. 5.

Dissensere Deæ, quorum Polymneia cœpit —

Prima: silent aliæ, dictaq; mente notant.

Libri tamen etiam correcti Polyhymnia habet, ut ratio nominis postulat, dicitur enim, ut enarratores Hesiodi docẽt, ὡς πολλοὺς ὑμνοῦσα, quasi multos canens, & celebrans. Neque si Hesiodum in catalago Musarum audiamus, nomen hoc per diphthongum scribitur sed per i, iota.

τερψιχόρη τ', ἐρατώ τε πολύμνιά τ' οὐρανίη τε.

Quare non est, cur diphthongus soluatur, ut fit in Elegeia, & Cytereia, ut supra diximus. Itaq; suspicor πολυύμνια Polyhymnia nomen esse plenum, quo

modo

modo apud Aristophanem legitur πολυύμνις πολύμνια vero, Polymnia arbitror esse imminutum, pleno vsos fuisse Latinos, imminuto Hesiodum verisimile est. Fulgētius tamen ait quintam ex Musis appellari πολύμνιαν per ει. Illud Silij, Ecce inter primos Teramnæo à sanguine Clausi magis ad rem facit, si Teramnæ cum Stephano scribamus per Mn.

Liquidæ apud Græcos non solum mutis subiectæ, sed etiam ipsæ per se positæ vocalem breuem faciunt communem, vt in nominibus ἄρης, ἀνὴρ, μίλος quas Persius videtur fuisse imitatus, vt in prologo,

Cantare credas Pegaseium melos.

Apud eosdem muta T, post c; & p, interdū liquescit, vt in δα'κτυλοι, αἰγύπτιος. Quare mirum non est si D, eius cognata etiam apud Martialem lib. 5 liquescat, Sardonychas, smaragdos, adamantas, iaspidas vno Portat in articulo Stella, Seuere meus.

Exceptio II.

I inter duas vocales in compositis, Bijugus, Quadrijugus simplex consonans est, non duplex: quare meritò præcedens vocalis corripitur.

Virg. Interea bijugis infert se Lucagus albis, *Aen. 10.*
Idem, Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus. *Georg. 3.*

Veteres, vt supra diximus, I, inter duas vocales geminabant Maijor, Maija, aijo scribentes. Prisc. lib. 1. ait, I, in compositis pro simplici babendā, vt Reijcio, cum tamen hoc idem verbum sæpissime primam producat beneficio, I, duplicis. Virg. 2. Georg. Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis. Idem 5. Aen. — duplicem ex humeris reiecit amictum.
Idem lib. 11. Reijciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt.
Nam illud eiusdem Virgilij, quod affert Priscianus;

Tityre pascentes à flumine reice capellas,

simplici, I, scribitur, vt illud Statij lib. 4. Theb.

Tela manu, reicitq; canes in vulnus hiantes.

sic Abicit, adicit, obicit, subicit, simplici, I, pro duplici, Adijcit, obijcit, &c. scribuntur. Iuuenal. satyr. 15.

Nunc abicit, sæua dignum, veraq; Carybdi.

Martial. lib. 10. Siquid nostra tuis adicit uexatio rebus.
Lucan. lib. 8. Cur obicis Magno tumulum, manesq; uogantes?
Idem 7. Ipse manu subicit gladios, ac tela ministrat: Itaq; in carmine Virgilij per proceleusmaticus est reice ca ∪ ∪ ∪ ∪ Aut E, & I (ut quidam putant) coalescunt in unam syllabam longam, quasi rice capellas.

Præ-

Præceptum IIII. de præteritis disſyllabis.

PRæterita diſſyllaba habent priorem longam, ut Vidi, Veni.
Æen.2. Virg. Quos ubi confertos audere in prælia vidi.
Ibidem. Idem, Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.

Exceptio.

STo, do, ſcindo, fero, rapiunt bibo, findo priores.
Martialis, Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas.
Lib.1. Lucan. Aut ſcidit, & medias fecit ſibi littora terras.
Lib.3. Virg. — liquefacto tempora plumbo
Lib.9. Diffidit, & multa porrectum extendit arena.

APPENDIX I.

COmpoſitum Abſcidi habet penultimam communem.
Lib.3. Lucan. Abſcindit impulſu venturum adiuta vetuſtas.
Lib.4. Idem Abſcidit noſtræ, multum ſors inuida laudi.
Lib.6. Idem, Illa comam læua morienti abſcidit ephæbo.
Lib.3. Mart. Abſcidit vultus enſis vterque ſacros.

Quid ſi abſcidit cum penultimam habet longam non à verbo abſcindo; ſed ex præpoſitione Abs, & cædo, æ, in i, longum mutata componitur? vt abſcędo, ex Abs, & cædo, & abſcondo ex abs, & condo?

Præceptum V. de præteritis geminantibus primam ſyllabam.

CVm prima ſyllaba præteriti geminatur, eadem, & ſecunda breuis eſt, niſi obſtent duæ conſonantes, vt Tetigi, peperi, cecini.
Georg.4. Virg. Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

Exceptio.

EXcipiuntur cęcidi à cædo, pepedi à pedo, in quibus ſecunda longa eſt, vt & in ijs, in quibus duæ conſonantes, ſequuntur vt Cucurri, tetendi,
Satyr.3. Iuuenal. Ebrius, ac petulans, qui nullum forte cecidit,
Dat pœnas.

Prætermisimus præceptum illud, quod nonnulli tradunt, Præterita sylla-ba Vi per V, consonantem finita penultimam habere longam, vt Voui strati, amaui, petiui. Nam dissyllaba ad præceptionem de dissyllabis spectant: polysyllaba uerò ad incrementum uerborum. Quod Priscianus li. 10. ex Ennio affert.

--- Virosq́, valentes
Contudit crudelis byems.

Priscis relinquendum est, vt enim tutudi simplex vtranque habet breuem, ita composita secundam breuem retinent, vt Extudit, retudit, contudit.

Præceptum VI. de Supinis dissyllabis.

SVpina duarum syllabarum habent priorem longam, ut Visum motum.

Virg. Terribiles uisu formæ Letumque, Laborque.

Idem, Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. *Aen. 6.* *Aen. 1.*

Exceptio.

ratum satum, datum, citum, litum,
AT reor, atq; sero, do, iunge ciere, linoque
itum, rutum, quitum, situm,
Ire, ruoque, queo, siui rapuere priores.

Virg. Nos abijsse rati, & uento petijsse Mycenas. *Aen. 2.*

Idem, At non ille, satum quo te mentiris, Achilles *Ibidem.*
Talis in hoste fuit Priamo.

Valer. Flac. Vulnus, & extrema sonuit cita cuspide cassis. *Lib. 3.*

Ouid. Hic situs est Phaethon currus auriga paterni. *Meta. 2.*

APPENDIX. I.

CItum à Cieo secundæ declinationis priorem breuem habet, unde Concitus, excitus penultima breui.

Virg. Altior insurgens, & cursu concitus Heros. *Aen. 12.*

Ouid. de inuidia, Nec fruitur somno uigilantibus excita curis. *Meta. 2.*

Citum uero à Cio quarti ordinis priorem producit, unde concitus, excitus penultima longa.

Lucan. Vnde ruunt toto concita pericula mundo. *lib. 5.*

Idem, Rupta quies populis, stratisque excita iuuentus. *lib. 1.*

APPENDIX. II.

RVo nunc facit ruitum supino, priscis seculis rutum fecit, unde
Epist. extant composita, Dirutum, erutum, obrutum.
Aen. 11. Ouid. Diruta sunt alijs, vni mihi Pergama restant.
Virg. Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bello Pergama.

APPENDIX. III.

STatum videtur priorem habere communem, inde enim status, us, & status, a, um priore breui oriuntur, & composita, quæ per l, efferuntur, ipsum corripiunt, vt præstitum.
Fast. 4. Ouid. Hic status in cœlo multos permansit in annos.
Fast. 1. Idem, Musa quid a fastis non stata sacra petis?
Inde etiam Staturus, constaturus, & quæ per A, efferuntur, eandem producunt.
lib. 3. Lucan. Tunc res immenso placuit statura labore.
lib. 10. Martial. Constatura fuit Megalensis purpura centum.

Nouem sunt supina, quæ priorem corripiunt.
Virg. 7. Aen. Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni.
Lucan. 1. Iusque datum sceleri canimus, populumq́; potentem.
Virg. 4. Georg. Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Ouid. Meta. 1. Poscebatur humus, sed itum est in viscera terræ.
Quitum rarum est, cuius breuitas ex Hecyra Terentiano probatur. Composita ex Cieo interdum etiam secundæ sunt coniugationis, sed multo frequenties quartæ. Liu. ab Vrb. 1. Elatum domo Lucretię corpus in forum deferunt, concientq́; miraculo (vt fit) rei nouæ, atq; indignitate homines.
Plaut. Merc. Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.
Rutum fuisse apud Priscos in usu, argumento sunt Ruta Iurisconsultorum, sunt enim, et Vlpianus inquit, quę eruta sunt, ut arena, creta, & similia. Prisciano uidentur Dirutus, erutus, & similia verba esse imminuta, pro plenis Diruitus, eruitus. Statum priorem habet longam, ut idem Priscianus ait lib. 10. Staturus crebre reperitur prima longa. Lucan. li. 2.
Hic acies statura ducum. & 6. Et statura redit.

Præceptum VI. de supinis polysyllabis.

SVpina in Tum polysyllaba, præcedente, V, habent penultimam longam, vt solutum, argutum, indutum, &c.
Aen. 9. Virg. Lumina rara micant: somno, vinoque soluti Procubuere.
Idem

Item in Tum à præteritis in Vi, per V,consonantem,vt Cupi,cupitum, petiui petitum.

Ouid.Exul eram,requiesq́; mihi, non fama petita est. Trist. 4.

Exceptio.

AGnoui tamen,& cognoui agnitum,cognitum penultimam breuem habent. Trist.3.

Ouid.Idq́; recens præstas,nec longo cognitus vsu.

Præceptum VII.

SVpina in Itum à præteritis in Vi, per V,vocalem habent penultimam breuem, vt Monui monitum,tacui tacitum.

Virg. Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos. Æn.6.

Idem, Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat? Ibidem.

Præceptum. VIII. De deriuatis.

DEriuata sequuntur naturam eorum,à quibus deriuantur,vt legebam,legam, lege, legito prima breui, quia oriuntur à præsenti, lego legis, cuius prior itidem breuis est.

Legero,legissem,legero,legisse prima longa, quia à præterito legi nascuntur, cuius prior etiam longa est.

Aratrum,simulacrum, ambulacrum, lauacrum, volutabrum, inuolucrum penultima longa, quia à supinis aratum, simulatum, ambulatum, lauatum, volutatum, inuolutum, deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

Reditus,exitus, introitus penultima correpta, quia supina, vnde fiunt, eandem habent breuem.

Exceptio.

MVlta, quæ suæ originis naturam non sequentur, vsu, assiduaq́; poetarum lectione sunt discenda cuiusmodi sunt Fomes, mobilis, laterna, regula, quæ primam habent longam, cum verba Foueo moueo, lateo, rego, à quibus proficiscuntur eandem corripiant.

Contrà Lucerna, arista,sopor, vadum primam corripiunt, cum verba Luceo, areo. sopio. vado à quibus declinantur, eandem producant.

Hic putaui testimonijs supersedendum,ne longior essem. Addunt quidam huic præcepto(Dummodo eadem consonans maneat(quod de industria prætermisimus, cum totidem aut plura sint, quæ mutata consonante, nihilominus primigenij quantitatem sequentur, vt simulacrum, inuolucrum, &c.

Præ-

Præceptum IX. de Compositione.

COmposita breuitatem, vel longitudinem simplicium sequuntur. In perlego, relego, E, ante G, breuis est, quia in simplici lego etiam corripitur.

In præterito perlegi, relegi, producitur, quia in simplici legi itidẽ longa est.

Attigi, concidi, diffidi, ebibi, rescidi I, literam habent breuem, quia in simplicibus eadẽ vocalis corripitur, Tetigi, cecidi à cado, &c.

Oblitum, insitum circundatum, desitum penultimam ob eandem causam habent breuem, nam à litum fit oblitum, &c.

APPENDIX.

QVantitas simplicium seruatur in compositis, quãuis vocales mutentur, sic concido, excido, incido, occido, recido à cado penultimam corripiunt: Eligo, seligo, à lego.

Contrà concido, excido, incido, occido, recido à cædo eandem
Aen. 12. producunt: sic Allido, collido à lædo: Exquiro, requiro à Quæro:
Saty. 7. Obedio, obedis ab Audio.

Virg. Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troia.
Iuuen. Occidit miseros crambe repetita magistros.

Serm. 1. Hæc à simplicibus longis orta corripiuntur, Deiero, peiero, à iuro:
Saty. 3. Pronuba, innuba, a Nubo: Semisopitus, à sopitus: Maledicus, causi-
Aen. 3. dicus, veridicus, fatidicus à dico. Nihilum ex Ni, & hilum.
Aen. 1. Horat. Stultitia ne erret, nihilum distabit an ira.

Connubium à Nubo secundam syllabã habet communem. Virg.
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?
Idem, Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.

Posuimus plura exempla, ut ex his, atque similibus tyrones assuescant in compositis syllabarum quantitatem inuestigare. Pronubus, & innubus genere virili prætermisimus, quæ non uidentur usitata. Nihilum, ut placet Grammaticis, ex Ni, quod apud veteres Non significabat, & hilum componitur. Festus hilum putat esse, quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil, & nihilum. Nonius, hilum, inquit, breue quiddam significat. Lucilius li. 30.

Quodq; tuas laudes culpes, non proficis hilum.

Ambitus nomen hic etiam excipiendum est, si Prisciano credimus, nam lib. 10. docet Ambio compositum ex uerbo Eo solum mutasse E, in I, & more eorum, quæ in, io, desinunt, penultimam supini habere longam, vnde Ambitus participium media longa. Ouid. Met. 1. Iussit, & ambitæ circundare littora terræ.

Ambitus uero nomen eandem habet breuem differentiæ causa.

Lucan.li.1. ---letalisq; ambitus Vrbi.

Semisopitus, Ouid.in Epist. Thesea prensuras semisopita manus.

& alibi apud eundem. Sopio & sopitus primam producunt.

Ouid. Met.1. Peruigilem superest herbis sopire draconem.

Virg. Aen.1. Hunc ego sopitum somno super alta Cythera &c.

Comitium habere penultimam longam contra simplicis naturam Itum, non potest probari ex carmine Silij lib.8.

Cernebat Paulus, nanq; huic comitia campus. Iura, atq; arma dabat.

Cum non comitia, sed communia habeant libri correcti.

DE PRAEPOSITIONVM compositione.

Ab,	Vt,	Abeo,	BREVES SVNT.
Ad,		Adoro,	
Ante,		Antefero,	
Circum,		Circumago,	
In,		Inuro,	
Ob,		Obeo,	
Per,		Pereo,	
Re,		Refero,	
Sub,		Subeo,	
Super,		Superaddo,	

ITem A, Græca præpositio; vt Adamas, adytum, atomos.
Iuuenal. Circumagat madidas à tempestate cohortes. *Saty. 7.*
Virg. Talia voce refert, o terq; quaterque beati, *Aen. 1.*
Ouid. Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi, *Fast. 3.*
Virg. Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla. *Aen. 6.*

Exceptio.

Refert, hoc est interest seu necesse est, Re habet longum, *lib.9.*
Mar. Multum, crede mihi, refert à fronte bibatur
Qui fluit: an pigro cum stupet vnda lacu.
Virg. -- neque enim numero comprehendere refert. *Georg.2.*

Hic sunt in memoriam reducendæ superiores præceptiones de Positione, de Vocali ante vocalem, Reijcio enim Reieci primam habent longam positione: siquidem, I, inter duas uocales duplex est. Obijcio, adijcio, subijcio primas

etiam producunt positione duarum consonantium: nam I, litera, quę priore loco scribitur, consonans est, ut in simplici Iacio: quę uero posteriore, vocalis: quę ex A, simplici facta est. Interdum tamen I, consonans à poetis reijcitur seruata vocali: qua de re supra diximus, cùm de cōpositis Bijugus, Quadrijugus egimus, vbi exempla inuenies. Poetæ Rettuli, Repperi frequenter geminatis consonantibus producunt.

Ouid. Met. 13. --sed enim quia rettulit Aiax Esse Iouis pronepos.

Luc. lib. 1. Reppulit à Lybicis immensum syrtibus æquor.

Ausonius in Epigr. At qui condiderat, postquam non repperit aurum.

Ouid. 3. de Ponto, Ele. 2. Consortes urbis repperit esse suę

Redduco, non apud Lucanum, sed Lucretium legitur: item Reccido, rellatus, refficio, quem nolim imitari. Illud Propertij lib. 4.

Reccidit, inq́, suos mensa supina pedes:

legitur & Decidit. Cohæreo, Cohibeo, &c. in quibus Con, pręp[o]sitio N, literā amittit obsequentem vocalem, primam corripiunt. In verbo Comedo N, migrauit in M. breui O. Iuuen. saty. 3.

Si uero & pater est, comedam, inquit flebile nati Sinciput.

Verbum Cogo, quod coago scribendum fuit, ut coactum eius supinum, priorē habet longam, quę ex duabus breuibus O, & A, in vnam contractis facta est.

Virg. Eclog. 3. Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.

Anhelo, anhelus primam habent breuem, quę ex pręposítione Am, M, mutata in N, facta sunt.

Vir. Aen. 5. Et me sęuus equis Oriens afflauit anhelis.

Quo pacto Con, & Am, afficiantur sequentibus uocalibus, aut consonantibus, diximus cum de pręteriti, uerborum egimus. Omitto, operio primas habent breues, quia ex Ob pręposítione composita sunt, sed B, extritum est.

Horat. 1. Epist. Quod petijt spernit: repetit quod nuper omisit.

Virg. Aen. 4. Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt.

Præpositiones longæ.

[A]en. 1. A, E, De, Di, Se, longæ sunt, vt amitto, erumpo, deduco, diripio, separo.

[A]en. 3. Virg. Amissos longo socios sermone requirunt.

[A]en. 1. Idem. Deducunt socij naues, & littora complent.

Idem, Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

Exceptio.

[A]en. 3. Dirimo, & Disertus, Di, corripiunt.

[L]ib. 6. Virg. Cede Deo, dixitque, & prælia voce diremit.

Mart. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata,

Non

Non tu Pom poni, cœna diserta tua est.

Nihil attinet hic annumerare, quæ positione, aut diphthongo longæ sunt, vt Abs, Ex, Post, Præ: Trans amissis duabus consonantibus nihilominus producitur, vt trano, traduco, trado. Virg. Aen. 6. --- illius ergo

Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Mart. lib. 1. Quæ tua traducit manifesto carmina furto.

Idem lib. 2. Ardua res hæc est, opibus non tradere mores.

De, sequenti vocali corripitur, vt dehisco,

Virg. 4 Aen. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.

Interdum cum eadem in vnam syllabam coalescit, vt in Deesse, deerat.

Lucan. lib. 2. Quantum deesse solet Lunæ, seu plena figura est.

Ouid. Met. 1. Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ Deerat adhuc.

sed de his in figuris.

Pro præpositio.

PRo præpositio breuis est apud Græcos, vt Propontis: longa apud Latinos, vt Proueho.

Ouid Misit in has siquos longa Propontis aquas. *De Pōt. 4.*

Virg. Prouehimur portu, terræque, vrbesque recedunt. *Aen. 3.*

Exceptio.

COrripe quæ fundus, neptis, fugioque, nepos que, *Aen. 1.*
Et fari: festus, fateor, fanumque crearunt: *Lib. 3.*
Huc profugus spectat, cui iunge profano, proteruus, *Lib. 1.*
Huc Proficiscor ades, properate Procella, Profecto, *Lib. 6.*
Tuque propago genus: vitis propago recede. *Georg. 2.*

Virg. Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.

Proper. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.

Lucan. Ad Cinnas, Mariosque venis sternere profecto.

Idem, Quam prior affatur Pompeij ignara propago.

Virg. --pressos propaginis arcus.

APPENDIX.

PRopino, procuro primam habent communem, profundo rarissime eandem producit.

Sunt qui existimēt profundus, proneptis, profugio, pronepos, profari, profestus, profiteor, profanus, & cætera Latina, quæ hic numerātur, nō ex præpositione Pro, sed ex aduerbio Procul esse composita.

Pers. Saty. 6. --- age si mihi nulla.

Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla proneptis.

Nulla manet patrui, &c.
Valerius Flac. Contingat uix deinde mori: sic fata profugit.
Ouid. 11. Met. Et Neptunus auus pronepos ego Regis aquarum.
Horat. Serm. 2. sat. 3. Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappamq; profestis.
Ouid. Vtilitas lateat, quod non profitebere, fiet.
Hor. in Art. Inceptis grauibus plerunque, & magna professis.
Virg. Aen. 6. --- Procul ò procul este profani
Ouid. li. 3. Eleg. de morte Tibuli.
Scilicet omne sacrum mors importuna profanat
Idem in Epist. Damnaret nati facta proterua pater.
Participium profectus à proficiscor etiam primam corripit. Virg. 7. Aen.
Arcades his oris genus à Pallante profectum.
Statius li. 6. His ego te coniux ad debita regna profectus.
Qui primam putant etiam longam esse, dubijs testimonijs id docent. Itaque tutius corripietur. Ceterorum exempla trita sunt. Profecturus à proficio primam producit. Ouid. in Epist.
Non profecturis littora bobus aras.
Prohibeo primam corripit, quia sequitur uocalis. Virg. Aen. 3.
Dij prohibete minas, dij talem auertite casum.
Propago, cum progeniem significat, primam corripit: cum vero depressam uitem, eandem producit. Propino verbum est Graecum προπίνω: quo tamen Latini crebrò utuntur. Mart. li. 12.
Hoc quoque non nihil est, quòd propinabis in istis:
Frangendus fuerit si tibi, Flacce, calix.
Idem li. 6. Nemo propinabit Calliodore tibi.
Ouid. Fast. 3. Risit, & his inquit, facito mea tela procures.
Virg. Aen. 9. Quod superest, leti bene gestis corpora rebus Procurate viri.
Idem Aen. 12. Vix ea, cùm lachrymas oculis Iuturna profudit.
Ouid. Met. 9. --- & lachrymis vultum lauere profusis.
Catul. in Argon. Has postquam maesto profudit pectore voces.
Propello, propulso etiam primam habent breuem apud Lucretium lib. 4.
Et procul a tergo, quae prouehat atq; propellat.
Ibidem, verba propulsantes iterabant dicta &c. tutior est vtriusq; productio. Propago verbum apud solum Lucretium ex poetis, nisi me fallit memoria, legi, qui prima modo longa modo breui vtitur in eadē significatione lib. 1.
Propagare genus possent, vitamq; tueri. Ibidem,
Nec ratione fluunt alia stragemq; propagant.
Verba Procio, profugo, as inusitata sunt.
Procello incertum est an primam habeat breuem: nam Lucretij versus, quo id con-

Id confirmandum esset, sic legitur,

Turbinis immanem vim prouomit, atq; procellæ: non procellit.

E, in compositione,

SI Prior pars compositi E vocali terminetur, fere b reuis est, vt liquefacio, tepefacio, temefacio, stupefacio, nefas. *Georg.*

Virg. Flammarumque globos, liquefactaque uoluere saxa. *Aen. 1.*

Idem, --atro tepefacta cruore

Terra, torique madent. *Sat. 13.*

Iuuen. Credebant hoc: grande nefas, & morte piandum,

Si iuuenis uetulo non assurrexerit.

Aen. 11
In epist.

Exceptio.

EXcipe Ne quis, nequa, nequod, nequam, nequitia, nequaquam, nequicquam, nequando, uidelicet, ueneficus, uenefica.

Virg. Nequa meis esto dictis mora: Iupiter hac stat,

Ouid. Barbara narratur uenisse uenefica tecum.

Hic de Latinis vocibus agimus: Græcæ enim ex ι, vel η, vel diphthongo cognoscuntur, vt Archetypus, Nereus, Euander. Tepefacio, & liquefacio ferè semper corripiuntur. Horat. Serm. 1. Saty. 3.

In matris iugulo ferrum tepefecit acutum.

Ouid. in Epist. Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam.

Virg. 9. Et media aduersi liquefacto tempora plumbo Diffidit.

Idem Georg. 4. Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.

Catullus in Argon. produxit:

Alta tepefaciet permista flumina cæde.

Et Ouid. Met. 7. Thura liquefaciunt, indutaq; cornibus aurum.

Sed vterq; necessitate cõstrictus longa pro breui vsus est: id quod Epici poetæ solent facere in dictionibus tres breues continuas habẽtibus more Græcorum, vt Priamides. virg. lib. 6. Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit.

Lucretius E, produxit in Expergefacio, patefacio, patefio, rarefacio, quæ nondum, quod meminerim, apud cæteros poetas legi, ne breuia quidem.

Li. 4. Expergefactiq; sequuntur inania sæpe. &c.

Et 6. Atque patefecit, quas antè obsederat iter. &c.

Et 4. Causa patefiat, quæ ferri pelliciat vim.

Et 6. Et rarefecit calido miscente vapore. Nequam, autore Varrone lib. 3. de Analog. ex Ne & Quicquam, media syllaba extrita, coactũ est. Horat. 2. Serm. saty. 7. Arma viri, nequam & cessator Dauus: at ipse.

Ouid. 1. Fast. Nequitia est, quę te non sinit esse senem.
Videlicet ex uidere, & Licet factum est. Lucret. lib. 1.
Ossa videlicet è pauxillis, atque minutis.

Aen. 10.
libr. 5.

I, vel Y, in compositis.

SI prior pars compositionis in I, vel Y, desinat, corripitur, ut Omnipotens, causidicus, Palinurus, Polydorus.

Aen. 5. Virg. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Infit:

Aen. 3. Mart. Carpere causidicus fertur mea carmina: qui sit,
Nescio, si sciero, uæ tibi causidice.

Virg. Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

li. 12. Idem, Nam polydorus ego, &c.

li. 2.

Exceptio I.

Aen. 5. I, longum habent Ibidem, vbique, idem pronomen uirile, bigæ, quadrigæ, biduum, triduum, siquis, siqua, siquod, scilicet, ilicet, tibicen, meliphyllon, Trinacria.

Trist. li. 4. Mart. Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem.
Idem, Si totus tibi triduo legatur.
Virg. Trinacriæ mirata fremit, Troiæque iuuentus.
Ouid. Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.

li. 1. Idem, Si qua meis fuerint, ut erunt uitiosa libellis.

Metam. Excusata suo tempore lector habe.

li. 7.

Vbicunque.

VBicunque frequentius i, habet breue Mart. Qui tecum cupis esse meos vbicunque libellos.

li. 3. Ouidius tamen produxit. Seruor ubicunque est &c.

Exceptio II.

ITem composita ex Dies, vt meridies, meridior, quotidie, quotidianus, &c.

lib. 9. Mart. Inter tepentes post meridiem buxos Sedet.

Exceptio III.

SI I, fixum non fuerit, sed pro genere, & casu mutetur, longum erit: vt quidam quiuis, quilibet tantidem.

Martial. Rumpitur inuidia quidam carissime Iuli.
Quòd me Roma legit, rumpitur inuidia.

Ouid. Pollicitis diues quilibet esse potest.

Hæc præceptio tam Græcas quam Latinas dictiones complectitur.

Virg. Aen. 3. Qui tripodas Clarij, lauros, qui sydera sentis.

Idem

Idem neutrum priorem habet breuem, Mart.lib.12.

Et faciamus idem, nec mereamur idem?

Biduum primam producit, ut Triduum. Terent. Eunuch.

Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum. Senarius est iambicus.

Si quidem compositum ex Si, & Quidem, semper primam corripit.

Lucan. lib. 4. Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli.

Si uero disiungantur Si quidem, Si semper producitur. Scilicet, ex Scire & Liceo copulatum est. Virg. Aen. 2.

Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq; Mycenas

Aspiciet? Ilicet exire, & Licet,

Idem ibidem, Ilicet ignis edax summi ad fastigia tecti voluitur,

Meliphyllon herba est, quæ à Varrone lib. 3. cap. 16 apiastrum dicitur.

Virg. 4. Georg. Trita meliphylla, & cerynte ignobile gramen.

Trinacria Sicilia est, dicta ἀτρίς, & ἄκρα quod tria habeat promõtoria Pachynum, Lilybeum, Pelorum, ἄκρα enim Græcè promontorium est Latinè. Vbiuis, ubilibet, aiunt etiam mediam longam habere, quanuis Vbi vltimam habeat ancipitem, Vbicunque fere corripitur:

Lucan. lib. 7. Præstandum est ubicunque caput, sed tu quoque coniux.

Idem lib. 3. Et pigras ubicunque iacent, effunde paludes.

Martialis lib. 8. Epigram. 10. Lucrifecit dixit secunda longa.

Emit lacernas millibus decem Bassus

Tyrias coloris optimi: lucrifecit.

Scazon est, Aut certe dicendum est Lucri ge[illegible] inum esse, quales sunt Parui Magni &c. Separatur enim interdum à uerbo. Plaut. Persa.

Cara est, fecisti lucri.

Ausonius in monostichis Cæsarum Matricida antepenultima longa dixit.

Matricida Nero propij vim pertulit ensis.

repugnante tamen analogia, nam parricida eandem habet breuem.

Horat. lib. 3. Carm. ode 29. Telegoni iuga parricidę.

Carmen constat ex duobus dactylis, & totidem choreis. Cõposita ex Dies sunt etiam pridie, postridie: pridianus, meridianus. Catullus in Quotidianus solita licentia usus est: si quidem corripuit secundam, quam Martialis semper produ cit. lib. 1. Quò tu, quò liber ociose tendis

Cultus sindone non quotidiana?

Idem lib. 10. Leuis dropace tu quotidiano.

O, in Compositis.

O in Græcis dictionibus priorem compositi partem claudens, corripitur, vt Cymothoe, Carpophorus, Argonauta,

Mart. Sæcula Carpophorum, Cæsar, si prisca tulissent: *lib. 1.*

Iam nullum monſtris orbe fuiſſet opus.

.3. Idem, Non nautas pu to vos, ſed Argonautas,

Exceptio.

QVæ per ω mega apud Græcos ſcribuntur longa ſunt γεωμέτρης Geometra λαγώπους Lagopus : nec plura facilè inuenias quibus vtá-

.7. tur Latini.

Mart. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.

Γεώλοφος geolophus, γεώμορος geomorus Latinis inuſitata ſunt: λευκόπετρα Leucopetra per Omicron ſcribitur, quemadmodum & θεόφιλος Theophilus, & Theophila Martialis. in Theophila ſecundam produxit, quòd tres breues continuæ eſſent, lib. 7.

Hæc eſt illa tibi promiſſa Theophila Canni.

Fannius interpres Dionyſij Leucopetram contra Græcorum quantitatem produxit. Ad Leucopetram longiſſima rura tenentem.

Iuuenalis Saty. 3. aut O in Geometres corripuit, aut certè, E & O in unã ſyllabam contraxit: Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes.

ſic enim in libris correctis legitur, non Geometra, O in Latinis dictionibus ſæpe produeitur, ut Nolo, quandoque, quandocunque, introduco, retrouerſus, Horat. in Arte, Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Ouid. Met 6. Quandocunque mihi pœnas dabis. ipſa pudore, &c.

Lucret. lib. 3. Sic animas introduxerunt ſenſibus auctas.

Ouid. Met. 4. Ipſe retrouerſus ſqualentia protulit ora. Hodie corripitur.

Iuuen. Saty 3. Rex hodie minor eſt, heri quam fuit, atque eadem cras &c.

Quandoquidẽ, Virg. Eglog. 3. Dicite, quãdoquidem in molli conſedimus herba.

Sacroſanctus habeat ne breuem, an longam, ſecundam, iudicabunt doctiores.

Bardocucullus O habet breue: Mart. lib. 14. Gallia Santonico ueſtit te bardocucullo. Controuerſus, Controuerſor, Controuerſia uidentur etiam corripi, in qua ſententia eſt Sidonius, lib. 8. Declamatio controuerſiarum. qui ſi claſſicus fuiſſet, omnis dubitatio ſublata eſſet.

DE INCREMENTO ſingulari nominis.

Quid ſit incrementum.



SI genitiuus ſingularis par fuerit nominatiuo ſyllabarum numero, nullum erit incrementum, ut Muſa, Muſæ, dominus, domini.

Sin longior fuerit, tum penultima genitiui incremen-

tum erit, quæ in omnibus casibus vtriusque numeri semper genitiui quantitatem seruat, vt sermo, sermonis, sermoni, sermones, sermonibus, vbique O longum est. Præter Bobus, vbi O producitur, quamuis in genitiuo singulari corripiatur Bouis.

APPENDIX.

ITer, supllex, & composita ex caput, literis, Ps, finita duplici augentur incremento, Itineris, supellectilis, biceps, bicipitis.

Superuacaneum existimāt multi de nominis incremēto agere, cum ex pronunciatione ipsa facilè cognoscatur. Quis enim Hominis penultima longa, aut sermonis breui vnquam dixit? Quod etsi in polysyllabis verū esse nō eo inficias: in monosyllabis tamen passim hærere imperitos, nemo est qui dubitet.

Quid? Sal, par, Lar, vas vadis, mas, pes, bos, stips, trabs, scrobs, fax, grex, mex. Phryx, pix, nix, strix, crux, dux, nux, trux, pronunciationis beneficio intelliget puer esse corripiendas penultimas Salis, paris, Laris?

Aut cōtrà Sol, Pan, splen, ren, Nar, ver, fur, vas vasis, Cres, dis, glis, lis, mos, dos, cos, glos, ros, flos, os, crus, rus, mus, plus, thus, plebs, seps, gryps, pax, Thrax lex, rex, vox, lux, Solis, Panos, splenis esse producendas? Nihil minus. Itaque non sunt omnino otiosa præcepta, quæ de incremento traduntur.

Incrementum primæ declinationis.

A, Incrementum primæ declinationis longum est, vt Aulai, Pictai.
Virg. Aulai in medio libabant pocula Bacchi.
Idem, Diues equum, diues pictai vestis, & auri. *Aen. 3.* *Ibidē. 9.*

Veteres interrogandi, dandique casus primæ declinationis, vt Aulæ, pictæ non per a & e, diphtongum efferebant, Aulae, pictae, sed per a, & i, more Græcorum Aulae, pictai, qua diphthongo soluta etiā prima declinatio suum habet incrementum alioquin eius omnino expers. Virg. vetustatis amantissimus hæc carminibus inseruit. Vide Quint. lib. 1. cap. 7.

Incrementum secundæ declinationis.

E, I, V, incrementa secundæ declinationis corripiuntur, vt Miser, miseri, vir, viri, satur, saturi. *Aene. 1.*
Virg. Non ignara mali miseris succurrere disco. *Ibidem.*
Idem, Arma, virumque cano, Troiæ qui primus ab oris.

Exceptio.

IBer, Iberi penultimam habet longam, & ex eo compositum Celtiber Celtiberi.

Lucan.

Praeceptum IIII. de praeteritis dissyllabis.

PRæterita diſſyllaba habent priorem longam, ut Vidi, Veni.
Æn.2. Virg. Quos ubi confertos audere in prælia vidi.
Ibidem. Idem, Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.

Exceptio.

STo, do, ſcindo, fero, rapiunt bibo, findo priores.
Martialis, Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas.
Lib.1. Lucan. Aut ſcidit, & medias fecit ſibi littora terras.
Lib.3. Virg. — liquefacto tempora plumbo
Lib.9. Diffidit, & multa porrectum extendit arena.

APPENDIX I.

COmpoſitum Abſcidi habet penultimam communem.
Lib.3. Lucan. Abſcindit impulſu venturum adiuta vetuſtas.
Lib.4. Idem Abſcidit noſtræ, multum ſors inuida laudi.
Lib.6. Idem, Illa comam læua morienti abſcidit ephæbo.
Lib.3. Mart. Abſcidit vultus enſis vterque ſacros.

Quid ſi abſcidit cum penultimam habet longam non à verbo abſcindo; ſed ex præpoſitione Abs, & cædo, æ, in i, longum mutata componitur? vt abſcędo, ex Abs, & cædo, & abſcondo ex abs, & condo?

Praeceptum V. de praeteritis geminantibus primam ſyllabam.

CVm prima ſyllaba præteriti geminatur, eadem, & ſecunda breuis eſt, niſi obſtent duæ conſonantes, vt Tetigi, peperi, cecini.
Georg.4. Virg. Tityre te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

Exceptio.

EXcipiuntur cęcidi à cædo, pepedi à pedo, in quibus ſecunda longa eſt, vt & in ijs, in quibus duæ conſonantes, ſequuntur vt Cucurri, tetendi,
Satyr.3. Iuuenal. Ebrius, ac petulans, qui nullum forte cecidit,
Dat pœnas.

Prætermisimus præceptum illud, quod nonnulli tradunt, Præterita sylla-ba Vi per V, consonantem finita penultimam habere longam, vt Voui stra-ui, amaui, petiui. Nam dissyllaba ad præceptionem de dissyllabis spectant: polysyllaba uerò ad incrementum uerborum. Quod Priscianus li. 10. ex Ennio affert.

--- Virosq́, valentes
Contudit crudelis hyems.

Priscis relinquendum est, vt enim tutudi simplex vtranque habet breuem, ita composita secundam breuem retinent, vt Extudit, retudit, contudit.

Præceptum VI. de Supinis dissyllabis.

SVpina duarum syllabarum habent priorem longam, ut Visum motum.
Virg. Terribiles uisu formæ Letumque, Laborque.
Idem, Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. *Aen. 6.*
Aen. 1.

Exceptio.

ratum satum, datum, citum, litum,
AT reor, atq; sero, do, iunge ciere, linoque
itum, rutum, quitum, situm,
Ire, ruoque, queo, siui rapuere priores.
Virg. Nos abijsse rati, & uento petijsse Mycenas. *Aen. 2.*
Idem, At non ille, satum quo te mentiris, Achilles *Ibidem.*
Talis in hoste fuit Priamo.
Valer. Flac. Vulnus, & extrema sonuit cita cuspide cassis. *Lib. 3.*
Ouid. Hic situs est Phaethon currus auriga paterni. *Meta. 2.*

APPENDIX. I.

CItum à Cieo secundæ declinationis priorem breuem habet, unde Concitus, excitus penultima breui.
Virg. Altior insurgens, & cursu concitus Heros. *Aen. 12.*
Ouid. de inuidia, Nec fruitur somno uigilantibus excita curis. *Meta. 2.*
Citum uero à Cio quarti ordinis priorem producit, unde concitus, excitus penultima longa.
Lucan. Vnde ruunt toto concita pericula mundo. *lib. 5.*
Idem, Rupta quies populis, stratisque excita iuuentus. *lib. 1.*

AP-

APPENDIX. II.

RVo nunc facit ruitum supino, priscis seculis rutum fecit, vnde extant composita, Dirutum, erutum, obrutum.
Epist. Ouid. Diruta sunt alijs, vni mihi Pergama restant.
Aen. 11. Virg. Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bello Pergama.

APPENDIX. III.

STatum videtur priorem habere communem, inde enim status, us, & status, a, um priore breui oriuntur, & composita, quæ per l, efferuntur, ipsum corripiunt, vt præstitum.
Fast. 4. Ouid. Hic status in cœlo multos permansit in annos.
Fast. 1. Idem, Musa quid a fastis non stata sacra petis?
Inde etiam Staturus, constaturus, & quæ per A, efferuntur, eandem producunt.
lib. 3. Lucan. Tunc res immenso placuit statura labore.
lib. 10. Martial. Constatura fuit Megalensis purpura centum.

Nouem sunt supina, quæ priorem corripiunt.
Virg. 7. Aen. Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni.
Lucan. 1. Iusque datum sceleri canimus, populumq; potentem.
Virg. 4. Georg. Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.
Ouid. Meta. 1. Poscebatur humus, sed itum est in viscera terræ.
Quitum rarum est, cuius breuitas ex Hecyra Terentiano probatur. Composita ex Cieo interdum etiam secundæ sunt coniugationis, sed multo frequenties quartæ. Liu. ab Vrb. 1. Elatum domo Lucretię corpus in forum deferunt, concientq; miraculo (vt fit) rei nouæ, atq; indignitate homines.
Plaut. Merc. Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.
Rutum fuisse apud Priscos in usu, argumento sunt Ruta Iurisconsultorum, sunt enim, et Vlpianus inquit, quę eruta sunt, ut arena, creta, & similia. Prisciano uidentur Dirutus, erutus, & similia verba esse imminuta, pro plenis Diruitus, eruitus. Statum priorem habet longam, ut idem Priscianus ait lib. 10. Staturus crebre reperitur prima longa. Lucan. li. 2.
Hic acies statura ducum. & 6. Et statura redit.

Præceptum VI. de supinis polysyllabis.

SVpina in Tum polysyllaba, præcedente, V, habent penultimam longam, vt solutum, argutum, indutum, &c.
Aen. 9. Virg. Lumina rara micant: somno, vinoque soluti Procubuere.
Idem

Item in Tum à præteritis in Vi, per V, consonantem, vt Cupi, cupitum, petiui petitum.

Ouid. Exul eram, requiesq́, mihi, non fama petita est. Trist. 4.

Exceptio.

AGnoui tamen, & cognoui agnitum, cognitum penultimam breuem habent. Trist. 3.

Ouid. Idq́; recens præstas, nec longo cognitus vsu.

Præceptum VII.

SVpina in Itum à præteritis in Vi, per V, vocalem habent penultimam breuem, vt Monui monitum, tacui tacitum.

Virg. Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos. Aen. 6.

Idem, Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat? Ibidem.

Præceptum. VIII. De deriuatis.

DEriuata sequuntur naturam eorum, à quibus deriuantur, vt legebam, legam, lege, legito prima breui, quia oriuntur à præsenti, lego legis, cuius prior itidem breuis est.

Legero, legissem, legero, legisse prima longa, quia à præterito legi nascuntur, cuius prior etiam longa est.

Aratrum, simulacrum, ambulacrum, lauacrum, volutabrum, inuolucrum penultima longa, quia à supinis aratum, simulatum, ambulatum, lauatum, volutatum, inuolutum, deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

Reditus, exitus, introitus penultima correpta, quia supina, vnde fiunt, eandem habent breuem.

Exceptio.

MVlta, quæ suæ originis naturam non sequentur, vsu, assiduaq́; poetarum lectione sunt discenda cuiusmodi sunt Fomes, mobilis, laterna, regula, quæ primam habent longam, cum verba Foueo moueo, lateo, rego, à quibus proficiscuntur eandem corripiant.

Contrà Lucerna, arista, sopor, vadum primam corripiunt, cum verba Luceo, areo. sopio. vado à quibus declinantur, eandem producant.

Hic putaui testimonijs supersedendum, ne longior essem. Addunt quidam huic præcepto (Dummodo eadem consonans maneat (quod de industria prætermisimus, cum totidem aut plura sint, quæ mutata consonante, nihilominus primigenij quantitatem sequentur, vt simulacrum, inuolucrum, &c.

Praeceptum IX. de Compositione.

COmposita breuitatem, vel longitudinem simplicium sequuntur. In perlego, relego, E, ante G, breuis est, quia in simplici lego etiam corripitur.

In præterito perlegi, relegi, producitur, quia in simplici legi itidē longa est.

Attigi, concidi, diffidi, ebibi, rescidi I, literam habent breuem, quia in simplicibus eadē vocalis corripitur, Tetigi, cecidi à cado, &c.

Oblitum, insitum circundatum, desitum penultimam ob eandem causam habent breuem, nam à litum fit oblitum, &c.

APPENDIX.

QVantitas simplicium seruatur in compositis, quāuis vocales mutentur, sic concido, excido, incido, occido, recido à cado penultimam corripiunt: Eligo, seligo, à lego.

Contrà concido, excido, incido, occido, recido à cædo eandem
Aen.12. producunt: sic Allido, collido à lædo: Exquiro, requiro à Quæro:
Saty.7. Obedio, obedis ab Audio.

Virg. Occidit, occideritq; sinas cum nomine Troia.

Iuuen. Occidit miseros crambe repetita magistros.

Serm. 2. Hæc à simplicibus longis orta corripiuntur, Deiero, peiero, à iuro:
Saty.3. Pronuba, innuba, a Nubo: Semisopitus, à sopitus: Maledicus, causi-
Aen.3. dicus, veridicus, fatidicus à dico. Nihilum ex Ni, & hilum.
Aen.1. Horat. Stultitia ne erret, nihilum distabit an ira.

Connubium à Nubo secundam syllabā habet communem. Virg. Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?

Idem, Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo.

Posuimus plura exempla, ut ex his, atque similibus tyrones assuescant in compositis syllabarum quantitatem inuestigare. Pronubus, & innubus genere virili prætermisimus, quæ non uidentur usitata. Nihilum, ut placet Grammaticis, ex Ni, quod apud veteres Non significabat, & hilum componitur. Festus hilum putat esse, quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil, & nihilum. Nonius, hilum, inquit, breue quiddam significat. Lucilius li.30.

Quodq; tuas laudes culpes, non proficis hilum.

Ambitus nomen hic etiam excipiendum est, si Prisciano credimus, nam lib. 10. docet Ambio compositum ex uerbo Eo solum mutasse E, in I, & more eorum, quæ in, io, desinunt, penultimam supini habere longam, vnde Ambitus participium media longa. Ouid. Met. 1. Iussit, & ambitæ circundare littora terræ.

Ambitus uero nomen eandem habet breuem differentię causa.
Lucan.li.1. *--- letalisq; ambitus Vrbi.*
Semisopitus, Ouid.in Epist. *Thesea prensuras semisopita manus.*
& alibi apud eundem. *Sopio & sopitus primam producunt.*
Ouid. Met.1. *Peruigilem superest herbis sopire draconem.*
Virg. Aen.1. *Hunc ego sopitum somno super alta Cythera &c.*
Comitium habere penultimam longam contra simplicis naturam Itum, non potest probari ex carmine Silij lib.8.
Cernebat Paulus, nanq; huic comitia campus. Iura, atq; arma dabat.
Cum non comitia, sed communia habeant libri correcti.

DE PRAEPOSITIONVM

compositione.

Ab,	Vt,	Abeo,	BREVES SVNT.
Ad,		Adoro,	
Ante,		Antefero,	
Circum,		Circumago,	
In,		Inuro,	
Ob,		Obeo,	
Per,		Pereo,	
Re,		Refero,	
Sub,		Subeo,	
Super,		Superaddo,	

ITem A, Græca præpositio; vt Adamas, adytum, atomos.
Iuuenal. Circumagat madidas à tempestate cohortes. *Saty. 7.*
Virg. Talia voce refert, o terq; quaterque beati, *Aen. 1.*
Ouid. Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi, *Fast. 3.*
Virg. Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla. *Aen. 6.*

Exceptio.

Refert, hoc est interest seu necesse est, Re habet longum, *lib.9.*
Mar. Multum, crede mihi, refert à fonte bibatur
Qui fluit: an pigro cum stupet vnda lacu.
Virg. -- neque enim numero comprehendere refert. *Georg.2.*

Hic sunt in memoriam reducendę superiores pręceptiones de Positione, de Vocali ante vocalem, Reijcio enim Reieci primam habent longam positione: siquidem, I, inter duas uocales duplex est. Obijcio, adijcio, subijcio primas

etiam producunt positione duarum consonantium: nam I, litera, quę priore loco scribitur, consonans est, ut in simplici Iacio: quę uero posteriore, vocalis: quę ex A, simplici facta est. Interdum tamen I, consonans à poetis reijcitur seruata vocali: qua de re supra diximus, cùm de cōpositis Bijugus, Quadrijugus egimus, vbi exempla inuenies. Poetæ Rettuli, Repperi frequenter geminatis consonantibus producunt.

Ouid. Met. 13. --sed enim quia rettulit Aiax Esse Iouis pronepos.

Luc. lib. 1. Reppulit à Lybicis immensum syrtibus æquor.

Ausonius in Epigr. At qui condiderat, postquam non repperit aurum.

Ouid. 3. de Ponto, Ele. 2. Consortes urbis repperit esse suę

Redduco, non apud Lucanum, sed Lucretium legitur: item Reccido, rellatus, refficio, quem nolim imitari. Illud Propertij lib. 4.

Reccidit, inq; suos mensa supina pedes:

legitur & Decidit. Cohæreo, Cohibeo, &c. in quibus Con, prępositio N, literā amittit obsequentem vocalem, primam corripiunt. In verbo Comedo N, migrauit in M. breui O. Iuuen. saty. 3.

Si uero & pater est, comedam, inquit flebile nati Sinciput.

Verbum Cogo, quod coago scribendum fuit, ut coactum eius supinum, priorē babet longam, quę ex duabus breuibus O, & A, in vnam contractis facta est.

Virg. Eclog. 3. Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.

Anhelo, anhelus primam habent breuem, quę ex prępositione Am, M, mutata in N, facta sunt.

Vir. Aen. 5. Et me sęuus equis Oriens afflauit anhelis.

Quo pacto Con, & Am, afficiantur sequentibus uocalibus, aut consonantibus, diximus cum de prętериti, uerborum egimus. Omitto, operio primas habent breues, quia ex Ob prępositione composita sunt, sed B, extritum est.

Horat. 1. Epist. Quod petijt spernit: repetit quod nuper omisit.

Virg. Aen. 4. Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt.

Præpositiones longæ.

A, E, De, Di, Se, longæ sunt, vt amitto, erumpo, deduco, diripio, separo.

Aen. 1. Virg. Amissos longo socios sermone requirunt.

Aen. 3. Idem. Deducunt socij naues, & littora complent.

Aen. 1. Idem, Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

Exceptio.

Aen. 3. Dirimo, & Disertus, Di, corripiunt.

lib. 6. Virg. Cede Deo, dixitque, & prælia voce diremit.

Mart. Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata,

Non

Non tu Pom poni, cœna diserta tua est.

Nihil attinet hic annumerare, quæ positione, aut diphthongo longa sunt, vt Abs, Ex, Post, Præ: Trans amissis duabus consonantibus nihilominus producitur, vt trano, traduco, trado. Virg. Aen. 6. --- illius ergo

Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Mart. lib. 1. Quæ tua traducit manifesto carmina furto.

Idem lib. 2. Ardua res hæc est, opibus non tradere mores.

De, sequenti vocali corripitur, vt dehisco,

Virg. 4 Aen. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat.

Interdum cum eadem in vnam syllabam coalescit, vt in Deesse, deerat.

Lucan. lib. 2. Quantum deesse solet Lunæ, seu plena figura est.

Ouid. Met. 1. Sanctius his animal, mentisq; capacius altæ Deerat adhuc. sed de his in figuris.

Pro præpositio.

PRo præpositio breuis est apud Græcos, vt Propontis: longa apud Latinos, vt Proueho.

Ouid Misit in has siquos longa Propontis aquas. *De Pōt. 4.*

Virg. Prouehimur portu, terræque, vrbesque recedunt. *Aen. 3.*

Exceptio.

COrripe quæ fundus, neptis, fugioque, nepos que,
Et fari, festus, fateor, fanumque crearunt:
Huc profugus spectat, cui iunge profano, proteruus,
Huc Proficiscor ades, properate Procella, Profecto,
Tuque propago genus: vitis propago recede.

Virg. Tum breuiter Dido vultum demissa profatur. *Aen. 1.*

Proper. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas. *Lib. 3.*

Lucan. Ad Cinnas, Mariosque venis sternere profecto. *Lib. 1.*

Idem, Quam prior affatur Pompeij ignara propago. *Lib. 6.*

Virg. --pressos propaginis arcus. *Georg. 2.*

APPENDIX.

PRopino, procuro primam habent communem, profundo rarissime eandem producit.

Sunt qui existimẽt profundus, proneptis, profugio, pronepos, profari, profestus, profiteor, profanus, & cætera Latina, quæ hic numerãtur, nõ ex præpositione Pro, sed ex aduerbio Procul esse composita.

Pers. Saty. 6. --- age si mihi nulla.

Iam reliqua ex amitis, patruelis nulla proneptis,

Id confirmandum esset, sic legitur,

Turbinis immanem vim prouomit, atq; procellæ: non procellit.

E, in compositione,

SI Prior pars compositi E vocali terminetur, fere breuis est, vt liquefacio, tepefacio, temefacio, stupefacio, nefas. *Georg.* 1. *Aen.* 1.

Virg. Flammarumque globos, liquefactaque uoluere saxa.

Idem, --atro tepefacta cruore *Sat.* 13.

Terra, torique madent.

Iuuen. Credebant hoc: grande nefas, & morte piandum,

Si iuuenis uetulo non assurrexerit. *Aen.* 12. *In epist.*

Exceptio.

EXcipe Ne quis, nequa, nequod, nequam, nequitia, nequaquam, nequicquam, nequando, uidelicet, ueneficus, uenefica.

Virg. Nequa meis esto dictis mora: Iupiter hac stat,

Ouid. Barbara narratur uenisse uenefica tecum.

Hic de Latinis vocibus agimus: Græcæ enim ex ε, vel η, vel diphthongo cognoscuntur, vt Archetypus, Nereus, Euander. Tepefacio, & liquefacio ferè semper coripiuntur. Horat. Serm. 1. Saty. 3.

In matris iugulo ferrum tepefecit acutum.

Ouid. in Epist. Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam.

Virg. 9. Et media aduersi liquefacto tempora plumbo Diffidit.

Idem Georg. 4. Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.

Catullus in Argon. produxit:

Alta tepefaciet permista flumina cæde.

Et Ouid. Met. 7. Thura liquefaciunt, indutaq; cornibus aurum.

Sed vterq; necessitate cõstrictus longa pro breui vsus est: id quod Epici poetæ solent facere in dictionibus tres breues continuas habẽtibus more Græcorum, vt Priamides. virg. lib. 6. Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto

Deiphobum vidit.

Lucretius E, produxit in Expergefacio, patefacio, patefio, rarefacio, quæ nondum, quod meminerim, apud cæteros poetas legi, ne breuia quidem.

Li. 4. Expergefactiq; sequuntur inania sæpe. &c.

Et 6. Atque patefecit, quas antè obsederat iter. &c.

Et 4. Causa patefiat, quæ ferri pelliciat vim.

Et 6. Et rarefecit calido miscente vapore. Nequam, autore Varrone lib. 3. de Analog. ex Ne & Quicquam, media syllaba extrita, coactũ est.

Horat. 2. Serm. saty. 7 Arma viri, nequam & cessator Danus: at ipse.

Ouid. 1. Fast. Nequitia est, que te non finit esse senem.
Videlicet ex uidere, & Licet factum est. Lucret. lib. 1.
Ossa videlicet è pauxillis, atque minutis.

Aen. 10. lib. 5.

I, vel Y, in compositis.

SI prior pars compositionis in I, vel Y, desinat, corripitur, ut Omnipotens, causidicus, Palinurus, Polydorus.

Aen. 5. Virg. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Infit:

Aen. 3. Mart. Carpere causidicus fertur mea carmina: qui sit,
Nescio, si sciero, uæ tibi causidice.
Virg. Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

li. 12. Idem, Nam polydorus ego, &c.

li. 2.

Exceptio I.

Aen. 5. I, longum habent Ibidem, vbique, idem pronomen uirile, bigæ, quadrigæ, biduum, triduum, siquis, siqua, siquod, scilicet, ilicet, tibicen, meliphyllon, Trinacria.

Trist. li. 4. Mart. Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem.
Idem, Si totus tibi triduo legatur.
Virg. Trinacriæ mirata fremit, Troiæque iuuentus.
Ouid. Parua necat morsu spatiosum vipera taurum.

li. 1. Idem, Si qua meis fuerint, ut erunt uitiosa libellis.

Metam. Excusata suo tempore lector habe.

li. 7.

Vbicunque.

VBicunque frequentius i, habet breue Mart. Qui tecum cupis esse meos vbicunque libellos.

li. 3. Ouidius tamen produxit. Seruor ubicunque est &c.

Exceptio II.

ITem composita ex Dies, vt meridies, meridior, quotidie, quotidianus, &c.

lib. 9. Mart. Inter tepentes post meridiem buxos Sedet.

Exceptio III.

SI I, fixum non fuerit, sed pro genere, & casu mutetur, longum erit: vt quidam quiuis, quilibet tantidem.
Martial. Rumpitur inuidia quidam carissime Iuli,
Quòd me Roma legit, rumpitur inuidia.
Ouid. Pollicitis diues quilibet esse potest.

Hæc præceptio tam Græcas quam Latinas dictiones complectitur.
Virg. Aen. 3. Qui tripodas Clarij, lauros, qui sydera sentis.

Idem

Idem neutrum priorem habet breuem, Mart.lib.12.

Et faciamus idem, nec mereamur idem?

Biduum primam producit, ut Triduum. Terent. Eunuch.

Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum. Senarius est iambicus.

Si quidem compositum ex Si, & Quidem, semper primam corripit.

Lucan. lib.4. Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli.

Si uero disiungantur Si quidem, Si semper producitur. Scilicet, ex Scire & Liceo copulatum est. Virg. Aen.2.

Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq; Mycenas

Aspiciet? Ilicet exire, & Licet,

Idem ibidem, Ilicet ignis edax summi ad fastigia tecti voluitur,

Meliphyllon herba est, quæ à Varrone lib.3. cap.16 apiastrum dicitur.

Virg.4. Georg. Trita meliphylla, & cerynte ignobile gramen.

Trinacria Sicilia est, dicta ἀτρεῖς & ἄκρα quod tria habeat promōtoria Pachynum, Lilybeum, Pelorum, ἄκρα enim Græcè promontorium est Latinè. Vbiuis, ubilibet, aiunt etiam mediam longam habere, quanuis Vbi vltimam habeat ancipitem, Vbicunque fere corripitur:

Lucan. lib.7. Præstandum est ubicunque caput, sed tu quoque coniux.

Idem lib.3. Et pigras ubicunque iacent, effunde paludes.

Martialis lib.8. Epigram.10. Lucrifecit dixit secunda longa.

Emit lacernas millibus decem Bassus

Tyrias coloris optimi: lucrifecit.

Scazon est, Aut certe dicendum est Lucri genitiuum esse, quales sunt Parui Magni &c. Separatur enim interdum à uerbo. Plaut. Persa.

Cara est, fecisti lucri.

Ausonius in monostichis Cæsarum Matricida antepenultima longa dixit.

Matricida Nero propij vim pertulit ensis.

repugnante tamen analogia, nam parricida eandem habet breuem.

Horat. lib.3. Carm. ode 29. Telegoni iuga parricidę.

Carmen constat ex duobus dactylis, & totidem choreis. Cōposita ex Dies sunt etiam pridie, postridie, pridianus, meridianus. Catullus in Quotidianus solita licentia usus est: si quidem corripuit secundam, quam Martialis semper producit. lib.1. Quò tu, quò liber ociose tendis

Cultus sindone non quotidiana?

Idem lib.10. Leuis dropace tu quotidiano.

O, in Compositis.

O in Græcis dictionibus priorem compositi partem claudens, corripitur, vt Cymothoe, Carpophorus, Argonauta,

Mart. Sæcula Carpophorum, Cæsar, si prisca tulissent: lib.1.

Iam nullum monstris orbe fuisset opus.

3. Idem, Non nautas pu to vos, sed Argonautas,

Exceptio.

QVæ per ω mega apud Græcos scribuntur longa sunt γεωμέτρης Geo metra λαγώπους Lagopus: nec plura facilè inuenias quibus vtā-

7. tur Latini.

Mart. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.

Γεώλοφος geolophus, γεώμορος geomorus Latinis inusitata sunt: λευκόπετρα Leucopetra per Omicron scribitur, quemadmodum & θεόφιλος Theophilus, & Theophila Martialis. in Theophila secundam produxit, quòd tres breues continuæ essent, lib. 7.

Hæc est illa tibi promißa Theophila Canni.

Fannius interpres Dionysij Leucopetram contra Græcorum quantitatem pro duxit. Ad Leucopetram longißima rura tenentem.

Iuuenalis Saty. 3. aut O in Geometres corripuit, aut certè, E & O in unā syllabam contraxit: Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. sic enim in libris correctis legitur, non Geometra, O in Latinis dictionibus sæpe producitur, ut Nolo, quandoque, quandocunque, introduco, retrouersus, Horat. in Arte, Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.

Ouid. Met 6. Quandocunque mihi pœnas dabis. ipsa pudore, &c.

Lucret. lib. 3. Sic animas introduxerunt sensibus auctas.

Ouid. Met. 4. Ipse retrouersus squallentia protulit ora. Hodie corripitur.

Iuuen. Saty 3. Rex hodie minor est, heri quam fuit, atque eadem cras &c.

Quandoquidē, Virg. Eglog. 3. Dicite, quādoquidem in molli consedimus herba.

Sacrosanctus habeat ne breuem, an longam, secundam, iudicabunt doctiores.

Bardocucullus O habet breue: Mart. lib. 14. Gallia Santonico uestit te bardocucullo. Controuersus, Controuersor, Controuersia uidentur etiam corripi, in qua sententia est Sidonius, lib. 8. Declamatio controuersiarum. qui si classicus fuisset, omnis dubitatio sublata esset.

DE INCREMENTO
singulari nominis.

Quid sit incrementum.



SI genitiuus singularis par fuerit nominatiuo syllabarum numero, nullum erit incrementum, ut Musa, Musæ, dominus, domini.

Sin longior fuerit, tum penultima genitiui incremen- tum

tum erit, quæ in omnibus casibus vtriusque numeri semper genitiui quantitatem seruat, vt sermo, sermonis, sermoni, sermones, sermonibus, vbique O longum est. Præter Bobus, vbi O producitur, quamuis in genitiuo singulari corripiatur Bouis.

APPENDIX.

ITer, supllex, & composita ex caput, literis, Ps, finita duplici augentur incremento, Itineris, supellectilis, biceps, bicipitis.

Superuacaneum existimāt multi de nominis incremēto agere, cum ex pronunciatione ipsa facilè cognoscatur. Quis enim Hominis penultima longa, aut sermonis breui vnquam dixit? Quod etsi in polysyllabis verū esse nō eo inficias: in monosyllabis tamen passim hærere imperitos, nemo est qui dubitet.

Quid? Sal, par, Lar, vas vadis, mas, pes, bos, Stips, trabs, scrobs, fax, grex, mex. Phryx, pix, nix, strix, crux, dux, nux, trux, pronunciationis beneficio intelliget puer esse corripiendas penultimas Salis, paris, Laris?

Aut cōtrà Sol, Pan, splen, ren, Nar, ver, fur, vas vasis, Cres, dis, glis, lis, mos, dos, cos, glos, ros, flos, os, crus, rus, mus, plus, thus, plebs, seps, gryps, pax, Thrax lex, rex, vox, lux, Solis, Panos, splenis esse producendas? Nihil minus. Itaque non sunt omnino otiosa præcepta, quæ de incremento traduntur.

Incrementum primæ declinationis.

A, Incrementum primæ declinationis longum est, vt Aulai, Pictai.
Virg. Aulai in medio libabant pocula Bacchi.
Idem, Diues equum, diues pictai vestis, & auri. *Aen. 3.*
Ibidē. 9.

Veteres interrogandi, dandique casus primæ declinationis, vt Aulæ, pictæ non per a & e, diphtongum efferebant, Aulae, pictae, sed per a, & i, more Græcorum Aulae, pictai, qua diphthongo soluta etiā prima declinatio suum habet incrementum alioquin eius omnino expers. Virg. vetustatis amantissimus hæc carminibus inseruit. Vide Quint. lib. 1. cap. 7.

Incrementum secundæ declinationis.

E, I, V, incrementa secundæ declinationis corripiuntur, vt Miser, miseri, vir, viri, satur, saturi. *Aene. 1.*
Virg. Non ignara mali miseris succurrere disco. *Ibidem.*
Idem, Arma, virumque cano, Troiæ qui primus ab oris.

Exceptio.

IBer, Iberi penultimam habet longam, & ex eo compositum Celtiber Celtiberi.

Lucan.

Luca. Interea domitis Cæsar remeabat Iberis.
Lib. 4. Mart. Vir Celtiberis non tacende gentibus.
Lib. 1.

Incrementa tertiæ declinationis.

A

A Incrementum singulare tertiæ declinationis longum est, vt Vectigal, Titan, pietas, pax, calcar, & Aiax.

Fast. 3. Ouid. Concitat iratus validos Titanas in arma.
Aen. 1. Virg. Hic pietatis honos, sic nos in sceptra reponis?
Aen. 7. Idem. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.

Exceptio I.

COrripe masculina in Al, & Vr, vt Sal, Annibal, Amilchar.
Par cum compositis, hepar, cum nectare, baccar,
Aen. 1. Cum vade, mas est anas, queis iunges larq; iubarq;
Lib. 8. Virg. Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant.
Lib. 1. Silius, Annibalem Fabio ducam spectante per Vrbem.
Aen. 5. Idem, Cui sæuùm arridens: Narrabis Amilcaris umbris,
Virg. Pergameumq; Larem, & canæ penetralia Vestæ.

Exceptio II.

ITem Græca in A, & As, vt poema, stemma, Pallas, & quæ consonantem habent ante, s, vt trabs, Arabs.

Et dropax, anthrax, Atrax, cum smilace, climax,
His Atacem, panacem, colacem, styracemque, facemq;,
Atq; abacem, coracem, phylacem compostaq; nectes:

Satyr. 8. Iuuen. Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri?
Aen. 2. Virg. Instar montis equum diuina Palladis arte Aedificant. Ouid.
Fast. 4. Nam modo thurilegos Arabas, modo suspicit Indos.

Non excepimus Nar, quia neutrum est, vt suo loco diximus, quanuis etiam apud Virgilium masculinum legatur, neque Car quoniam numero singulari inusitatum est. Lucar auis nomen nusquam est, quod sciam. Vas, vadis corripitur: Horat. Serm. 1. Saty 1. Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem est. Vas, vasis producitur: Martialis lib. 14.

Aretina nimis ne spernas vasa, monemus.

Positiones Candax, Pharnax, non sunt in vsu, sed Candace, Candaces, vide Plin. lib. 6. cap. 29. à Græcis κανδάκη. vide Strabonem, Suidam, & in act. Apost. tum Græce, tū Latine eodē modo dicitur. Illud Candacis Aethiopum

dicant

dicant arcana, nusquam apud Iuuenalem, quem videtur quidam citare, reperitur.

Pharnaces à Cic. 11. ad Att. vocatur, non Pharnax, Multa eum in Asia dicuntur morari, maximè Pharnaces. Et in proxima epistola, Pharnaces autem quoquo modo agit, affert moram. Eodem modo ab Hirtio bel. Alex. tertio quoq; verbo dicitur, Pharnaces cū paucis equitibus fugit. Miserat Pharnaces coronā auream: unde fit genitiuus Pharnacis, ut Pylades Pyladis, Tigranes, Tigranis. Idē, Quod sub imperio Pharnacis fuerat. vnde Luc. lib. 2.

Tigranemq́, meum, nec Pharnacis arma relinquas. Syphax apud antiquos penultimam producit. Propert. lib. 3. --- victi monumenta Syphacis. Ouid. Fast. 6. Postera lux melior, vincit Masanissa Syphacem. Claudianus, qui Cæsarum Arcadij, & Honorij ætatæ scripsit, eādē corripuit. κόραξ Corax, & φύλαξ phylax, quorum posterius Latinis inusitatum est, addidimus propter composita Nicticorax, & Arctophylax, quę corripiuntur, vt simplicia, quæ apud Græcos sine vlla dubitatione correpta sunt. lib. 1. Epig.

Ρῶ καὶ λαμβδα μόνον κόρακας ἐλακάσι διεχα.

Hesiod. I, ἔργον καὶ ἡμέρα.

ἰδλοὶ ἐπιχθόνιοι φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων

Manilius lib. 1. necessitate coactus Arctophylaca penultima longa dixit.

Permeat Arctophylaca petens per terga Draconis.

Sunt nanque quatuor breues continuæ: quanquam enim Græci Grammatici tradunt polysyllaba in, ax, penultimam genitiui producere, ut ἱέραξ hierax, credo tamen hæc duo simplicium naturam sequi. Idem docent dissyllaba masculina penultimam genitiui producere, si prior vocalis sit natura longa, vt φαίαξ, θώραξ Phæax, thorax: hinc tamen excipiu δρῶπαξ dropax, & nō nulla alia quibus non vtuntur Latini, Longis addunt κόρδαξ cordax quamuis prior non natura, sed positione sit longa, quod apud Aristoph. ... inuenies. Excipiūtur & alia, quorum nullus est vsus apud Romanos. ἄνθραξ anthrax, acis, penultima producta aiunt quidam dicendum esse, cùm à Græcis corripiatur. Epigr. li. 2. εἰς δεῖπνον.

ἄνθρακα, καὶ δάφνην παραβύεται ὁ στρατιώτης.

E.

E, incrementum singulare tertiæ declinationis breue est: ut Degener, vtque teres, puluis cum funere, nex, grex.

Ouid. Mille greges illi, totidemque armenta per herbas Pascebant. *Met. 4.*

Exceptio I.

GEnitiuus, Enis, penultimam habet longam, ut Ren, Renis, Siren, Sirenis.

Ver,

Ver,& liber,locuples,hæres,mercesque,quiesque,
Lex,veruex,halec,seps,plebs,rex,insuper halex,
lib.8. Mart. Munera qui tibi dat locupleti,Gaure.senique,
Si sapis,& sentis,hic tibi ait, Morere.

Exceptio II.

ITem peregrina in El. vt Michael, & Græca in Er & Es, vt Crater
Aen.7. Rhamnes,tapes.Præter,aer,& Aether
Aen.9. Virg.Crateras magnos statuunt,& vina coronant.
Idem. ---simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur,qui fortè tapetibus altis
Extructus,toto proflabat pectore somnum.

Iberia Regio est iuxta Pontum,cuius incolæ Iberes dicuntur.uide Plin.li. 6.cap.10. Recimer, Ser, Byzer, numerantur inter Græca in Er: post & Iber inter eadem numerari. ὑμὴν ὑμένος per υ à Græcis scribitur. Lege Arist. de Hist.anim.lib.3.ca.13. Huius nominis obliqui non sunt in usu apud Latinos. Consultò prætermisimus quæ aut prisca sunt, ut Mansues, Mansuetis penultima producta:aut nulla sunt, aut vix reperiuntur,ut subtel,sucrex,aut Græcis tantum usitata,ut ὁ μύρμηξ Myrmex.

I, vel Y,

I, vel, Y incrementum singulare tertiæ declinationis breue est. vt
Ordo,pugil,carmen,cespes,cum sanguine,princeps,
Et chlamys,atque Chalybs,pollex ---
Geor.1. Virg. India mittit ebur,molles sua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum ---

Exceptio I.

GEnitiuus Inis, vel ynis, à nomibus Græcis penultimam producit,vt Delphin.Phorcyn, Salamis.
Idem Nesis Nesidis,Gryps,Gryphis,vibex vibicis,
Glis,gliris,dis,lis,Samnis,quibus adde Quiritem.
Eclo.8. Virg. Orpheus in syluis,inter delphinas Arion.
Aen.8. Idem Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.
Ibidē. 6. Idem. Noctes,atque dies patet atri ianua Ditis.

Exceptio II.

NOmina Ix, vel yx syllaba finita penultimam genitiui habent longam,vt felix, bombyx bombicis.
Aen. 1. Virg. Viuite felices,quibus est fortuna peracta.
Iam sua.

Exceptio

Exceptio III.

I Breue seruarunt histrix, cum fornice, varix,
Conxendixque, Cilix, chœnix, natrixque, calixque.
Atque calix Danaum, nectes Erycemque, niuemque
Sardonychi sociatur onyx, pix hæret vtrique,
Et salices, filices, latices. Sit Bebricis anceps.
Sed breuibus iunges in Gis cum patrius exit:
Coccyx coccygis, mastix mastigis amabit.
Luca. Armenios, Cilicasque feros, Taurosque subegi. *lib. 1.*
Idem, Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera. *lib. 3.*

Psophis, idis, non satis constat an producatur, variè enim Psophida accusandi casus, vnde id intelligendum esset, legitur. Stat. Theb. 4.
Aepyptios idem ardor agros, & Psophida celsam Vastat. Ouid. Met. 5.
Vsq; sub Orchomenō, & Psophida, Cyllenenq;. Alij expuncta coniunctione. Et, legunt Psophidaq;. Vsu sub Orchomenon, Psophidaq; Cyllenenq;. Nesis sine controuersia producitur. Stat. initio. 3. Syluarum.
Syluaq;, quæ fixam pelago Nesida coronat. Crenis Crenidis etiam longum est, ut Pris. li. 7. docet, sine ueterum tamen testimonijs. Bebryx Bebrycis longum est apud Silium lib. 3. Possessus Bacco sæua Bebrycis in aula, breue apud Valer. Flac. lib. 2. — procul effera virtus
Bebrycis, & Scythici procul inclementia sacri.
vnde Bebrycius passim à poetis corripitur: quare tutior videtur correptio. Scandix, coccyx, mastix cum sint longa, inter breuia numerantur à nonnullis. Primi carmen inuenies apud Suidam in verbo σκάνδιξ.

σκάνδικά μοι δὸς· μητρὶ δ' [illegible].

Senarius iambicus Secundi apud Athenæum. ζ

κόκκυγ', ἰουλίδας, τρίγλας, ἄλλ' ὅτι σαῦρον.

Tertij plurima apud Homerum Iliad. ρ

ἀλλά σύ μοι μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα.

vbi Eustathius docet in obliquis I, longum esse natura. Idem nomen ab Homero producitur Ἰλιάδ. ε, ν, ρ. Mastix, Mastichis à Sereno corripitur à Græcis μαστίχη μαστίχης declinatur Mastiche, Mastiches, quo pacto doctiores loquūtur Plin. lib. 12. cap. 17. Sed mastiche, quoque gemina est.
Dauid ab Hebræis scribitur per chirèc caton, hoc est I, breue, quod facilime cognoscitur cum habeāt, vt ante diximus, decem vocales, quinq; longas, totidēq; breues. Quare si Latinā declinationem ei demus, Dauid Dauidis, videtur corripiēda penultima, si Hebraicæ quātitatis habēda sit ratio. Græci per iota scri-

bunt τα βιδ *vnde intelligi non potest, sit ne breuis, an longa secunda uocalis. Quare, qui eam corripuerit, non recedet à fontibus, qui produxerit, consuetudini seruiet. Prior uocalis est Camez, hoc est A, longum natura. Gadir, Punicum uerbum Gadiris facit penultimam breui, ut placet Prisciano lib. 6. cum numero multitudinis* τὰ γάδειρα *per diphthongũ à Græcis scribatur, uide Strabonem Suidam.*

O

O Incrementum singulare tertiæ declinationis longũ est, vt Vnio, Sol, Telamon, candor, vox, atque sacerdos.

Meta. 2. Ouid. Regia Solis erat sublimibus alta columnis.

Exceptio. I.

GRæca in On, quæ in obliquis habent O micron, corripiuntur, vt Philemon, Palæmon, Sindon, Agamemnon, Iason, Amazon, & multa alia, quæ vsu sunt discenda.

Aen. 11. Virg. Pulsant, & dictis bellantur Amazones armis.

Latini interdum N literam amittunt, vt Macedo Macedonis, Agamemno, Agamemnonis.

Theb. 11 Statius, Conclamant Danai stimulatque Agamemno volentes.

Quæ vero per ω mega scribuntur, longa sunt, vt Simon, agon, Sidon, Solon, &c.

Si cui otium erit, pergratum fecerit tyronibus, si literarum ordine, quæ per O micron scribuntur, ab ijs, quæ habent ω secreuerit, Senones, Vangiones, Lingones, Vascones, Teutones, siue Teutoni, Britones penultimam corripiunt.

Lucan. lib. 1. Nos primi Senonum motus, Cimbrumq; ruentem &c.

Silius li. 8. Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Idem 1. Hic galeæ Senonum, pensatiq; improbus auri.

Arbiter ensis inest. Quare illud Lucani lib. 1.

Et Biturix, longisq; leues Saxones in armis:

Legendum est Axones. Idem Lucan. in eodem

Vangiones, Batauiq; truces &c. Idem in eodem.

Pugnaces picti cohibebant Lingones armis.

Iuuen. saty. 15. Vascones vt fama est, alimentis talibus usi,

Produxere animas.

Sunt, qui putent hoc nomen produci, atq; longè aliter hunc uersum legant,

Vascones, fama est, alimentis talibus usi

Produxere animas.

Quod si ita legas, usos, & produxisse legendum est. Qui hanc lectionem probant

bant uidētur in Ptolomeo οὐακιὸνων per ω scripsisse; apud quem etiam leges σαντωνῶν cum Santonus, Santonicus semper corripiantur.
Lucan.lib.1. —gaudetq; amoto Santonus hoste.
Iuuen.Saty.8. Tempora Santonico uelas adoperta cucullo.
Itaq; hæc à poetis Latinis. potius quam à Græcorum libris petenda sunt, in quibus facile o, pro ω & contra ω pro o scribitur.
Lucan.lib.6. Cantabere exiguis, aut longis Teutonus armis.
Iuuen.Saty.15. Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones usquam.
Mart.lib.11. produxit: Quàm ueteres braccæ Britonis pauperis: & quàm...
Vectones. O, habet commune in obliquis.
Virg.Aen.3. Armatumq; auro circunspicit Oriona.
Ouid. Met.8. Aut Helicen iubeo, strictumq; Orionis ensem.

Exceptio II.

GEnitiuus in Oris à nominibus Græcis, & Latinis neutrius, præter, os oris, penultimā habet breuem, vt Nestor, marmor, ebur, corpus: quibus adduntur memor, arbor, lepus: & ex πτὸυς ποδὸς Pus, podos, composita, vt tripus. Item, bos, compos, & impos. Ouid. Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat. *Met.13.*
Virg. Sic vos non vobis fertis aratra boues. *in epigr.*

Composita sequuntur simplicium naturam: vt Bicorpor, tricorpor, quæ à Corpus fiunt. Dedecor, indecor, ut uolunt Grammatici, uel à Decus oris, uel à nomine adiectiuo prisco hic, & hæc, & hoc, Decor coris penultima breui. Næuius in carmine Bel. Pun.

Magnamq; domum, decoremq; ditem vexerant.

Sallust. in 3. Equis, & armis decoribus cultus. Idem in eodem, Dedecore, multi per terga ab hostibus cædebantur.
Virg.lib.7. Non erimus regno indecores, nec vestra feretur.
Vide Priscianum lib.6. Positiones singulares Dedecor, Indecor, non sunt usitatæ. Quid si apud priscos fuit adiectiuum Decoris, & decore, ut breuis, & breue, vnde indecoris, & dedecoris deducta sunt casu nominandi? Vide si uacat, quid de hac re, in Nominum generibus dictum sit. Marcipor, Publipor, & id genus cætera, ex Puer composita iam exoleuerunt. Ador, cuius obliqui uix reperiuntur, O, habuit commune apud priscos. Gannius lib.1.

Hic adoris dat primitias sibi sanguine libat.

Idem lib.3. Emicat in nubes nidoribus ador adoris.
vide Priscianum li.6. Neutra comparatiua sequuntur masculinorum quātitatem, ut maius maioris, minus minoris penultima longa, ut maior, minor.

Exceptio III.

Corripiuntur etiam Cappadox, præcox, & quæ consonantem habent ante, s, vt scrobs, Aethiops, Dolops: præter Cyclops, Cercops, hydrops.

Martialis, Cappadocum sæuis Antistius occidit oris,
Rusticus, ò tristi crimine terra nocens.

Virg. Hic Dolopum manus, Hic sæuus tendebat Achilles.

Quid. Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.

lib. 9. Aen. 2. Met. 1.

Celox celocis penultimam producit. Varro in Bimargo,
Nautæ remiuigam mouent celocem.
est carmē hendecasyllabum. Vide Nonium Marcel. De Genere nauigiorum.
Cercops vsitatum est, Quid. Met. 2.
Quippe Deum genitor fraudem, & periuria quondam
Cercopum exosus &c. Conops, Myops inusitata sunt Latinis.

V.

V, Incrementum tertiæ declinationis breue est. vt
Dux, Ligus, & pecus, intercus, cum præsule turtur.

Georg. 4. Virg. Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

Exceptio.

INterrogãdi casus Vdis, vris & vtis, à nominibus penultima habẽt longam: vt palus, paludis, tellus, telluris, virtus, virtutis. Item fur furis. Quibus addenda sunt Pollux, lux, & frugis, frugi, & cęteri obliqui.

Eclog. 3. Virg. Quid domini facient audent cum talia fures?

Tibul. Luce sacra requiescit humus, requiescit arator.

Redux, tradux, penultimam corripiunt, ut Dux. Virg. 1. Aen.
Namq; tibi reduces socios, classemq; relatam.
Cornelius Seuerus, seu quicunq; ille fuit, in extrema Aetna
Traduce materia, & tetris per proxima fatis
Volux proprium, ut Priscianus lib. 6. ait, corripitur: sed nullo testimonio id confirmat. Saul, u, habet lōgū natura apud Hebręos, scribitur enim per Vau sorēc, quæ uocalis perpetuò longa est, à Græcis per diphthongum σαοῦλ; quare iure optimo producetur. Si tamē apud uiros doctos breuē legeris, eos nenia dignos putato: nam & Græci poetæ easdem syllabas modo corripiunt, modo producunt, quod apud Nonium in uoce ... Amen experieris; & in Phalee
apud

apud Gregorium Nazianzenum de Genealogia Christi Domini nostri; idque in eodem versu. Græci præterea σόδομα Sodoma per omicron scribunt, cum Hebræi per Cholem, hoc est, suum ω mega scribant. Idem Hebræi Emmanuel per V, longum, & Græci per diphthongum ἐμμανουὴλ scribunt, nemo tamen Emmanuel penultima lōga pronuntiat. imo vero interdum etiam à doctis poetis corripitur.

De incremento plurali nominis.

PEnultima genitiui, vel datiui pluralis numeri, dicitur incrementum plurale, cum uterque casus longior est nominatiuo eiusdē numeri: ut Musæ, Musarum: Ambo, amborum, ambobus: Qui, quorum, quibus. Res, rerum, rebus.

Præceptum I.

A, E, O, incrementa multitudinis longa sunt: ut Quarum, harum, ambabus: Rerum, rebus: Horum: quorum.

Ouid. Cum tamen à turba rerum requieuerit harum, *De Pōt. 4*
Ad uos mansuetas porriget ille manus.
Virg. At Capys, & quorum melior sententia menti. *Æne. 1.*

Præceptum II.

I, & V, incrementa multitudinis corripiuntur: ut Quibus, tribus, montibus, lacubus.

Virg. Montibus in nostris solus tibi certet Amintas. *Eclog. 5.*
Ouid. Præmia de lacubus proxima musta tuis. *Fast. 4.*

DE VERBORVM INCREMENTO

Quid sit Incrementum verbi.



SEcunda persona singularis, modi indicatiui norma est, ad quam uerborum incrementa diriguntur, cui si uerbum sit ęquale, nullum erit incremētum, ut Amat. amant, quia dissyllaba sunt, sicut Amas, quę norma, & regula ē incremētorū, nullū habet incremētū. Sin uerborū longius sit una syllaba, unum habebit Incremētū ut: Amamus, Amatis, quorū penultima incremen tū est: nā ultima nūquā dicitur incremētū. Si duabus syllabis norma

ſuperetur, duo erunt incrementa, vt Amabatis, amabamus. Si tribus, tria vt amaueritis, Amaueramus. Si deinde quatuor, totidem erunt incrementa, vt Audiebamini.

In verbis deponentibus fingenda eſt vox actiua: ad quam verborum incrementa dirigantur. Vltima ſyllaba, vt modo diximus, nunquam eſt incrementum: prima verò eſt, ſi norma ipſa ſit monoſyllaba, vt Das, Fles: Damus, datis, dabam, dare, & cætera diſſyllaba, vnum habent incrementum: eodem modo Flemus, Fletis, flebam, flere, &c.

Præceptum I.

A, in omni verborum incremento producitur: vt Stabam, ſtares, properamus, docebamus, audiebamini, &c.

Aen. 2. Virg. Troiaque nunc ſtares, Priamiq; arx alta maneres.

Met. 10. Ouid. Serius, aut citius metam properamus ad vnam.

Exceptio.

A, primum duntaxat incrementum verbi Do, das, corripitur, vt Damus, dabunt, dare: ob quam cauſam pronunciamus circundamus, circundabunt, circundare: Venundabo, venundare, & cætera penultima breui.

Aen. 2. Virg. His lachrymis vitam damus, & miſereſcimus vltro.

Met. 1. Ouid. Iuſſit & ambitæ circundare littora terræ.

Præceptum II.

E, in omnibus verborum incrementis producitur: vt Flebam, rebar, lacereris, docerem, legerunt.

Ouid. Flebat Ariſteus, quòd apes cum ſtirpe necatas
Faſt. 1. Viderat inceptos deſtituiſſe fauos.

Aen. 6. Virg. Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.

lib. 1. Mart. Dædale, Lucano cum ſic lacereris ab vrſo,
Quàm cuperes pennas nunc habuiſſe tuas.

Exceptio I.

E, ante R, breue eſt in quouis præſenti, & imperfecto tertiæ coniugationis: vt Cognoſcerem, legerem, legeremus, legeris, vel legere. Reris tamen, vel Rere producitur, vt loquereris, proſequerere.

Eclo. 4. Virg. Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.

lib. 3. Mart. Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos:
Hoc tibi Roma caput, cum loquereris, erat,

Triſt. 1. Ouid. Tanta ne te fallax cepere obliuia noſtri,

Affli-

Afflictumq; fuit tantus adire timor,
Vt neque respiceres, nec solarere iacentem
Dure, nec exequias prosequerere meas?

Exceptio II.

E, ante Ram, Rim, Ro corripitur, vt amaueram, amauerim, amauero. Feceram, fecerim, fecero. De cæteris personis idem esto iudicium, Amaueris, amauerit, amauerimus, amaueritis: Fecerimus, feceritis.

Ouid. Fecerat exiguas iam Sol altissimns vmbras. *Meta. 3.*

Exceptio III.

BEris, & Bere semper corripitur: vt Celebraberis, vel celebrabere, mordeberis, vel mordebere.

Virg. Semper honore meo, semper celebrabere donis. *Aen. 8.*
Ouid. Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis. *Trist. 1.*

APPENDIX.

POetæ in præterito Indicatiui E, literam ante Runt syllabam pro suo iure interdum corripiunt.

Virg. Obstupui, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit. *Aen. 3.*
Hor. Dij tibi diuitias dederunt, artemq; fruendi. *Epist. 1.*
Silius. Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas. *Lib. 8.*

Præceptum III.

I, in quouis verborum incremento corripitur, vt linquimus, amabimus, audiebamini.

Virg. Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq, volamus. *Aen. 3.*

Exceptio.

PEnultima præteriti in IVI longa est, vt Petiui. Et primum incrementum quartæ coniugationis, vt Ibam, ibo, ito, subimus, venimus, reperimus præsentis temporis.

Virg. Cessi, & sublato montem genitore petiui. *Aen. 2.*
Idem, Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito. *Aen. 6.*
Idem, Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus, *Aen. 3.*

Hæc etiam I, longum habent, Nolito, nolire, nolimus, nolitis velimus, velitis, simus, sitis, & quæ ex ipsis compununtur, ut possimus, &cæt. *De Pōt.*

Ouid. Et documenta damus, qua simus origine nati. *4.*
Idem, Siquis, ut in populo, qui sitis, & unde, requirat. *Met. 1.*

APPENDIX. I.

len. 1. IMus,in præterito penultimam corripuit,ut uenimus, reperimus, comperimus.

Virg. Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus,aut raptas ad littora uertere prædas.

APPENDIX. II.

TEmpora Coniunctiui modi syllabis Rimus, & Ritis finita habeántne penultimam breuem, an longam.

Grammatici certant,& adhuc sub iudice lis est,

non solum recentiores,sed etiam ueteres.Diomedes enim docet prę teritum breue esse, futurum uerò longum. Probus utrunque longum esse affirmat. Quare cùm uersus facies, poetas optimos imitaberis: qui Ri syllabam modo corripiunt, modo producunt, prout uersus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des auditoribus, consuetudini regionis seruies.

Præceptum IV.

let. 9. O, in uerborum incrementis semper producitur, ut Facitote: Ouid Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet.

Præceptum V.

V, in uerborum incrementis ubique corripitur, ut Sumus,Possumus,Volumus.

Dist. 1. Hor. Nos numerus sumus,& fruges consumere nati.
Ibidem. Idem, Si patriæ uolumus,si nobis uiuere cari.

Composita ex uerbo Dandi diligenter tyronibus sunt explicāda, solēt enim in ea frequenter impingere. Primum tantùm incrementum breue est, cętera longa:ut dabamus, dederamus, Rebar à Verbo deponenti Reor, fit:fingenda est,ut diximus uox actiua,ut Reo,res,rebam &c.Prçceptiones illç generales, quas initio posuimus,ubiq; seruandç sunt:quare præteritum Dedi priorem, ut ibidem dictum est,breuem habet, quāuis incrementi ratio postulet,ut producatur. Verbum Solarere,quod est in prima exceptione secundi prçcepti,non facit ad rem, sed tantum Prosequerere,quod est tertię coniugationis. Ne putēt noui poetæ sibi licere E ante Runt syllabam corripere, id enim claris, illustribusq; tantum concessum est.

Tibul.lib.2. Nec cithara,intonsę profueruntq; comæ.
Virg.Georg.2. Miscueruntq; herbas,& innoxia verba.
De Rimus,& Ritis,quę Grammaticis semper rixandi ansam dederūt,sic scribit

bit Diomedes lib. 1. De modis verborum, In subiunctiuo, numero plurali, uniformem declinationem perfecti, & futuri temporis accentus distinguit. Perfectũ.n. accentu acuto declinatur: futurum circunflectitur. Probus instit. Artium, siue libro priore, ubi de penultimis, vltimisq; uerborum syllabis agit, Adiunctiuo, inquit, modo &c. Perfectũ tẽpus numeri singularis in omnibus personis omnium coniugationũ penultimas, ultimasq; syllabas breues habet, ut cũ clamauerim, clamaueris, clamauerit &c. Plurali autem numero in omnibus quatuor coniugationũ modis personę duę prima, & secunda penultimã semper producunt: ultimam uero corripiunt. Deinde ubi de futuro subiunctiui agit, Plurali, inquit numero, prima, & secunda persona omnium coniugationum penultimã longã, & ultimã breuem habẽt, ut clamauerimus, clamaueritis: mouerimus, moueritis: audierimus, audieritis, dixerimus, dixeritis: Idẽ in eodem lib. cap. De productione, uel correptione syllabarum, preteritũ adeo apertè docet producẽdũ esse, ut barbarismi eos cõdẽnet, qui id corripiũt. Sũt, inquit, aliquę syllabę apud Virgiliũ, quæ necessitate metrica cũ uitio Barbarismi, qui apud poetas Metaplasmus appellatur, cõtra ratiorẽ corripiũtur. Sũt aliquæ, quæ cũ breues sint, necessariò producuntur. Corripiuntur in his,

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Item, --- hic illius arma: Et, ipsius ante oculos: mediam syllabam pronominum, cum sit longa, corripuit. Item,

Obstupui, steteruntq; comæ: Te syllabam longã in uerbo corripuit.

Item, Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est:

Ri syllabam longam corripuit. Hęc ille. Seruius explicans hunc ipsum locum Virgilij lib. 6. Nanque ut supremam falsa inter gaudia noctem

Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est:

Ri inquit, metri necessitate corripuit.

Itaq; Probus, & Diomedes futurum longum esse sine controuersia affirmant. Probus, & Seruius etiam præteritum: à quibus dissentit Diomedes: quorum autoritas ea est, ut tantas lites non nisi Palæmon aliquis possit componere. Nunc quò res fiat planior, aliquot testes citabimus.

Ennius, Non mi aurum posco, nec mi pretium dederitis.

Ouid. de Pon. li. 4. eleg. 5. Cum gelidam Thracen, & opertũ nubibus Aemon,

Et maris Ionij transieritis aquas.

Ibidem, Copia nec vobis, ullo probibente, uidendi

Consulis, ut limen contigeritis, erit.

Haustus aquæ mihi nectar erit, uitamque fatebor

Accepisse, simul vitam dederitis in undis.

Catul. Dein cùm milia multa fecerimus.

Hæc omnia futuri sunt temporis, & penultimam producũt. Idem. lib. 2. Met. Videritis penultima breui dixit.

Mentiar, obscurum nisi nox cùm fecerit orbem,
Nuper honoratas summo mea vulnera cælo
Videritis stellas illic, ubi circulus axem &c.

Metri necessitate Ri corripuit, neq;. n. Heroicus uersus Creticum recipit. Qui Diomedis sententiam tuentur, fatentur quidem Videritis futurum esse, non tamen profectum ab eo futuro, cuius prima persona singularis, Ro, syllaba terminatur, sed Rim. Hic reducenda sunt in memoriam, quæ in uerborum cõiugatione de uaria positione futuri Coniunctiui diximus: Exit enim tum in Ro, tum in Rim.

Terent. Andr. --- ut si inde te exemerim, ego pro te molam.
Ibidem, --- certè si resciuerim. Eunuch.-- si id fecerim.
Vide ibidem, si uacat, integros uersus.
Plaud. Pseud.--- si argentum attuleris, cum illo fidem perdiderim.
Ibidem, Quis igitur argentum reddet, si dederim tibi?

Qui igitur Diomedis opinionem defendunt, aiunt futurũ, cùm breue reperitur, fieri non à futuro in Ro, sed in Rim: quod ut positione consentit cum preterito perfecto, sic etiam quantitate congruit. Est & alius lòcus Ouidij de Põto 4. eleg. 5.

Hæc ubi dixeritis, seruet sua dona, rogate.
Sic fuerit uestrę causa peracta uiæ.

Nec uideo cur Dixeritis, non sit etiam futurum. An non dicitur bene Latinè, Vbi hæc dixero, finem dicendi faciam? Mihi sanè nullum succurit carmen, in quo Rimus, aut Ritis apertè sit præteriti temporis, excepto Virgilij, quo fortasse adductus Diomedes præteritum corripi affirmat: cũ tamen Probus, & Seruius (vt diximus) id metri necessitate factum esse doceant. Neq; qui in cõtraria sunt sententia, eam testimonijs confirmant. Sunt qui arbitrantur tam preteritum, quàm futurum propter multarum breuium syllabarũ continuationem interdum à poetis necessario produci. Cum quibus nullus ueterum Grammaticorum, quod quidem sciam, facit. Certè Catullus nulla necessitate coactus, Fecerimus, penultima longa dixit recipit enim Hendecasyllabum carmen secundo loco dactylum. Alij deniq; credunt utrunq; tempus corripiendum, quòd pleriq; omnes hac ætate sic pronuntient, quibus libentissime accederem, si id aut Ciceronis, aut Quintiliani ętate factũ esse probassent. Verisimile profectò est Probi, Diomedis, ac Seruij ętate, multo puriorẽ, quã hac nostra, fuisse pronunciationem. Quod si is Probus est, cuius Martialis, Plinius, & Gellius meminerunt, vtrunque sine vlla controuersia lòngum est.

De primis, & medijs.

Syllabæ aut primum, aut medium, aut ultimum locum occupant. Quæ adhuc dicta sunt pręcipuè spectãt ad primas, et medias cognoscẽdas Exandiuer imus

diuerimus, exempli causa, primam longam habet positione, secundā diphthon go: cęterarum trium cognitio ad verborum incrementa spectat. Si quando ergò prima, vel secunda syllaba occurret, tum ad pręcepta illa vniuersa confugies, tum ad nominum, & verborū incrementa, in quibus tanquam in sedibus, ac locis quibusdam syllabarum dimensio latet, quos paratos, & expeditos habere oportet. Quod si, vbi diligentius requisieris, non apparuerit, experire, nū pronunciatione, tenoreq; possis eam indagare. Fingamus antepenultimam verbi Inuideo, quod quatuor syllabis constat, tibi negociū facessere: excogita, quo pacto fiat trisyllabum, atque ita accentu cognosces, sit ne breuis, an longa In uides, inuidet. Vides, vt accentus syllabæ breuitatem aperuit? Idē in verbis Peto, paro, loquor, & similib. quæ ex duabus constant, faciendū est, quæ trium syllabarum fient, si præpositiones addas ad hunc modum, Repeto, Comparo, Alloquor. Deprehenditur etiam syllabarum quantitas analogia, atq; similitudine. Scis amabilis, verbi causa, secundum syllabam habere longam, dices Formidabilis, penetrabilis, lachrymabilis, & cætera eidem similia eādem producere. Compositio etiam, & Deriuatio, de quibus supra dictum est, syllabarum breuitatem, longitudinemq; detegunt. Quòd si his omnibus adhibitis remedijs, hæseris, ne animo concidas, superest poetarum autoritas, qua suas præceptiones fulciunt Grammatici. Ignoras Meta, exempli gratia, Sudo, Studeo, habent ne primas breues, an longas; vngues arrodenti, caputq; perfricanti Horatius opem feret,

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitq; puer, sudauit, & alsit.

Quę cum ita sint, quam plurima carmina optimorum poetarū memoriæ sunt mandanda, versus sæpissimè scribendi: quæ exercitatio multo facilius, & certius te syllabarum rationem docebit, quàm de primis, & medijs præceptionū multitudo propè infinita. In quibus sæpe aliter citantur versus, quàm à poetis scripti fuerint, interdum alij pro alijs testes proferuntur. Quę præceptiones ne nos in errorem inducant, diligenter cauendum est. Citantur enim sæpe poetæ aut recentiores, aut vetustiores, quàm vt eis fides habenda sit. Cęterorum testimonia non rarò deprauata, ac corrupta proferūtur. Quare qui de primis, & medijs syllabis priuatas præceptiones tradere in animo erit, secum cogitet nihil ad hunc diem de ipsis à Grammaticis traditum esse, euoluatq; ipse summa cura, ac studio poetas omnes classicos. Nam si ijsdem testimonijs contentus erit, quæ ab alijs asseruntur, sæpenumero se falsum fuisse experietur. Sed hęc penè totam hominis, non solum otiosi, sed etiam doctissimi vitam requirunt.



Yllabæ, quæ vltimum locum tenent, partim positione, vt prudens, præcox: partim diphthongo, vt Musę: partim priuatis præceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

A, in fine.

A, finita longa sunt, vt Memoria, contra, vltra, antea, triginta quadraginta, quinquaginta, &c.

Aen.1. Virg., Musa mihi causas memora: quo numine læso.
Ibidem. Idem Aeolus hæc contrà: Tuus ò Regina quid optes.
Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.
Aen.8. Idem, Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Exceptio.

Corripe Eia, ita, postea, quia. Item casus omnes in A, vt Anchora vela. Præter ablatiuū, vt de prora. & vocatiuos Gręcos, vt ò Aenea, o Atla, Calcha, Palla.

Aen.11. Virg. Non ita me experti Bitias, & Pandarus ingens.
Aen.3. Idem, Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.
Ibidem, Idem, Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus vndis.
Aen.11. Idem, Non hæc ò Palla dederas promissa parenti.
Aen.3. Idem, Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto.

Proponimus pueris ediscenda quæ certa, atque vsitata sunt, Contra non nunquam corripitur. Manilius lib.2.
Contra iacet Cancer patulam distentus in aluum.
Valerius Flac.lib.8. Contra Tartareis Colchis spumare uenenis.
Contraq; letæi quassare silentia rami Perstat.
Vltra, frustra apud ueteres clasicosque Poetas producuntur. Iuuen. Saty.2.
Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glatialem Oceanum.
Virg. Aen.4. Nequid inexpertum frustra moritura relinquat.
Sunt qui credant Triginta, Sexaginta, & cætera huius positionis ambigua esse. quod Martialis præcipuè versibus docent, lib.5.
Mutua quòd nobis ter quinquaginta dedisti.
Idem lib.12. Sexaginta teras cùm limina mane Senator.
Sed qui longam esse affirmant, priore loco Quinquagena, posteriore Sexagena legunt. Martialis ipse alibi ultimam solet producere: lib.5 in Fabianum,
Hoc per triginta merui Fabiane Decembres.
Idem.lib.7. Cum sexaginta numeret Cessclius annos.

Idem

Idem lib. 10. vlt. Epigr. Triginta mihi, quatuorq; visos.
Idem lib. 11. ad Fabullum, Triginta propè iam diebus vna est
Nobis pagina vix peracta: sic est
Cum cœnare domi poeta non vult.
Illud Manilij lib. 2. cum illis magis videtur facere,
Ter triginta quadrum partes per sydera reddunt.
Idem tamen eodem lib. produxit: Triginta duplicet partes, pars tertia deerit.
In eodem, Et quinquaginta regum, regemq; patremq;.
Rhemnius Fannius De põderibus, & mẽsuris, sexaginta apertissimè corripuit
Cecropium superest post hæc docuisse talentum
Sexaginta minas, seu vis, sex milia drachmas.
Sed hæc hactenus.
Eia, Valerius Flac. corripuit, (quem imitandum puto.) lib. 8.
Quærenti tunc deinde viam qua, se arduus Heros
Ferret ad aurigeræ caput arboris: Eia per ipsum
Scande age, & aduerso gressus, ait imprime dorso.
Probus Inst. Artium, vbi de vltimis aduerbiorum syllabis agit, Eia inquit constare spondeo: sed in versibus, quibus id confirmat, A, per synalœphã euanescit. Eia age segnes &c. Sidonius A, produxit sed non est classicus. Postea, & Antea aiunt quidam corripi, cum tanquam præpositiones suos casus habent post ea, ante ea: alioquin aduerbia esse, & produci. Mirum est eos non tradidisse idem de particulis Præterea & interea. Postea certè malim corripere, cætera producere: neque veteribus in mentem arbitror hoc discrimen venisse.
Ouid. 1. Fastorũ, Postea mirabar, cur non sine litibus esset Prima dies.
Horatij carmen in Epod. Ode 9. Romanus heu postea fugabitis:
quo probãt A, longum eße, deprauatum est, sic enim legitur in correctis libris
Romanus (eheu posteri negabitis)
Horat. in Epod. ode 11. Pecti nihil me sicut antea iuuat:
Est senarius iambicus. Reliqua non egent testimonijs. Puta aduerbium eandẽ videtur producere: nã illud Persii Satyr. 4. -- quid deinde loquere? Quirites
Hoc puta non iustum est, illud malè, rectiùs istud:
Puto, corrigunt viri docti: quamuis ætate etiam Prisciani quidam Puta legerint, li. 15. vbi de aduerbijs literarum ordine agit. A, inquit, terminantia, vel primitiua sunt, vt Ita, quod solum correptam habuit: quamuis quidam Puta quoq; aduerbium esse accipiant, ideoq; Persium id corripuisse, ut
Hoc puta non iustum illud malè, rectiùs istud:
Vel composita, ut Præterea, Interea, Postea, Antea. quæ omnia producunt A terminalem. Hoc fortaßè loco adducti Grammatici aiunt Postea non esse aduerbium quando ultimam habet breuem.

Nonnulla Græca nomina casu nominandi producuntur, sed ferè cæsuræ beneficio, vt Nemea, Tegea, Malea Amaltea:

Stat.lib.4. Dat Nemea comites &c.

Ibidem, Nec facilis Nemea latas euoluere vires.

Ibidem, Non Tegea non ipsa dea vacat alite velox.

In eodem, Quos Pilos, & dubijs Malea vitata carinis

Ouid.Fast.5. Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida.

Eadem, sexto casu apud poetas videtur corripi: verum longe aliter se res habet, nam in vnum syllabam longam coalescunt E, & A.

Virg.Aen.10. Vna, eademq; via sanguis, animusq; sequuntur.

Et Calphur. Eclog.4. Rupe sub hac eadem, quam plurima pinus obumbrat.

Græca nomina, de quibus hic agitur, masculina sunt in As primæ, vel tertiæ declinationis, Aeneas ò Aenea. Virg. 10. --- Virgilas ne deum gens

Aenea? vigila, & velis immitte rudentes.

Ouid.4.Met. Tempus Atla veniet, &c.

Illud Virg. Aen.3. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo: non huc spectat: A, enim breue est, sed producitur cæsuræ beneficio, vt in illo eiusdem, Aen.3. Si pereo, manibus hominum perijsse iuuabit.

Neq; Anchisa à nominatiuo Anchises, sed Anchisa fit. Veteres.n. vt Quintil. lib.1.ca.5. docet, Aenea, Anchisa dicebant recto casu, pro Aeneas, Anchises. Ne, inquit, in, a, quidem atq;, s, literas exire temere masculina Græca nomina recto casu patiebantur: ideoq́, & apud Cœlium legimus Pelia cincinnatus: & apud Messalam. Benefecit Euthia, & apud Ciceronē, Hermagora. Ne miremur, quòd ab antiquorum plerisq; Aenea, & Anchisa sit dictum. Hæc ille. Atrida ab Horatio pro Atrides dictus est. Serm.2. saty.3.

Ne quis humasse velit Aiacem Atrida vetas cur?

Vides ne Atrida vltima breui? Velit, in eodem carmine vltimā producit, propter cæsuram, & eodem loco, quo Anchisa apud Virgilium, qui more veterū Anchisa, æ, solet declinare, lib.7. Tū satus Anchisa delectos ordine ab omni. Si Græcè declinasset, dixisset Anchise, vt Priscan. lib.7. legit. Halleluiah, vltimam apud Hebræos habet longam: scribitur enim per Cames, hoc est, A lōgum natura, & I consonantem: neq; mirum est si à Prudentio corripiatur,

Amen reddidit, alleluia dixit:

hendecasyllabon est: metiuntur enim Græci, & Latini sæpe Hebræa verba potius Græcis, Latinisq́ spatijs, quàm Hebraicis.

E, in fine.

E, litera finita corripiuntur, vt Nate, fuge, ponè, facilè, penè, nempe. Virg. Heu fuge nate Dea, teq; his ait, eripe flammis.

Idem,

Idem, Penè simul tecum solatia rapta Menalca.
Mart. Lege nimis dura conuiuam scribere versus Eclog. 9.
Cogis Stella: licet scribere, nempe malos. lib. 9.

Exceptio I.

Producuntur omnia primæ, & quintæ declinationis: Anchisiades, ò Anchisiade, Calliope, re, die, & quæ inde oriuntur, vt quare, hodie, quibus adde Fame, cete, Tempe.

Virg. Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.
Idem, Vos ò Calliope precor aspirate canenti. Aen. 6.
Mart. Non venias quare tam longo tempore Romam. Aen. 7.
Lucan. Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen. lib. 10.
Virg. Obijcit, ille fame rabida tria guttura pandens. lib. 7.
Aen. 6.

Exceptio II.

Item verba Imperatiui modi numeri singularis secundæ declinationis, vt vide, habe.

Horat. Vade, vide, caue, ne titubes, mandataque frangas. Epist. 1.
Mart. Quæ tua sunt, tibi habe: quæ mea, redde mihi. Libr. 10.
Caue, ferè corripitur.
Ouid. Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis. Trist. 1.
Idem produxit alibi, Nate caue, dum resque finit, tua corrige vota. Met. 2.

Sunt etiam longa monosyllaba, vt Me, te, se. Exceptis coniunctionibus encliticis Que, ne, ue: Et syllabicis adiectionibus Pre, Ce, Te, vt suapte, hisce, tute. Lib. 2.

Virg. Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestri? Aen. 1.
Horat. Ne ue putes alium sapiente, bonoq; beatum. Epis. 1.
Horat. Hinc omnis pendet Lucilius hosce sequutus. Saty. 4.
Lucret. Accipe prçterea, quæ corpora tute necesse est Confiteare. Lib. 1.

Exceptio III.

Longa præterea sunt fere, ferme, ohe, & aduerbia à nominibus secundæ declinationis profecta: vt placide, valde, minimè, summè: Præter Bene, & male.

Iuuen. Nulla ferè causa est, in qua non fœmina litem Mouerit. Saty. 6.
Idem, Mobilis, & varia est ferme natura malorum. Saty. 13.
Mart. Ohe iam satis est, ohe libelle. Lib. 4.
Idem Excipe sollicitos placidè, mea dona, libellos. lib. 9.
Idem, Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle. lib. 2.
Horat. Et male tornatos incudi reddere versus. In Arte.

APPENDIX.

Facilè etiam, cum est aduerbium corripitur: nam adiectiua tertiæ declinationis cum in aduerbia transeunt, vltimam habent breuem, vt sublimè, suauè, dulcè.

Eclog. 9. Virg. Cantantes sublime ferent ad sidera cycni.

Eclog. 4. Virg. Ipse sed in pratis aries iam suauè rubenti Murice.

De Græcis primæ declinationis nulla est controuersia. Alcides, ô Alcidè, ô Libye, Calliope, Penelope, & id genus cętera hic more Grammaticorum uocamus primę declinationis, quamuis ad nullam Latinorum spectent, ut suo loco dictum est. Mar. lib. 9.

Alcide Latio nunc agnoscende Tonanti.

Idem lib. 8. Vnde tuis Libye tam fælix gloria syluis?

Et in ablatiuo, Lucan. lib. 8. Signaque ab Euphrate cum Crassis capta sequētem: nam Euphrates, æ, ab eodem Lucano declinatur eodem lib.

Euphraten, & adhuc securum à Cæsare Tigrim.

Et Propert. lib. 4. Ire per Euphraten ad tua busta licet.

Stat. Theb. 1. Opposito rapidam Pylade vitasse Megeram.

Si uero Es, finita ad tertiam Latinorum transeant, vt Orestes Orestis, Pylades is, Euphrates, is, acinaces, is, tunc ultima ablatiui breuis erit.

Valer. Flac. lib. 6. Insignis manicis, insignis acinace dextro.

quorū uocatiuus, ut opinor, similis est recto ô Pylades, ô Euphrates, ô Orestes. In illo carmine Ouidij Trist. 1. Eleg. 4.

Vt foret exemplum veri Phocæus amoris,
Fecerunt furiæ tristis Oresta tuæ:

non Oreste, sed Oresta legitur: sic Seneca in Agamem.

Aggrediar, & te Oresta furabor libens.

Etenim Græca primæ declinationi τηε syllaba finita casu uocandi in τα exeūt: ut προφήτης, ὦ προφῆτα, Ορέςης, ὦ Ορέςα.

Idem in Thyest. Bonum est Thyesta, quòd mala ignoras tua.

Valer. Flac. Nō te Aeeta pater generi, aut Sol magne pudebit: ab Aeetes, quo sępe utitur. Neq; illud Martialis li. 2. Humanè facis Herme, nō superbè: ab Hermes fit, sed ab Hermus, ut docet ipsa inscriptio. Achille tamē, et Vlysse cū ultimam habeant breuē, suspicor uocatiuos esse priscos ab Achilleus, ô Achillee, Vlysseus, ô Vlyssee, ultimo E reiecto: Aut certe ex uocatiuo Græco Achylleu, Vlisseu, V literam abiectam esse. In nominum declinatione Priscianum sequuti diximus uocatiuos Vlysse, Achille, more Dorico factos esse. Chreme tamen, & Lache, & quę apud Græcos tum quintę, tum primę declinationis sunt, crediderim longa esse ὦ Χρέμη, ὦ Λάχη. Vnum duntaxat, quod sciam, est carmen Propertij li. 4. extremo, quo, Achille, ultimā corripere

ripere probemus, quod tamen pluris faciẽdum est, quàm Prisciani cõiectura.

Et Persen proaui simulantem pectus Achillis.

Quiq́, tua proauus fregit Achille domos.

Re, Horat. 2. Serm. Sat. 5. Et genus, & uirtus nisi cum re, uilior alga est.
Fames apud Priscos quintæ fuit declinationis: uide Gellium lib. 9. cap. 14. Cete, Tempe, & mele (quorum ultimum, quia parum usitatum est, omisi) à Græcis scribuntur per η, siue E lõgũ: de quibus etiam in nominum genere dictũ est.
Vide ferè ultimam corripit, cùm ei particula Sis, adiungitur. Persius Sat. 1.

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? uide sis ne maiorum tibi forte.

rarius per se positum: Valer. Flac. lib. 5. --- ille profundo
Incumbes Odrussa mero, uide lata comantem
Pectora, & ingenti turbantem pocula barba.

Vale, nonnunquam etiam breue est. Ouid. Trist. 1.

Idq́, quod ignoti faciunt vale dicere saltem.

Cum priscis sęculis multa verba, quæ hodie sunt declinationis secundę, fuerint tertiæ, non mirum est, si aliquando à poetis correpta inueniatur. Valde, ut aiunt, pro valide, dicitur, media syllaba extrita: Mart. lib. 5.

Hoc ualde uitium periculosum est.

I, in fine.

I, vocali terminata longa sunt, vt classi, fieri:
Virg. Sic fatur lachrymans, classiq́; immittit habenas. *Aen. 6.*
Mart. Quàm vellem fieri meus libellus. *lib. 8.*

Exceptio I.

Corripe Nisi, quasi: & Græca, quæ in I, vel Y exeunt, vt Palladi, Daphni, moly. *De Põ. 4.*
Ouid. Quid nisi, Pierides, solatia frigida restant? *lib. 5.*
Mart. Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba. *Achil. 1.*
Stat. Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum Forte diem *Eclog. 9.*
Virg. Insere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes. *Mot. 14.*
Ouid. Moly vocant superi, nigra radice tenetur.

Exceptio II.

Mihi, tibi, sibi vltimam habent communem. Ibi, vbi, Cui cum dissyllabum est, frequentius corripiuntur.
Virg. Post mihi non simili pœna commissa luetis. *Aen. 1.*
Idem, Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. *Eclog. 1.*
Mart. Sed norunt, cui seruiant leones, *lib. 1.*

Idem,

lib. 7. Idem, Me legit omnis ibi senior, iuuenisque, puerque.

In epod. Hor. Redditubi Cererem Tellus inarata quotannis.

Quasi à Lucretio, Nisi à Rufo producitur: tu optimos poetas imitare. Græca nomina primæ declinationis, vt Pylades, Orestes &c. cum ad tertiam Latinorum transeunt, ut Pyladis, Pyladi, Pyladem, Latinorum præceptis metienda sunt.

Mart. lib. 10. Quid quòd nil vnquam Pyladi donâuit Orestes?

Ibidem. Teq; putas Pyladi Calliodore parem.

Mihi, tibi, sibi, passim reperiũtur. Cui, dissyllabum ultima correpta sępe apud Martialem reperitur, lib. 12. Et credit cui Posthumilla diues.

& rursus lib. 11. Testimonia, quibus docent Grammatici Cui, simplicis ultimam esse longam, non sunt satis idonea: apud Manilium reperitur compositum cuique lib. 4.

Sic erit & sedes fugienda, petenda cuiq;.

Aduerbium uti producitur compositum. Sicuti aiunt vltimam semper corripere apud Lucretium lib. 2.

Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus.

O, in fine.

libr. 5. O Finita ambigua sunt, ut Quando, uigilando, nolo, Mar. Nolo mihi ponas rhombum, mulum ue bilibrem,

Nolo boletos, ostrea nolo: tace.

Exceptio I.

EXcipe monosyllaba: ut O, do, sto: Datiuos, & ablatiuos, ut Somno, tuo: Item Græca, quæ habent ω mega, ut Androgeo, Atho, Clio, Alecto, &c. eiusdem generis: quibus accedit Ergo pro causa.

Aen. 2. Virg. O lux Dardaniæ, spes ò fidissima Teucrum,

Ibidem. Idem, Inuadunt urbem somno, uinoque sepultam.

Aen. 7. Idem, Luctificam Alecto Dirarum ab sede sororum

Infernisque ciet tenebris.

Exceptio II.

ITem aduerbia à nominibus orta, ut subitò, meritò, multò, quibus adduntur Adeò, ideò.

Hinc rursus excipiũtur Modo, quomodo, dommodo, postmodo, cito, imo, quibus accedunt, Scio, nescio, duo.

lib. 5. Mart. Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis,

Tam subitò coruus, qui modo cygnus eras?

lib. 6. Idem, Non habet ergo aliud? non habet imo suum:

Exce-

Exceptio III.

Aduerbium Sero, coniunctio Verò, vltimam habent communem.
Mart. Pro meritis cœlum tantis, Auguste, dederunt
Alcidæ citò dij: sed tibi ſerò dabunt.
Valer. Flac. - - ſin verò preces, & dicta ſuperbus Reſpuerit.
Gerundia ſæpius producuntur: Lucan. lib. 3.
Perdidit o qualem uincendo plura triumphum.
Ibidem, Audendo magnus tegitur timor, arma capeſſam.
Iuuenal. Sat. 3. Plurimus hic æger moritur uigilando, ſed illum.
Ergò, ait Probus Inſt. Art. ſine dubio habere ultimam longam.
Lucan. lib. 8. Huc illuc iactatur aquis, adeòne moleſta, &c.
Idem lib. 2. Non bene compertum eſt, ideo me milite vincat.
Mart. lib. 6. Non reddes? Ideo Cæciliane rogo.
Modo, & ex eo compoſita Poſtmodo, dummodo, quomodo, corripiuntur.
Mart. lib. 10. Quidquid habent omnes, accipe, quomodo das.
Imo, frequentiſſimè ab eodem corripitur, ad Ponticum lib. 5.
Hoc ſentis? inquis, faciat tibi ſic bene Cæſar,
Sic Capitolinus Iupiter: imo tibi.
Idem in eodem, Romam petebat Baſſus, imo rus ibat
Idem lib. 8. Adeo bene emit, inquis? imo non ſoluit.
vterq; verſus Scazon eſt. Ilico, Cedo, pro Dic, aiunt ſemper corripi.
Ego, non rarò habet vltimam longam: admonendi tamen ſunt pueri, vt eam corripiant.
Ouid. in Epiſt. Sed quid ego reuoco hæc? omen reuocantis abeſto.
Cornel. Gallus, Sum grandæuus ego, nec tu minus &c.
Idem, Sic cunctis formoſus ego gratusq; videbar.
Auſonius in epigrammate de Cræſo,
Sicut ego ſolus: me quoq; pauperior.
Sero: frequenter reperitum breue: Mart. lib. 5
Sero dedit pœnas, diſcerpi noxia mater Debuerat.
Stat. 1. Theb. Sero memor thalami, mœſtæ ſolatia morti.
Vero, rarius reperitur breue. Illud Silij lib. 9.
Lux oritur mihi magna ſatis, ſat vero ſuperq;
Bellãdi merces ſit gloria -- Vera habet ĩ correctis libris, quẽadmodũ res ipſa poſtulat. Sedulo, mutuo, crebro, pfecto, corripies, cũ legeris apud bonos poetas.

V, in fine.

Vfinita longa ſunt, vt Manu, cornu, Panthu.
Virg. Tela manu miſeri iactabant irrita Teucri. Aene. 2.

Idem

Aen.9. Idem, Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.
Met. 11. Ouid. Nec mora, curuauit cornu neruoq; ſagittam Impulit,
Aen.2. Virg. Quo res ſumma loco Panthu? quam prendimus arcem?

Veteres Grammatici, Probus in Catholicis, vbi de Formis caſuum agit et Diomedes li. 1. aiunt Cornu, gelu, & cætera neutra quartæ declinationis nominandi, accuſandi, vocandi, caſibus vltimam habere breuem: ſed nullis veterũ teſtimonijs ſuam ſententiã confirmant. Idem tamen Probus Inſtit. Artiũ longe aliter ſentit: Nominatiuũ, inquit, ſingularem aptoti nominis V, litera terminatum, in poemate aliquo non facile inuenies vt ſi facias, hoc cornu, hoc genu, vel hoc gelu: nam hæc nomina apud Virgiliũ ſeptimo caſu inueniuntur. Veruntamen ſi nominatiuũ caſum collocare volueris, vltimam ſyllabam longam ponito, quoniam neceſſe eſt eam ablatiuo produci: vt Tullius in Arato,

Iam Tauri læuum cornu, dexterq; ſimul pes. Ibidem et corripuit, vt

Hac proter læuum genu omnis parte locatus.

in ablatiuo tamen ſine ambiguitate producitur. Hęc ille. Genu, ut ego quidem arbitror, etiam accuſandi caſu habet poſteriorem longam: ſed corripitur hic propter ſequentem uocalem: ſic Virg. lib. 5. --- ſub Ilio alto: alioqui longum natura corripuit.

B, D, T, in fine.

B, D, T, literis terminata corripiuntur: vt Ab, quid, audijt.
Aen.8. Virg. Tum pater Aeneas puppi ſic fatur ab alta.
Aen.2. Idem, Quidquid id eſt, timeo Danaos, & dona ferentes.
Aen.8. Idem, Audijt & Triuiæ longè lacus, audijt amnis
Sulphurea Nar albus aqua, fonteſq; Velini.

Peregrina ferè apud Hebræos producuntur, ut Achab, Aminadab, Ioſaphat, quę per Chames, hoc eſt uocalem longam ſcribuntur: Item Iacob, Iob, Lot, quę per Chōlem, ideſt ω mega. Dauid per I breue, ut diximus in nominis Incremento, ubi cętera, ſi uacat, lege, quę ibidem dicta ſunt. Audijt, lenijt, mugijt, & reliqua generis eiuſdem tam corripiunt ultimam, cum imminuuntur, quàm cum plena ſunt, Audiuit, leniuit.

Virg. Aen. 8. Lenijt, & tacita refluens ita ſubſtitit unda.
In eodem, Mugijt, & Caci ſpem cuſtodita fefellit.

Potius de penultima dubitandũ fuit, eſſet ne longa etiam poſt imminutionẽ, quam de ultima. Nec te moueat quòd aliquando à poetis ultima producatur.

Ouid. 3. Metam. --- pro fontibus ille, lacuq;
Interijt: at uos pro fama uincite ueſtra.
Idem Faſt. 4. Nox abijt, oriturq; Aurora, Palilia poſcor.
Idem Met. 3 Arduus in nubes abijt, & in æquore ſummo

Vmbra

Vmbra viri visa est.

Horat.serm.1.Saty.9.Quum grauius dorso subijt onus,incipit ille;

Ne te,inquam,hæc,& similia exempla moueant,nō enim imminutis vocabulis solum accidit,sed etiam plenis,& vt vno verbo dicam, Syllaba quęcunq; breuis ex pede quouis relicta non raro communis, hoc est, modo breuis modo longa est apud poetas:de qua re,cū de cōmuni syllaba agemus.fusius dicetur. Illud certè verisimilius est,Vltimam produci cum duæ vocales in vnam lōgā contrahuntur:quod fit post imminutionē verborum,vt ex Obijt,Obit: ex petijt,petit,duplici ij,in vnum coalescente:quēadmodum in verbis, Defleram, probaram,respiraro,& cęteris id genus, Defleueram, plenum imminuitur ex trita V,litera. Defleeram,deinde vtrunq; E,in E longum coalescit. Probaueram,Probaerem,inde probaram A,et E,in A longum coalescentibus.

Iuuen.Sat.6.Magnus ciuis obit,& formidatus Othoni. *pro obijt.*

Virg lib.9. *Sceptra Palatini,sedemq́, petit Euandri:* *pro petijt.*

Sed hic etiam dubium est producatur ne vltima beneficio contractionis,an generalis cęsuræ.Generalem cęsuram appello quamuis syllabam relictam post quemuis pedem:nam ēt syllaba, quæ post quartum relinquitur, interdum fit longa,vbi nulla prorsus est vocalium contractio. *Vir.Geor.2.*

Muneribus,tibi pampineo grauidus Autumno. *Floret ager.*

C, in fine.

C Litera finita longa sunt,vt Sic,Hoc,Hic aduerbium

Virg. Sic oculos,sic ille manus,sic ora ferebat. *Aen.3.*

Idem. Hoc Helymus facit,hoc qui maturus Acestes. *Aen.5.*

Idem. Classibus hic locus,hic acies certare solebant. *Aen.2.*

Exceptio.

COrripe Donec,Nec.

Ouid.Donec eris felix,multos numerabis amicos, *Trist.1.*

Idem. Parue,nec inuideo,sine me liber ibis in vrbem. *Ibidem.*

Exceptio II.

HIc pronomen virile anceps est.

Virg.Hic vir,hic est,tibi quem promitti sæpius audis. *Aen.6.*

Idem. Est hic,est animus lucis contemptor, & istum

Verbum Fac tutiùs corripitur:

Ouid. Hos fac Armenio hæc est Danaeia Persis. *lib.5.*

Mart. Signa rarius,aut semel fac illud.

Fac,putant nonnulli corripiendum esse, quòd à Face fiat, vt Fer à Fere: vnde sunt illa crimina Ouidij.

Phyllis fac expectes Demophoonta tuum. & *alibi,*
Mille fac esse iocos &c. & *alia id genus.*

Alij putant his, & similibus locis integrum verbum scribendum esse Face: Mille face esse iocos. Alij credunt Fac semper longum esse:
Ouid. Hos fac Armenios, hæc est Danaeia Persis.
Hic face nullo modo habet locum: nisi quis putet Facito legendum, vt idem alibi inquit, Et facito vt dicas, quoties pugnare parabis: aut particulam aliquam interijciendam, vt Face, locum habere possit, vt in illo, Durius incedit fac vt ambulet, vel fac obambulet: quod alij legunt, Durius incedit fac ambulet. Probus Inst. Art. vbi de verborum penultimis, vltimisq; agit, docet Fac breue esse, Syllaba, inquit, C litera terminata sæpe producitur, ut
Duc age, duc ad nos, Dic age nanq; tibi: *Interdum corripitur, ut Ergo fac, ut fuerit. Hęc ille. Sic, semper producitur: Carmen illud Mart. lib.2. Et secum sic ut audiam susurrat: mendosum est: legendum est enim,*
Et secum, sed ut audiam, susurrat:
Lac, ut plerisq; Grammaticorum placet, corripitur sine ullo tamen ueterũ testimonio à Sereno producitur. Lac asinæ, placidæq; bouis prodesse loquuntur. Cui, si testis eßet locuples, potius quàm Grammaticis credendum esset.

Hebręa si in Sedec, aut Melech exeunt, ultimam corripiunt, ut Melchisedec, Abimelech, scribuntur enim per Segol siue •, Sadoc vero per •. Nulla uocabula in literis F, G, quod quidem sciam, exeunt. Magog peregrinum est, & tam ab Hebręis, quàm Gręcis per ω scribitur, H, litera, uel potius aspirationis nota finita, si Latina sint, uocaliũ præceptionibus metiẽda sunt, ut Vah, Ah, quę longa sunt. Si peregrina, consulãtur peregrini, ut Ioseph, cuius ultima longa est natura: scribitur enim ab Hebræis per Sere hoc est, •, siue E, longum.

L, in fine.

L Finita breuia sunt, vt Asdrubal, semel, vigil, simul. Consul. Silius,
lib.7. Vertit terga citus damnatis Asdrubal ausis.
Epist.1. Horat. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu.

Exceptio.

SAl, nil, Sol longa sunt. Item pleraq; peregrina, vt Nabal, Daniel, Saul.
Silu.4. Stat. Non sal, oxyporum've, caseus've.
lib.10. Mart. Nil aliud video, quo te credamus amicum.
Met.2. Ouid. Vlterius spatium medio Sol altus habebat.

Sal Statius li.4. extremo Sylu. produxit, uersus est hendecasyllabus, neque solet ipse primo loco choreum collocare. Ausonius etiam produxit
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Pol,

Pol, aiunt quidam longum esse, alij uero breue: quod ex Comicis Poetis maximè Plauto (cuius uersus alij longiores, alij breuiores faciunt, senarijsq; octonarios, & contrà permutant) difficile sanè probari potest: Ennius apud Macrobium lib. 6. corripuit.

Nec Pol homo quisquam faciet iam impune animatus.

Tanaquil itidē alij pducūt, alij corripiunt, sed desiderātur ueterū testimonia.

Non omnia peregrina corripiuntur: Bàal enim ab Hebręis per Patàch idest, A breue scribitur, & Rogel per Segòl seu .: Ambigàil per I, breue: Michòl per Cateph tamès, hoc est, o, micron, & à Gręcis etiam μιχὰλ per o micron. Quare hęc si incrementa recipiant, corripiuntur: Baalis enim dicam penultima breui, ut Annibalis.

M, in fine.

M Finita priscis temporibus corripiebantur, neq; à sequenti uocali, ut modo fit, excipiebantur, quod etiam nunc compositis verbis cernitur.

Ennius, Infinita ferè tum millia millitum octo *Annal.*
Duxit delectos bellum tolerare potentes. *10.*
Iuuen. Quò te circum agàs? quæ prima, aut vltima ponas? *Saty. 9.*

Posteri sequente uocali, M, literam cum pręcedente uocali elidendam putarunt, quæ figura Ectlipsis dicitur: de qua paulò post.

N, in fine.

N Litera finita longa sunt, vt Sin, Titan, Siren, Salamin, Actæon, & cætera tertiæ declinationis, quæ in On exeunt.

Virg. Sin absumpta salus & te pater optime Teucrum. *Aen. 1.*
Lucan. Vnde venit Titan, & nox ubi sydera condit. *lib. 1.*
Ouid. Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum. *Met. 3.*

¶ Item accusatiuus Græcus nominum in As, Es, E, vt Aenean, Anchisen, Calliopen. Græcus itidem genitiuus multitudinis, cuiusuis declinationis, ut Cimmerion. epigramaton.

Virg. Et sæuum Aenean agnouit Turnus in armis. *Aen. 1 1.*
Idem, Amitto Anchisen: hic me pater optime fessum. *Aen. 3.*
Tibul, Cammerion etiam obscuras accessit ad oras. *lib. 4.*

Exceptio I.

COrripe An, In, forsan, forsitan, tamen, attamen, uiden.
Item En syllaba finita, quæ faciunt genitiuo Inis, vt Nomen, lumen, flumen.

Virg. Forsitan, & Priami fuerint quæ fata requiras.

 Idem,

b. 1. Idem, Hic tamen ille vrbem Patauî, sedesq; locauit.
tat. Ferrumq; quod amens.
theb. 3. Ipsa dedi, viden' vt iugulo consumpserit ensem.
ast. 2. Ouid. Nomen Arionum Siculas impleuerat vrbes.

Exceptio II.

Corripiuntur etiam Græca in On, quæ ad secundam nostram declinationem spectant, vt Pelion, Ilion, Erotion.
n Epist. Ouid. Ilion, & Tenedos, Simoisq;, & Xantus, & Ida.
ib. 5. Mart. Pallida nec nigras horrescat Erotion vmbras.
Omnes deniq; accusandi casus, qui à nominib. vltimam breuem habentibus proficiscuntur, vt Scorpion, Thetin, Itin, Maian, Aeginan.
ib. 1. Lucan. Scorpion incendis cauda, chelasq; peruris.
Metã. 7. Ouid. Tantaq; nox animi est, Ityn huc accersite, dixit.
Theb. 7. Stat. Nanq; ferunt raptam patrijs Aeginan ab vndis.

Hymen vltimam producit, quia à Græcis ὑμὴν per η scribitur: Catul.
Hymen o Hymenæe, Hymen ades o Hymenæe.
Idem tamen alibi solita licentia eandem corripuit. Anchisen, Calliopen, &c. quæ per η siue E, longum scribuntur, per se ipsa aperta sunt. Cimmerij rectus multitudinis genitiuum Cimmeriorum postulabat: maluit tamen Tibullus Græco vti κιμμερίων Cimmeriῶν, cuius vltima, vt cæterorum omnium, interrogandi casus per ω scribitur. Viden' ab omnibus corripitur:
Virg. Aen. 6. Educet Viden' vt geminæ se vertice cristæ?
Idem in Culice, Præda Charontis agit, viden' vt flagrantia tædis.
Sic Catulus, & Tibullus. De cæteris eiusdem formæ, vt Scin', audin', nostin', pro Scis ne, audis ne nosti ne, magna inter Grãmaticos dissensio est. Qui cẽsent hæc producenda esse, aiunt cũ Seruio Viden' vltimã longã natura, sed ab Ennio primũ correptam fuisse, deinde eius exemplo à cæteris poetis. Alij cõtrà affirmant vocalem natura longam in breuem mutari adhibita particula Ne. Vtriq; tamen certant sine testibus. Quare dum res in dubio est, tutiùs puto ab his omnibus abstinere, vno Vidẽ' excepto. Nemon' ab Horatio ꝑducitur
Serm. 2. Saty. 7. Conuiuam nemon oleum feret ocyus? ecquis?
sed qui in contraria sunt sententia, id cęsurę attribuunt. Illud Ten' ego quod semel atq; iterum initio carminis legitur in Ciri, aiunt nonnulli deprauatum esse, corrigendumq;, Tène ergo. Nostin', in epistola Medeæ corripitur
Nostin? an exciderunt mecum loca, &c. Vbi tamen alij legunt: Nescio an exciderint mecũ loca: Verùm posterior lectio frigidior videtur, & iratæ fœminæ parũ apposita. Menelaos, Scorpios, Pylos, Thetis, Itys, Maia, Aegina quẽadmodum nominatiui vltimam corripiunt, ita & accusatiui. Ouid. in epist.

Tu fore tam lentum iuſta Menelaon in ira,
Et geminos fratres, Tyndareumq́ putas? Idem Faſt. 4.
Maian, & Electrân, Taygetanq; Ioui. Tethyn produxit
Mart. lib. 10. Et uiridem Tethyn, Oceanumq; patrem. Silius lib. 17.
Tum penitus telo molitus regna tridenti
Intima, ab occaſu Tethyn impellit, & ortu.
P, finitum unum eſt Volup. ſed obſoletum, quod ab Ennio apud Cell. lib. 12. c. 7. producitur.

R, in fine.

R Litera terminata, corripiuntur, ut Amilcar, ſemper, ſemiuir, cor, precor, Hector, turtur.

Silius,	At ſenior Siculis exultat Amilcar in armis	*lib. 2.*
Virg.	Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.	*Aen. 1.*
Lucan,	Inſeruiſſe manus impune, ac ſemiuir audes?	*lib. 8.*
Ouid.	Molle cor ad timidas ſic habet ille preces.	*Triſt. 5.*
Iuuen.	Tolle tuum precor Annibalem, victumq́; Syphacem.	*Saty. 6.*
Ouid.	Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.	*Met. 12.*
Virg.	Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.	*Eclog. 1.*

Exceptio.

PRoducito Cur, far, fur, Iber, Lar, Nar, ver, par cum compoſitis vt compar, diſpar, & impar: & Græca quæ faciunt genitiuo Eris vt Aer, æther, crater.

Horat.	Deſcriptas ſeruare vices, operumq́; colores Cur ego, ſi nequeo, ignoroque poeta ſalutor?	*In Arte*
Mart.	Callidus effracta nummos fur auferet arca.	*lib. 5.*
Lucan.	Si tibi durus Iber, aut ſi tibi terga dediſſet Cantaber.	*lib. 6.*
Horat.	Ludere par, impar, equitare in arundine longa.	*Serm. 2.*
Virg.	Largior hic campos æther, & lumine veſtit.	*Saty. 3.*

APPENDIX.

CEltiber à Martiale lib. 10. corripitur.
Ducit ad auriferas, quod me Salo Celtiber oras.
Cor non auſim producere, cum ferè ſemper à poetis corripiatur.
Ouid. Triſt. 5. Strangulat incluſus dolor, atque cor æſtuat intus.
Idem de Pont. 1. Confiteor miſero molle cor eſſe mihi, Sic Mart. li. 10
Quare illud Ouidij, Molle meum leuibus cor eſt &c.
ſuſpicantur quidam legendum eſſe ſic, Molle meum leuibuſque cor eſt, &c.
Cæterorum exempla à Grammaticis traduntur.
Ouid. Faſt. 1. Far erat, & puri lucida mica ſalis

Ibidem lib. 5. Exagitant & Lar, & turba Diania fures.
Virg. Aen. 7. Sulphurea Nar albus aqua, fontesq; Velini.
Postulat compositionis ratio vt Celtiber vltimam etiam longã habeat, cuius tamen nullum mihi succurrit exemplum.

As, in fine.

AS, syllaba finita longa sunt, vt Aeneas, Pallas Pallantis: fas nefas Virg Aeneas ignarus abest, ignarus & absit. *Aen. 10.*

Ibidem Idem, Tela, manusq; sinit: hinc Pallas instat, & vrget.
Georg. 3. Idem, Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas, & iura sinunt.
Saty. 13. Iuuen. Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat.

Exceptio.

COrripe Græca, quorum genitiuus exit in Adis, vt Arcas, Pallas Palladis.

Item accusatiuos tertiæ declinationis nominum Græcorum, vt Troas, delphinas, Heroas.

Ouid. Pallas anum simulat, falsosq; in tempora canos Addit.
Meta. 6. Mart. Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat.
lib. 9. Ouid. In te fingebam violentos Troas ituros.
In Epist. Virg. Permistos Heroas, & ipse videbitur illis.
Eclog. 4. *S, litera finita: cum multo latiùs pateant superioribus, in varias positiones necessariò fuerũt distribuẽda. Masculina primæ declinationis, vt Aeneas, Menalcas, Damœtas, Hermagoras longa sunt. Elias ab Ausonio corripitur, quòd aliter carmen ingredi minimè possit. Item tertiæ, quorum genitiuus in Antis exit, vltimam producunt, vt Calchas, Atlas. Mart. lib. 9.*
Conturbauit Atlas, & non erit vncia tota.

Es, in fine.

ES, syllaba terminata, longa sunt, vt Anchises, locuples, quoties octies, decies, tricies, &c.

Aen. 6. Virg. Anchises alacris palmas vtrasq; tetendit.
lib. 11. Mars. Orbus es, & locuples, & Bruto consule natus.
lib. 10. Idem, Dicere te lassum quoties ego credo Quirino?
lib. 8. Idem, Vno nasceris octies in anno.
lib. 12. Idem, Aegrotas vno decies, aut sæpius anno.

Excæpio I.

COrripe nomina tertiæ declinationis, quę crescunt in obliquis pe-

penultima breui, vt Diues, eques, hoſpes, pedes.
Virg. Inſula diues opum, Priami dum regna manebant. *Aen.1.*
Idem, Obuius armato, ceu cum pedes iret in hoſtem. *Aen.6.*

Præter, Abies, aries, Ceres, paries, pes, cũ compoſitis, vt cornipes, ſonipes.
Virg. Populus in fluuijs abies in montibus altis.
Lucan. Non aries illis, non vlla eſt machina belli, *Eclog.7.*
Virg. Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo. *lib.8.*
Ouid. Nec pes ire poteſt, intra quoq; viſcera ſaxum eſt. *Georg.1.*
Virg. Stat ſonipes, & fræna ferox ſpumantia mandit. *Met.6.*
Aen.4.

Exceptio II.

ES à verbo Sum etiam breue eſt, & ex eo compoſita vt potes, ades: item Penes: Græca neutra in Es, vt Cachoetes.

Præterea nominandi, vocandique caſus Græcorum, vt Arcades, Troes,
Virg. Quiſquis es, amiſſos iam hinc obliuiſcere Graios. *Aen.2.*
Mart. Tu potes & patriæ miles, & eſſe decus. *lib.6.*
Horat. Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi. *In Arte*
Iuuen. — tenet inſanabile multos *Saty.1.*
Scribendi cacoethes, & ægro in corde ſeneſcit.
Virg. Ambo florentes ætatibus Arcades ambo.
Idem, Egreſſi optata potiuntur Troes arena. *Eclog.7.*
Aduerbia numerandi ſemper producuntur. *Aen.1.*
Mart. lib.5. undecies vna ſurrexti Zoile cœna.
Idem lib.10. Quindecies actas primus Olympiadas.
In eodem, Supremus tibi tricies in anno.
In eodem, Ducenties accepit, & tamen uiuit. Scazon eſt.

Protulimus tam multa teſtimonia, quòd quidam exiſtimēt eſſe breuia, alij deſiderent claſſici alicuius teſtimonium. Aries,
Idem lib.9. Hic aries aſtris, hic leo dignus erat. Paries, Virg. in Moreto,
Quam fixam paries illos ſeruabat in uſus.
Pes, & ex eo compoſita, ut Alipes, ſonipes, docet Probus in Catholicis eſſe breuia, quem Auſonius ſequutus eſt:
Qui bipes & quadrupes foret, & tripes, omnia ſolus.
Vterque tamen à ueterum ueſtigijs receſſit.
Virg.3. Pes etiam, & camuris hirtæ ſub cornibus aures.
Horat.1. Serm.Saty.3. Omnia magna loquens: modo ſit mihi menſa tripes,
Concha ſalis puri.
Virg.10. Tollit ſe abreptum quadrupes, & calcibus auras Verberat.

Lucan.3, Non sonipes in bella ferox, non iret in æquor

Illud rectius docet idem Probus eodem loco, Teres, esse breue: Res correpta, inquit, tis faciunt genitiuo Teres teretis. Cuius sententiam Vir Bonus Virgilianus confirmat.

Securus: mundi instar habens, teres, atque rotundus.

Et Es, composita etiam corripiuntur,

Iuuen. Saty. 5. Si potes illa pati &c.

Virg. Eclog. 7. Huc ades ô Melibœe, caper tibi saluus, & hœdi.

Addunt etiam quidam Inquies, sed nullo id testimonio confirmant.

Is, vel ys, in fine.

IS, vel ys finita corripiũt, vt Apis, inquis, ais, Thetis, Tiphis, Itys

Met. 13. Ouid. Non apis inde tulit collectos sedula flores.

lib. 5. Mart. Non est, inquis, idem: multo plus esse probabo.

Saty. 4. Persius, Hunc ais? hunc dijs iratis, genioque sinistro.

Achil. 1. Stat. Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu.

Egl. 4. Virg. Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas.

Exceptio I.

EXcipe casus omnes multitudinis, vt Viris, armis, Musis, nobis, vobis, Quis, pro Quibus, omnis, urbis.

Item Glis, Vis nomen, & verbum, Velis, Sis, cum compositis, vt quamuis, nolis, adsis.

Et secundas personas, numeri singularis, modi indicatiui quartæ coniugationis, vt Nescis, sentis.

Aen. 1. Virg. Præsentemque uiris intentant omnia mortem.

lib. 1. Lucan. Plus illa uobis acie, quam creditis, actum est.

Aen. 1. Virg. --- ô terq; quaterq; beati
Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altæ
Contigit oppetere.

Aen. 1. Idem, Non ea animo, nec tanta superbia victis.

lib. 9. Mart. Iam satis est: non uis Afer auere, uale.

lib. 3. Lucan. Quamuis Hesperium mundi properamus in axem.

lib. 1. Mart. Nescis, heu nescis dominæ fastidia Romæ.

Exceptio II.

LOnga præterea sunt, quorum genitiuus exit in Inis, Entis, Itis penultima longa, vt Salamis, Simois, Samnis, lis.

In Ep. 1. Ouid. Hac ibat Simois, hic est Sigeia tellus.

In Arte Horat. Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Aio

Aio tertiæ eſſe declinationis docet ſecunda perſona breuis, Ais; Videtur tamen priſcis temporibus quarti ordinis fuiſſe: Næuius. n. apud Priſcianum. lib. 10. ſic ait,

An nata eſt ſponſa prægnans? vel ai, vel nega.

Suprà, cum de diphthongis egimus, oſtendimus Omnis, Vrbis, *&c. id genus per I literam, non per diphthongum* ει, *ſiue ei à veteribus fuiſſe ſcripta. Quæ in Ys per y, exeunt, ferè corripiuntur. Virg. Aen. 2.*

At Capys, & quorum melior ſententia menti. Ouid. Met. 5.

Et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam.

Tethys tamen videtur anceps. Virg. Georg. 1.

Teq; ſibi generum Tethys amat omnibus vndis.

quod etiam ex accuſandi caſu, qui nominandi ſequitur, intelligitur:

Sil. lib. 17. Tum penitus telo molitus regna tridenti.

Intima ab occaſu Thetyn impellit, & ortu.

Mart. lib. 10. Et viridem Tethyn, Oceanumq; patrem.

rariſſimè enim hic, maximè apud Martialem, producitur breuis cæſuræ beneficio. Sed quid mirum? An etiam prior vocalis, quæ à Græcis per η *ſcribitur, interdum corripitur? Senec. in Troad.*

Placidumq; numen, æquoris tumidi Tethys.

Ouid. poſteriorem corripuit. Faſt. 4. Tetyh & extremo ſæpe recepta loco eſt.

Ris vltima futuri coniunctiui modi ſæpiſſime corripitur.

Mart. lib. 2. Is mihi, Diues eris, ſi cauſas egeris, inquit.

Idem lib. 5. Hos tu ſeu pariter, ſiue hanc, illumùe priorem

Videris: hoc dices, Marcus auere iubet.

In eodem Nec porrexeris iſta, ſed teneto.

Idem, 7. --quod ſi fera monſtra duorum

Iunxeris alterius fiet vterque timor.

In eodem Et cum ſatis eſt dixeris, ille leget.

Idem lib. 9. Videris immenſo cùm conclamata querelis Saxo.

Hora. in Arte. Dixeris egregiè, notum ſi callida verbum

Reddiderit iunctura nouum.

Lucan. lib. 1. Aetheris immenſi partem ſi preſſeris vnam.

Omitto alia, ne ſim longus. Reperitur interdum hoc tempus longum: ſed credo id cæſuræ attribuendū. Certè Probus Inſt. Ar. vbi de vltimis verborum agit Ris ſyllabam tam præteriti, quàm futuri temporis cōiunctiui modi breuē eſſe docet: quanuis idem ipſem Probus affirmet Rimus vtriuſq; temporis ſemper penultimam producere. Idem eodem libro, vbi de vltimis prouocabuli Quis, vel Qui agit, Datiuus & ablatiuus, inquit, ſi Is ſyllaba terminantur, iambum recipiunt, vt Queis ante ora patrum: ſi Bus, pyrrichium, vt

Hic, quibus inuiſi fratres. Nō ſatis intelligo, quid ſibi velit: verſus. n. Heroi

cus

cus nunquã,maximè primo loco, iambũ recipit. Quare viderint Critici,num Quis,potiùs ſit ſcribẽdum.Etenim cũ pronocabulũ partim ad ſecũdã declinationẽ,vt à quo,qua,quos,quas:partim ad tertiã ſpectet,vt quẽ,à Qui,datiuus Quis ſimilis eſt datiuo ſecundæ vt dominis,doctis: Quibus verò datiuo tertiæ, vt ſermonibus,breuibus.Vnde qui Analogiã impugnãt,apud Varronẽ lib.1. Ques homines,recto multitudinis pro.Qui homines,aiebãt dicendũ eſſe, ſi ſequenda eſſet Analogia.Seruius in Donati libellũ de octo part.idẽ ſentit.Datiuus,inquit,& ablatiuus plurales varij ſunt: dicimus enim à quis, vel à quibus:qui quidem videntur hac ratione variari, quoniam ablatiuus ſingularis inuentus eſt varius.Scimus enim,quia omnia,quę o,terminantur,in Is mittũt: q̃ I,in bus.Ergo ſicut dicimus ab hoc docto, ab his doctis ita dicimus à quo, à quis.Itẽ ſicut dicimus à puppi,à puppibus,ita dicimus à qui,à quibus:Hęc ille.Velis.Perſius ſaty.5.Ne trepida, e velis,atque arctos rodere caſſes.

Mart.li.13. Naſutus ſis vſque licet,ſis denique naſus.
Idem, Et poſſis ipſum tu deridere Latinum.

O, in fine.

OS,finita longa ſunt,vt Os oris,Erectos,Tros,Minos,Heros, Athos,Androgeos,& cætera,quæ per ω ſcribuntur.

Meta.1. Ouid.Os homini ſublime dedit,cœlumque videre
Iuſſit,& erectos ad ſydera tollere vultus.

Aen.6. Virg. Tros Anchiſidiade,facilis deſcenſus Auerni,

Aen.2. Idem, Primus ſe Danaum magna comitante caterua
Androgeos offert nobis ſocia agmina credens.

Exceptio.

COrripe Os oſſis,compos,& impos,& Gręca neutra,vs Chaos,melos,Argos.

Aen.6. Virg.Et Chaos,& Phlegeton loca nocte ſilientia latè.

Item Os finita,quæ ad ſecundam Latinam declinationem tranſeunt, vt Tyros: Arctos,Illios.

lib.3. Lucan.Et Tyros inſtabilis, pretioſaq; murice Sidon.

lib.9. Mart.Neſcia nec noſtri nominis Arctos erat.

Omnes, deniq; interrogandi caſus, a quibuſcunq; rectis proficiſcantur,vt Arcados,Pallados, Typhneos.Tetyos ,Tereos.

Met.1. Ouid.Arcados hinc ſedes,& inhoſpita tecta Tiranni Ingredior.

Faſt.4. Ouid.Alta iacet vaſti ſuper ora Typhoeos Aetna.

lib.1. Lucan.Tethyos vnda vagæ lunaribus æſtuet horis.

Ex compoſito Exos intelligimus Os oſſis breue eſſe. *Lucr.lib.3.*
Exos,& exanguis tumidos perfluctuat artus.

Ouid.

Ouid. *—voti postmodo compos eris. Pallados, Valer. Fla. lib. 8.*
Ipsa autem innuptæ iam Pallados erigit aras. Mart. lib. 1. ad Flaccum.
Ille magis ludit, qui scribit prandia Iani
Tereos aut cœnam crude Thyesta tuam.
Hic illud obiter dictum sit, Thyesta per, a legendum esse, non per, e, vt Orestes, Oresta, Acetes, Aceta. Vide quæ suprà diximus cum de es syllaba finitis egimus.

Us, in fine.

VS syllaba terminata breuia sunt, vt littus, intus, sensibus. Et nominandi, vocandique casus singulares quartæ declinationis, vt domus, manus.

Virg. Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum. *Aene. 3.*
Idem, Apparet domus intus & atria longa patescunt. *Aen. 2.*
Idem, Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles. *Ibidem.*

Exceptio.

EXcipe monosyllaba, vt plus, rus, thus.
Lucan. Plus illa vobis acie, quàm creditis, actum est. *lib. 1.*
Et quæ crescunt in obliquis penultima longa, vt Salus, tellus, palus, & nomina quartæ declinationis præter casus ante dictos, vt aditus, vultus.
Ouid. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. *Meta. 1.*
Idem, Iuncta palus huic est, densis obsessa salictis. *Met. 11.*
Mart Hos aditus Vrbem Martis habere decet. *lib. 8.*
Deniq; Græca nomina, quorũ genitiuus exit in Vntis, vt Opus, Amathus, & quæ ex πούς ποδός Pus podos componuntur, vt Tripus, Melampus: quæq; ex Oos contrahuntur, vt Panthus ex Panthoos.
Item genitiuus à fœmininis in O, vt Manto Mantus, Clio Clius &c.
Virg. Est Amathus, est celsa mihi Paphus, atque Cythera. *Aen. 10.*
Idem, Panthus Otr[illegible]ades arcis, Phæb[illegible]ique sacerdos. *Aen. 2.*
Idem Fatidicæ Ma[illegible]t[illegible]s, & Tusci filius amnis. *Aen. 10.*
Huc etiam IESVS sacrosanctum Domini, atque redemptoris nostri nomen spectat.

APPENDIX.

VS finita non contracta, ab Os syllaba profecta corripiuntur, vt Pamphagus, Oribasus, polypus: quorum vltimum Aeoles per Os scribunt πώλυπος vnde à Latinis per Vs, effertur vltima breui.
Ouid. Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades omnes. *Met. 3.*
Horat. Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis. *In Epod.*

IESVS nomen Hebræum est à Græcis Ἰησοῦς scribitur, ab Hebæis Iesùa, cui præter, A, addũt consonantem, cui nulla in Europa respondet. Palus vltimam producit Virg. Aen. 6. Fata obstant, tristiq; palus innabilis vnda. Horatius eandem corripuit in Arte,

Regis opus, sterilisq; diu palus, aptàque remis.

aut certè S, litera eliditur, & V, vocalis ob sequentem corripitur. Attici πολύπους polypus nominandi casu, vt tripus dicunt, Aeoles vero πόλυπος polypos, vnde Latini polypus vltima breui. Vide Athenæum lib. 7. Polypus dicitur etiam πώλυψ πώλυπος. pero ω ab eodem Athenæo lib. 8. ob quam caussam Horatius primam vocalem produxit.

DE SYLLABA COMMVNI.

Communis syllaba, vt suprà diximus, est, quæ modo breuis, modo longa apud poetas repetitur.

Præceptum I. de syllaba communi.

ET diphthongus, & vocalis longa communes fiunt, cum vocalem diuersæ dictionis præcedunt.

BREVES.

Aen. 3.	Virg.	Insulæ Ionio in magno; quas dira Celęno.
Aen. 5.	Idem,	Victor apud rapidum Simoenta, sub Ilio alto.
Eclog. 8.	Idem,	Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Sermi sa-tyr. 9.	Horat.	Si me amas, inquit, paulum hic ades. Inteream, si Aut valeo stare, aut noui ciuilia iura.
lib. 2.	Proper.	Tu quoq; ò Eurition vino Centaure peristi.

Longæ.

Georg. 1.	Vig.	Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.
Eclog. 6.	Idem,	Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ.
Aen. 4.	Idem,	Lamentis, gemituq;, & fœmineo vlulatu tecta fremunt.
Eclo. 3.	Idem,	Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
Saty. 2.	Iuuen.	Quis cœlum terris non misceat, & mare cœlo, Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?
Meta. 2.	Ouid.	O ego quantum egi: quàm vasta potentia nostra est.

Breues, & longæ in eodem versu.

Georg. 1.	Vir.	Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Idem

Idem,	Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.	Ibidem

Præceptum II.

Monosyllaba breuia interdum à poetis more Grecorũ ꝓducuntur.

Virg.	Liminaq; Dei, totusq; moueri.	Aen. 3.
Iuuen.	Et animam, & mentem, cum qua dij nocte loquuntur.	Saty. 6.

Præceptum III.

Syllaba breuis post quatuor primos pedes, maximè secundum, & tertium relicta, nonnunquam à poetis producitur.

Syllaba breuis post primum pedem producta.

Virg.	Pectoribus inhians spirantia consulit exta.	Aene. 4.
Idem.	Oratis? equidem & viuis concedere vellem,	Aen. 11.
Iuuen.	Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali?	Satyr. 6.
Mart.	Meq; sinus omnis, me manus omnis habet.	lib. 6.

Post secundum.

Virg.	Hic primum ex alto delubri culmine telis Nostrorum obruimur: oriturq; miserrima cædes.	Aen. 2.
Idem.	Emicat Euryalus, & munere victor amici.	Aen. 5.
Idem.	Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.	Aen. 10.
Stat.	Nanq; senex Thetidi Protheus prædixerat vdæ.	Achil. 2.
Mart.	Det tunicam diues: ego te præcingere possum.	lib. 14.
Idem.	Maximus ille tuus, Ouidi, Cæsonius hic est.	lib. 7.

Post Tertium.

Virg.	Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.	Aen. 5.
Idem.	Dona dehinc auro grauia, sectoq; elephanto Imperat ad naues ferri.	Aen. 3.
Idem.	Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus.	Aen. 12.
Stat.	Nequa det indignos Thetidi captiua nepotes.	Achil. 2.

Post quartum.

Virg.	Graius homo infectos linquens profugus Hymenæos.	Aen. 10.
Idem.	Ille latus niueum molli fultus hyacintho.	Eclog. 6.
Idem.	Muneribus, tibi pampineo grauidus Autumno.	Georg. 2.

Admonitio.

His tribus præceptionibus non in suis componendis, sed metiendis veterum poetarum carminibus vtentur tyrones.

Tria hęc præcepta à Gręcis mutuati sunt Latini, quorũ omniũ exẽpla posuissem, nisi ad alia festinarẽ, Huc spectant pręterita imminuta, T, litera finita.
Ouid. Fast.4. Nox abijt, oriturq; Aurora, Palilia poscor, &c.
quæ supra attulimus, cum de T, litera finitis egimus. Huc itidem uidetur spectare ultima syllaba secundæ personæ tam præteriti, quàm futuri coniunctiui modi, cum longa reperitur.
Ouid. Fast.1. Da mihi te placidum, dederis in carmina uires.
Tibul.lib.4. Respueris etiã Phœbo gratissima dona. Item hęc quę sequũtur.
Iuuen.saty.8. Occulta spolia, & plures de pace triumphos.
Sil.lib.9. Immane stridens agitur, crebroq; coacta, &c.
Mart. lib.2. Et digna speculo fiet imago tua.
Multa denique his præceptionibus excusantur, quę alioqui breuia sunt.
Lucretius. Imbribus, aut tabe membrorum ambusta uacillent.
Tabe enim posteriorem aliàs habet breuem:
Lucan.1. Cernit tabe iecur madidum, uenasq; minaces.
Macrobius lib.5.cap.14. docet à Gręcis appellari λαγαρούς uersus, qui in medio breues syllabas pro longis habent, ut --- & duros obice postes: & Consilium ipse pater & magna incœpta Latinus. Idem sentit Diomedes lib.3.

Præceptum IV.

VOcalis breuis ante mutã, & liquidam eiusdem dictionis, vt suprà dictum est, communis est in carmine, quamuis in soluta oratione semper corripiatur, ut Atlas, uolucris, Cleopatra, Patroclus, lugubris, funebris.

Met.4. Ouid. Tempus Atla veniet, tua quo spoliabitur auro Arbor
Aen.1. Virg. --- cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Aen.4. Idem, Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres.
Aen.7. Idem, Assuetæ ripis volucres & fluminis alueo,

APPENDIX.

SYllaba natura longa nunquam corripitur, etiamsi muta cum liquida sequatur, vt aratrum; uolutabrum, inuolucrum, salubris, & reliqua generis eiusdem.

Quarta hæc præceptio suo loco fusius explicata est, vbi nonnulla dicta sunt, quæ ad eius perfectam cognitionem spectant.

Præceptum V.

VLtima syllaba versus communis est, siquidem breuis pro longa ponitur.

Virg.

Virg. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. *Aen. 1.*
Idem. Nate patris summi, qui tela Tiphoea temnis. *Ibidem.*
Sextus enim pes spondeus est, qui ex duabus longis constat.
Aut contrà longa pro breui.
Mart. Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus seueriores. *Lib. 9.*

Cicero in Oratore ubi de pedibus agit, Nihil interest, inquit, dactylus sit extremus, an creticus: quin postrema syllaba breuis, an longa sit, ne in uersu quidem refert.

De necessitate metrica.

LEX, necessitasq; metri cogit poetas, breues aliquando producere, velut cum sunt tres breues continuæ in carmine Heroico, quod in Italia, Priamide, Arabia, alijsq́, id genus vsu venit.

Virg. Ibitis Italiam, portusq́; intrare licebit. *Aen. 3.*
Idem. Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto *Aen. 6*
Deiphobum vidit.
Proper. Et domus intactæ te tremit Arabiæ. *lib. 2.*

Aut contrà longas corripere vt cum breuis inter duas longas est
Iuuen. Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem Stoicidæ. *Saty. 2.*

Stoicidæ dixit penultima breui necessitate metri constrictus, neq; enim hexametum carmen Creticum recipit, qui ex longa, breui, & longa constat.

De Licentia poetica.

POetæ, quibus semper potestas fuit, vt inquit Horatius, quidlibet audendi, nulla coacti necessitate syllabis interdum pro suo iure abutuntur. Tulerunt enim, Dederunt, & nonnulla alia eiusdem generis penultima correpta efferunt.

Virg. Matri longa decem tulerunt fastidia menses. *Ecloc. 3.*
Horat. Dij tibi diuitias dederunt, artemq́; fruendi. *Epist. 1.*

De pedibus.

QVoniam de syllabis tum breuibus, tum longis, tum communibus dictum est: superest, vt & de Pedibus, qui ex ipsis syllabis, & de versu, qui ex pedibus constat, breuiter dicamus.

Quid sit Pes.

PEs est pars versus certo syllabarum numero, atque ordine definita.

Pe-

Pedes duarum syllabarum.

SPondeus constat ex duabus syllabis longis vt Possunt, Omnes. Pyrrhichius ex duabus breuibus, vt Furor, Ruit. Choreus. seu, vt alij vocant, Trochæus ex longa, & breui, vt Arma, Vincor. Iambus ex breui, & longa, vt Viros, Rogas.

Pedes trium syllabarum.

MOlossus ex tribus longis, vt Aeneas, Contendunt.
Trochæus, siue Tribrachys ex trib. breuib. vt Facere, Tumidus.
Dactylus ex longa, & duabus breuibus, vt Corpora, Traximus.
Anapæstus, ex duabus breuibus, & longa, vt Animos, Capiunt.
Bacchius ex breui, & duabus longis, vt Dolores, Parabant.
Antibacchius ex duabus longis, & breui, vt Audisse, Maturus.
Creticus seu Amphimacer ex longa, breui, & longa, vt Maximos, Audiunt.
Amphibrachy ex breui, longa, & breui, vt Cadebat, Poema.

Pedes quatuor syllabarum ex superioribus compositi.

DIspondeus constat ex duobus spondeis, vt Oratores.
Proceleusmaticus ex duobus Pyrrhichijs, vt Abiete.
Dichoreus ex duobus choreis, vt Dimicare.
Dijambus ex duobus Iambis, vt Propinquitas.
Choriambus ex Choreo, & Iambo, vt Nobilitas.
Antipastus ex Iambo, & Choreo, vt Recusare.
Ionicus à maiore ex Spondeo, & Pyrrhichio, vt Calcaribus, Cantabimus.
Ionicus à minore ex Pyrrhichio, & Spōdeo, vt Diomedes, Lacedęmō.

PAEONES.

PAeones quatuor sunt, omnes ex tribus breuibus & vna longa constant, hac lege, vt primus primam habeat longam, secundus secūdam, tertius tertiam, quartus quartam.
Pæon I. ex Choreo, & Pyrrhichio, vt Aspicite, Temporibus.
Pæon II. ex Iambo, & Pyrrhichio, vt Potentia, Docebimus.
Pæon III. ex Pyrrhichio, & Choreo, vt Animatus, Moriamur.
Pæon IIII. ex Pyrrhichio, & Iambo, vt Calamitas, obierant.

Epitriti, seu Hippij totidem sunt, sed superiorib contrarij.

EPitritus I. ex iambo, & spondeo, vt Repentino, Repūgnarunt.
Epitritus II. ex choreo, & spondeo, vt conditores, Cōprobarūt

Epitritus III. ex spondeo, & iambo, vt discordiæ, Clamaueras.
Epitritus IIII. ex spondeo, & choreo, vt Fortunatus, Pugnabamus.

Pedes quinque syllabarum.

QVinque syllabarum pedes inusitati sunt præter Dochimum, oratoriæ compositioni maximè appositum: constat ex iambo, & Cretico, ut Reipublicæ, Perhorrescerent.

Diomedes li. 3. doctè, & copiose de pedibus agit, quorum enumerati one fuimus contenti, quòd cętera non sunt perinde necessaria ad scribenda carmina. Choreum solet Cicero appellare, quem plerique Grammatici Trochæum vocant: quem vero hi Tribrachym appellant, ille Trochæum nominat. Quintilianus Ciceronem secutus iisdem nominibus vtitur: Non sunt tamen Grammaticorum vocabula, vt barbara contemnenda, cum etiam Quintiliani ætate recepta fuerint.

DE VERSV.

VErsus est oratio certo genere, numero, atque ordine pedum alligata.

Carmen Hexametrum, siue Heroicum.

HExametrum carmen constat sex pedibus, quorum quintus, dactylus est, sextus spondeus, reliqui dactyli, vel spondei.
Virg. Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos. *Aen. 1.*

APPENDIX.

QVintus pes nonnunquam spondeus est: vnde versus spondaicus appellatur, quo vel rei alicuius grauitas, & amplitudo, vel ingens mœror, animiq; angor, vel aliud declaratur. *Eclog. 4.*
Virg. Cara Deum soboles, magnum Iouis incrementum. *Aen. 2.*
Idem. Constitit, atque oculis Phrygia agmina circunspexit.

Pentametrum carmen.

PEntametrum carmem, quod ferè hexametrum comitatur, quinq; pedes habet, quorum duo primi dactyli, vel spondei, pro cuiusq; arbitrio sunt, adiuncta syllaba longa, quæ cæsura, vel semipes dicitur, cęteri perpetuò sunt dactyli, quibus semipes itidem adiungitur, vt ex utroq; semipede quintus pes fiat: vel tertio loco est spondeus, qui alterius verbi fine, alterius initio constat, deinde duo anapæsti. Ouid. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo
Et subito casu quæ valuere ruunt.

Delegimus ex plurimis carminum generibus ea, quibus poetæ frequentius vtuntur. Diomedis librum tertium, Seruij Centimetrum, aliorumq; libros adeat, cui hæc non satis esse videbuntur. Heroici carminis ornamenta (quod enim Epos vocatur, vnde Epici poetæ dicti) à Virgilio in primis, ac cæteris qui eodem scribendi genere floruerunt, sunt petenda, quod idẽ de alijs versuũ generibus dictum sit: horum enim diligens, & assidua lectio magistros omnes superat. Versus hexameter recipit interdum anapæstum, & proceleusmaticum, vt quibusdam placet, de quibus paulo post. Posterior ratio metiendi pentametrum Quintiliano probatur lib. 9. cap. 4. Et quidem optimè est sibi iunctus Anapæstus, vt qui sit pentametri finis. Ibidem Est quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus, vt in pentametri medio spondeo, qui nisi alterius verbi fine, alterius initio constet, versum non efficit.

Senarius Iambicus, siue Trimeter Iambicus Acatalectus.

SEnarius iambicus, cum purus est, & integer, omnibus in locis iambos habet.

Epod. Horat. Beatus ille, qui procul negotijs. Omnes sex pedes iambi sunt, totidem. n. pedes Senarius admittit, vnde & nomen inuenit. Verum, Tardior vt paulo, grauiorque veniret ad aures, vt Horatius ait, primo, tertio, & quinto loco spondeum, dactylum, & Anapæstum recipit. Omnibus etiam locis præterquam sexto Tribachym potest recipere.

Horat. Pauidumque leporem, & aduenam laqueo gruem.

Ibidem. Iucunda captat præmia.

Dimetrum Iambicum Acatalectum.

DImetrum Iambicum quatuor recipit pedes: secundo & quarto loco Iambos: primo, & tertio Iambum, spondeum, dactylum, anapæstum: potest etiam in omnibus præter quartum, Tribachym admittere. Horat. Has inter epulas, vt iuuat pastas oues.

Epod. Videre properantes domum.

Subscribitur hic versus interdum eleganter Senario Iambico.

Mart. Vir Celtiberis non tacende gentibus.

Lib. 1. Nostræque laus Hispaniæ.

Scazon, siue Choliambus.

SCazon semper quinto loco habet Iambum, sexto vero spondeum, cæteris omnibus cum Senario Iambico consentit.

Lib. 5. Martialis, Extemporalis factus est meus Rhetor.

Calphurnium non scripsit, & salutauit.

Metitur omnia genera carminum pedibus duplicatis, preter dactilum hoc

hoc est hexametrum, & pentamentrum, quod ex ipsis nominibus facile intelligitur. Trimetra autem appellantur, quod tribus metris siue mensuris constent, cum tamen senos habeant pedes, unde & senarij vocantur ἀκατάληκτα. Acatalecta dicuntur carmina integra, omnibusque suis numeris absoluta καταληκτικὰ Catalectica, quibus deest vna syllaba ὑπερκατάληκτα Hypercatalecta, quæ syllaba vna, aut duabus redundant. βραχυκατάληκτα Brachycatalecta quibus pes vnus deest. Legitimus senarius iambicus sexto loco iambum habet tanquam custodem, defensoremq; iambici ordinis: ex quo cum fuerit deturbatus, atq; in eius locum substitutus spondeus, σκάζων scazon idest, claudicãs & χωλίαμβος Choliãbus hoc est, claudus iãbus appellatur: claudicare enim hi uerbis putantur. Martialis plurima epigrammata hoc carmine scripsit: Trimetro, ac Dimetro pauciora. Tragædiam scripturus, Senecę trimetros diligenter inspiciet, obseruabitque, quos pedes, quibus locis frequentius usurpet.

Non loquimur de Plautinis, ac Terentianis senarijs, qui locis omnibus (ut Priscianus de metris comicis docet) excepto sexto, quinq; pedes iambũ, tribrachym, spondeum, dactylum, anapæstum sine discrimine admittunt.
Terent. in Prolog. Andr. Qui utrauis recte norit, ambas nouerit.
Idem ibidem, Accusant: quos hic noster autores habet.
Idem in Andr. Perduxere illuc secum, ut una esset mecum. Omnes sunt spondei, præter quartum, & sextum qui est iambus. Idem in eadem.
Nihil istac opus est arte, ad hanc rem, quam paro. Primus pes est anapæstus, secundus dactylus: reliqui spondei, præter quartam, & sextũ.
Ibidem, Studebat: & tamen omnia hæc mediocriter.
Primus & secundus est iambus, tertius anapæstus, quartus iambus, quintus tribrachys, sextus necessario est iambus. Qui dialogus, aut comœdias scripserit, dummodo ultimus sit iambus, ne de cæteris sit sollicitus: poterit enim hos quinque pedes ad arbitrium suum permiscere.

Anapesticum dimetrum acatalectum.

ANapesticum carmen, quo frequenter in choris vtitur Seneca, cõstat quatuor pedibus, qui fere sunt dactyli, vel spondei, permistis anapæstis, ita tamen vt secundo, & quarto loco absit dactylus.

Senec. Lugeat æter, magnusque parens *Hercul.*
Aetheris alti, tellusq; ferax, Et vaga ponti mobilis vnda. *Furent.*

APPENDIX.

Secundus pes dictionem terminat, qui frequentissime est spondeus.

GLYCONIVM.

GLyconium carmen constat spondeo, & duobus dactylis, quo Seneca interdum choros scribit. *Thyest.*

Tandem regia nobis
Antiqui genus Inachi
Fratrum composuit minas.

ASCLEPIADEVM.

Asclepiadeum carmen constat spondeo, duobus choriambis, & pyrrichio, vel spondeo, dactylo, & syllaba longa, deinde duobus dactylis. Horat. Carm. 1. Mecœnas atauis edite regibus.

PHALEVCIVM.

Phaleucium carmen quinque pedibus constat, spondeo, dactylo, deinde tribus choreis.

Lib. 1. Matt. Commendo tibi Quintiane nostros,
Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus poeta.

Verbis hendecasyllabis, (sic enim à numero syllabarum etiam appellantur) plurimùm vtuntur qui epigrammata scribunt.

Sapphicum carnem.

Versus Sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit, Choreũ, spondeum dactylum, deinde duos choreos, tertio cuique carmini ferè nectitur Adonius, qui ex dactylo, & spondeo constat.

Carm. 1. Horat. Integer vitæ, scelerisq; purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida sagitis
Fusce pharetra:
Siue per syrteis iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hysdaspes

Clyconium carmen apud Horat. Ode 15. lib. 1. Choreum habet initio Ignis Iliacas domos. Phaleucij pedibus abutitur Catulus, primæ enim sedi tum iambum, tum choreum attribuit, à quibus cæteri ferè abstinent Mart. tamen lib. 2. ad Sæuerum, eum imitatus, iambum posuit pro spondeo,

Et cum currere debeas Bouillas,
Iter vngere quæris ad Camœnas.

De Carminum dimensione.

Versus metimur pedibus, quibus metiendis non parum prodest Syllabæ communis, Necessitatis metricæ, Licentiæ poeticæ, Figurarumque cognitio.

Episy-

Episynalœphe.

EPisynalæphe, quæ & Synecphonesis, & Synœresis appellatur: est syllaba vna ex duabus facta: quod fit cum duæ vocales in vnam contrahuntur, vt Aluearia, eadem, alueo, eodem, eosdem, aureis, æreì, denarijs.

Virg. Seu lento fuerint aluearia vimine texta. *Georg.4.*
Idem, Vna eademq; via sanguis, animusq; sequuntur. *Met.10.*

E, & A, in vnam syllabam contrahuntur.

Idem, Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo. *Aen.7.*
Idem, Vno eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit. *Aen.12.*
Serpentum spiris.

E, & O, vocales in vnam coalescunt.

Idem, Atria: dependent lychni laquearibus aureis. *Aen.1.*
Idem, Pectora: nec misero clypei mora profuit ærei. *Aen.12.*

E, & I, in vnam syllabam coeunt.

Mart. Denarijs tribus inuitas: & mane togatum *Lib.9.*
Obseruare iubes atria, Basse, tua.

Duplex ij, in vnum contractum est.

IDē accidit genitiuis Oilei, Achillei, Vlyssei, & datiuis, ablatiuisque Tereo, Typhoeo, et similib. interdū et accusatiuo Typhoea.

Virg. Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.
Idem, Littora Achæmenides, comes infœlicis Vlyssei. *Aen.1.*
Idem. Inarime Iouis imperijs imposta Typhoeo,
Ouid. Degeneras, scelus, & pietas in coniuge Tereo. *Aen.3.*
Idem, Nec quo centimanum deiecerit igne Typhoea. *Aen.9.*
Nunc armatur eo. *Met.6.*

In primis E, & I: in secundis E, & O: in vltimo E, & A, in vnam syllabam coalescunt. *Ibidē.3.*

In superiorum cōtractione, delectu, & autoritate opus est: ad horum Cui, huic, dij, dijs, ijdem, ijs, ijsdem, Vsq; adeò omnibus vti licet. Item aduerbiorum Deinde, dein, deinceps, dehinc, & verbi Deest, deerat, deerant, deerit, deerunt, deesse, & eorum, quæ ex Semi, componuntur, vt Semianimis, Semihomo.

Ouid. Iuncta palus huic est densis obsessa salictis. *Met.11.*

*Lib.*1. Lucan. Sed venient maiora metu: dij vota secundent.
*Lib.*4. Idem. Iidem, cùm fortes animos præcepta subijssent. Optauere diem.
*Lib.*1. Idem, Vsque adeo miserum est ciuili viuere bello.
Achil. 1. Stat. Dehinc sociare choros, castiq; accedere sacris Hortantur.
*Lib.*8. Lucan. Non vlli comitum sceleris præsagia deerant.
Ibidem. Mart. Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones.
lib. 3. Lucan. Semianimes alij vastum subiere profundum.
*Aen.*8. Virg. Semihominis Caci: facies quem dira tegebat.

Huc etiam spectat Anteambulo, Antehac, Anteit, & si qua præterea sunt.

Lib. 2. Mart. Sum comes ipse tuus, tumidiq; anteambulo regis.
*Lib.*6. Lucan. Plurimaq; humanis antehac incognita mensis.
*Aen.*12. Virg. Qui candore niues anteirent, cursibus auras.

Probus Inst. Art. Ep synalœphe est vna syllaba ex duabus facta, vt Fixerit AEripedem, pro Aeripedem tetrasyllabon ex pentasyllabo fecit συνεκφώνησις Synechphonesis dicitur à συνεκφωνεῖν quod simul sonare significat, quod duarum vocalium sonus confundatur, permisceaturq;. Denarius A, longum habet, nequis putet esse dactylum.

Idem Mar. lib. 2. Vnus sæpe tibi tota denarius arca

Idem etiam lib. 1. contraxit. Denarijs tibi quinque Martialem. Eosdem, est apud propertium lib. 4. Eosdem habuit secum quibus est eleta capillos.

Cui, Huic, Ei, li dādi casus, putat Priscianus lib. 13 monosyllaba esse, quòd in hoc genere declinationis datiuus minor sit genitiuo vna syllaba, vt Vnius, vni solius soli, illius, illi, ipsius ipsi, itē quòd pleriq; poetarum id metris cōprobēt. Virg. Aen. 4. Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra. Reppulit. & 1. Georg. Huic à stirpe pedes temo protentus in octo. De datiuo Ei, nullum profert testimonium. Probus Institu. Art. docet hæc tria esse dissyllaba. Huic, ait pyrrhichium esse, sed posse ambas syllabas in Episynalœpham cadere. Cui, ait idem constare ex duabus breuibus, vt

Et cui putre solum. Interdum ex breui, & longa, &c.

Supra cum de vltimis egimus, testimonijs Martialis planum fecimus vtranque aliquando breuem esse: easdem corripuit & Iuuenalis sat. 3.

Quis nunc diligitur, nisi conscius, & cui feruens
Aestuat occultis animis? multo tamen frequentius contractum est. sic ex eo composita, vt alicui, cuiuis, Mart. lib. 5.
Incipio quoties alicui tua dona referre. Horat. Epist. 1.
Cuilibet hic fasces dabit, eripietq; curulæ:

Cui

Cui volet importunus ebur.

Ouid.Trist.1.In causa facili cuiuis licet esse diserto.

Manilius tamen lib.4 Cuiq; posteriore longa dixit

Sic erit & sedes fugienda, petenda cuique.

Huic, apud Stat. 1.Sylu.bis legitur priore breui,

Lætus huic dono videas dare thura nepotes.

Falsus huic pennas, & cornua sumeret æthræ.

Vtrunque versum affert Priscianus eodē loco, putatq; à Statio vtrobiq; factam esse digresim. Probus ait Ei, iambū esse. quod Lucretius produxit lib.6.

E manibus nitidum teneris opus effluit ei. In eodem,

Scilicet fluuius, qui visus maximus ei.

Suspicantur quidā eum, Eij gemino ij scripsisse, prioremq; productā esse positione. Prisci enim, vt supra diximus, I inter duas uocales geminabant, Aijo, Maija, sic Eijus, & in datiuo seruato utroq; I, Eij. Hæc est Probi, atq; Prisciani sentētia. Probo libētius accedo. Itaq; Cui, Huic, Ei, puto suapte natura dissyllaba esse, ut dij dijs, ij, ijs quæ ferè à poetis cōtrahūtur. Quod uerò Priscianus ait, datiuum nominum, pronominumq; quorum genitiuus exit in Ius, minorem esse genitiuo una syllaba, de ijs accipiendum est quorum rectus duas habet syllabas, ut Vnus, ille, solus & cęt. At Quis, Hic, Is monosyllaba sunt: Sed hęc, ut multa alia uiderint Critici. Deorsum, Seorsum, Prehēdo, Prehenso omisimus, quòd illa ferè apud Priscos poetas leguntur contracta: hęc uerò, quia nihil est, cur à poetis contrahantur, cū prēdo, prenso uerba imminuta, tā sint in usu, quàm plena, & apud Vir. Aen.2.--- prensant, ut quidam citant.

Synalœphe.

SYnalœphe est cùm vocalis, aut diphthongus præcedentis dictionis à sequenti excipitur. & quodam modo absorbetur.

Virg. Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur. *Aen.9.*

Idem, Conticuere omnes, intentiq; ora tenebant. *Aen.2.*

Idem, --- clamorem ad sydera tollunt *Aen.10.*

Dardanidæ è muris: spes addita suscitat iras.

Exceptio.

O Et Heu sequente vocali, aut diphthongo, integra manet.

Virg. O pater, ò hominum, Diuumq; æterna potestas. *Aen.10.*

Stat. Heu vbi syderei vultus? vbi verba ligatis Imperfecta sonis? *Theb.5.*

Episynalœphe locum habet in eadem dictione, Synalœphe uero in diuersis συναλοιφὴ appellata, quod simul ungere, & linire significat: coeunt enim duę uocales, & quodammodo simul unguntur, atque collinuntur. Quintilianus Synalœphen, & Synæresim etiam in eadem dictione fieri docet

lib. 1. cap. 5. Plus, inquit, exigunt subtilitatis, quæ accidunt in dicendo vitia: quia exempla eorum tradi scripto non possunt, nisi cum in versus inciderunt ut διαίρεσις Europai: & ei contrarium vitium quod συναίρεσιν, & συναλοιφὴν Græci vocant, nos complexionem dicimus, qualis est apud Varronem,

Cùm te flagranti deiectum fulmine Pheton.

Nam si esset prosa oratio, easdem literas enunciare veris syllabis licebat. Hæc ille: vbi apertè Pheton, pro Phaeton ait Sinalæphen esse. Idem lib. 9. cap. 4. Sinalæphen appellat in diuersis dictionibus. Nam & coeuntes literæ, quæ συναλοιφὴ dicitur, etiam leniorem faciunt orationem, quàm si omnia verba suo fine claudātur. Ibidem, Nam vbi libido dominatur, innocentiæ leue præsidium est. Nam Synalæphe facit, ut ultimæ syllabæ pro una sonēt. Vbi Synalæphē Ecclipsim vocauit. Probus Inst. Art. Ait Synalæphen fieri multis modis, Interdum, inquit, breuis in breuem cadit, vt

Obsedere alij telis angusta viarum. *Interdum breuis in longam, vt*

Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis. *Interdum longa in breuem,*

Virg. Aen. 12. Se signari oculis: vltro implacabilis ardet.

Interdum diphthongus in simplicem longam, vt *Dardanidæ è muris.*

Aliquando breuis in diphthongum, vt *Arua neque Ausoniæ semper:*

Interdum diphthongus in diphthongum: huius vltimi modi exemplum non est apud Probum: à vetustate enim deletum est. Multa tamen inuenias apud poetas. Virg. Aen. 6. Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis.

Ah, Hei, Hui, & Cui, cum est cōtractum, non videntur eludi sequente vocali.

APPENDIX I.

INterdum nec vocalis, nec diphthongus, vt suprà diximus, à sequenti vocali excipitur.

Georg. 1. Virg. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ,

Aen. 1. Idem, Posthabita coluisse Samo, hic illius arma.

Id, quod multo rarius accidit, si vocalis breuis sit:

Aen. 1. Idem, Et vera incessu patuit Dea: ille vbi matrem.

APPENDIX II.

SYnalæphe non solum in eodem carmine, sed in diuersis locum

Georg. 3. habet. Idem, Et spumas miscent argenti, viuaq; sulphura,

Ideasque pices.

Georg. 2. Virg. Inseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida.

Et steriles platani malos gessere valentes.

Aen. 1. Idem, — quibus orbis in oris

Iactemur doceas, ignari hominumq; locorumq;

Erramus.

In his

in nis,atque similibus locis vltima vocalis præcedentis versus excipi tur,atque absorbetur à prima sequentis.

Ecthlipsis.

ECthlypsis est,cùm M,litera simul cum vocali eliditur, propter se quentem vocalem.

Virg. Italiam.Italiam primus conclamat Achates. *Aen.3.*

Pers. O curas hominum,ò quantum est in rebus inane. *Saty.1.*

APPENDIX I.

PRisci M,literam cum vocali correpta seruabant.

Lucret.Nam si tantundem est in lanæ glomere,quantum *Lib.1.*

Corporum in plumbo est, tantundem pendere par est.

Corporum,dactylus est.

Ennius,Infinita ferè tum milia militum octo.

APPENDIX II. *Anna.1*

ECthlipsis etiam in diuersis carminibus locum habet.

Virg. Ianque iter emensi,turres, ac tecta Latinorum: *Aen.7.*

Ardua cernebant iuuenes, murosq; subibant.

Idem, Aut dulcis musti Vulcano,decoquit humorem, *Georg.1.*

Et foliis vndam tepidi despumat aheni.

APPENDIX III.

PRisci poetæ, s, literam passim elidebant: quod si deinde concurrerent vocales,prior à posteriore per Sinalepham excipiebatur.

Ennius, Doctus,fidelis, suauis homo,facundus, suoq;

Contentus,atq; beatus scitus, secunda loquens in *Anna.7.*

Tempore,commodus,& verborum vir paucorum.

Doctu si: cundu'su, dactyli sunt. In secundo versu ex primo ver bo exteritur,s,deinde fit synalœpha sic Contentus Atque be.

Rarissimè apud posteros videas hanc litteram extritam:

Cic. Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore. *In Arat.*

Alcinous, Longè erit à primo quisquis secundus erit.

Lustratus, & Quisquis s,amittunt.

ἐκθλίβω elidere, extingere significat:unde ecthlipsis dicta est,qua proprie eli ditur M litera, deinde uocalis à uocali per synalœpham excipitur. Iuuenal. Saty.9.neque consonantem,neque uocalem extriuit.

Viuendum recte, cum propter plurima tum his

Præcipuè causis Quidam aiunt h,hic uim habere consonantis, ut in illis Virgilij carminibus lib.9. --- uersaq; iuuencum

Terga fatigamus hasta --- & 7 --- feruida pinum

Sustinet, ac natæ, Turniq; canit Hymenæos: sed hæc loca Virgilij, aliaque eiusdem generis syllaba communi excusantur, de qua suprà egimus. Illud verò Iuuenalis non video qua ratione sit excusandum, quod hodie in libris correctis legitur --- Tum his non addita præpositione De, hoc modo Tum de his: vt alij volunt: Macrobius lib. 5. ca. 14. ait hos versus ὑπερκαταληκτικούς hypercatalecticos à Græcis appellari: quin inquit syllaba lõgiores sunt, vt -- quin protinus omnia, Vulcani decoquit humorem,

Et spumas miscent argenti viuaq; sulphura Et --- arbutus horrida. Hæc ille: quæ omnia aut synalœpha, aut ecthlipsi defendi possunt, excepto eo, quod est in 6. Aen. Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia

Perlegerent, &c. Seruius legit --- quin protinus omnem: subaudit. n. picturam. De litera s, extrita sic scribit Cicero in Oratore, Quin etiam quod iã subrusticũ videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eædem erant postremæ duæ literæ, quæ sunt in Optumus, postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim loquebantur,

Qui est omnibus princeps: non omnibus princeps. & Vita illa dignu, locoq;: non dignus. In eodem. Sed quid ego? vocales sine vocalibus sæpe breuitatis causa contrahebant, vt ita dicerent multi modis, vas argenteis, palm' & crinibus, tecti' fractis, &c.

Diæresis, siue Dyalisis:

DIæresis est cùm syllaba vnà in duas diuiditur, vt Aurai tryssyllabum pro Auræ dissyllabo, syluæ, euoluam, euoluisse, dissoluo, heu, persoluendus, suauis, iam apud comicos dissyllabum.

Aen. 6. Virg. Aethereum sensum, atque aurai simplicis ignem.
In Epod. Horat. Nouesq; deducunt Iouem, Nunc mare, nunc syluæ.
Ad Ortu. Catul. Condita quin veri pectoris euoluam,
Ouid. Debuerant fusos euoluisse suos
In Epist. Catul. Pristina vota nouo munere dissoluo.
Ad Liu. Ouid. Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa persoluenda die.
Lib. 8. Mar. Heu quam bene nunc Papyriane.
De liuore Virg. Non lux, non cibus est suauis illi.

Aurai, aquai, aulai, pictai, quibus Virgilius diuersis locis vtitur, non fiunt à genitiuis aurae, aquae, aulae, pictae: esset enim vltima E, nõ I: sed ab aurai aquai, aulai, pictai dissyllabis: sic enim Prisci casus interrogandi, dandiq; primæ declinationis scribebant per ai, more Græcorum, non ae, vt post scripserunt posteri. Lege Quintilianum lib. 1. cap. 7. Carmen Horatij, vt Priscianus lib. 1. Docet, constat ex dimetro iambico, & penthemimeri Heroica, hoc

est,

est, duobus dactylis, & syllaba, quod ex cæteris eiusdē Odæ facile intelligitur. Iam, teste Soauro, apud Plautum in Pseudolo dissyllabū legitur. Nūc iā. Iam inquit diuisit in duas syllabas metri causa. Lege Rufinum de metris Comicis.

Sistole.

SYstole est, cum syllaba natura longa corripitur. *Aen.* 1.
Virg. Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion. *Aen.* 6.
Idem, Illæ autem paribus, quas fulgere cernis in armis. *Aen.* 8.
Idem. totumque instructo Marte videres
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus. *Lib.* 8.
Sil. Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.
Aut positione longa, sed altera consonante extrita, vt Obicis pro Obiicis, abici pro abijci.
Lucan. Cur obicis Magno tumulum, manesq; vagantes? *Ibidem.*
Ouid. Turpe putas abici, quòd sim miserandus amicis. *De Pō.* 1

Orion à Græcis per ω scribitur, ὠρίων Fulgere, effulgere ait Probus huc spectare, Feruere, vero negat, quòd Feruo Feruis tertiæ coniugationis apud veteres lectum sit. συστέλλειν corripere significat, unde systole ◡.

Ectasis siue diastole:

ECtasis est, cum syllaba natura breuis simpliciter producitur.
Virg. Italiam fato profugus, Lauinaque venit Littora *Aen.* 1.
Stat. seu castra subire *Theb.* 2
Apparet: aut celsum crebris arietibus vrbis Inclinare latus.
Aut cùm eadem consonans geminatur, vt Relligio, relliquiæ, repperit, rettulit, reppulit.
Virg. Relligione patrum multos seruata per annos, *Aen.* 2.
Idem, Troas reliquias danaum, atque immitis Achillei. *Aen.* 1.
Idem, Vir bonus, & sapiens: qualem vix repperit vllum.
Horat. Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos. *Epist.* 2.
Lucan. Reppulit à Libycis immensum Syrtibus æquor. *Lib.* 1.
Aut I, & V, vocales in consonantes mutantur:
Virg. cuius apertum. *Aen.* 11
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.
Idem, Mœnia, quique imos pulsabant ariete muros. *Aen.* 12
Idem, Abietibus iuuenes patrijs, & montibus æquos, *Aen.* 9.
Idem, Hærent parietibus scalæ, postesque sub ipsos. *Aen.* 2.
Sil. Arietat in primos, obicitque immania membra. *Lib.* 4.
in his, & similibus locis I vocalis fit consonans: itaque. Abiete, ariete dactyli sunt.

Idem,

Georg. 1. Idem, Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Aen. 5. Idem, Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.

In his V vocalis, in consonantem migrat: quare Tenuia dactylus est, itidem Genuala. Hæc est Probi sententia: sunt qui existiment esse proceleusmaticum. Neq; mirari debes, si vocales mutentur in consonantes: cùm eædem literæ consonantes interdum in vocales vertantur, vt dissoluo pro dissoluo, & cætera quæ per diæresim in duas syllabas diuiduntur.

ἐκτείνω producere, extendere significat, vnde ἔκτασις productio, extensio. διατείνω diduco, diuido, laxo, vnde διαστολή. Arietibus cum quinq; habeat breues, non poterat in quinta regione locum habere nisi producta antepenultima. Versus ille Virgilij, Arietat in portas, et duros obice postes, huc etiam spectat, si Macrobio credimus: ait enim lib. 5. cap. 14. λαγαρούς Lagaros appellari versus, qui in medio habent syllabas breues pro lõgis, vt — & duros obice postes. Gellius tamen lib. 4. cap. 17. docet Obijces obijcibus gemino ij, esse scribendum: vt verbum Obijcio, à quo facta sunt: primamq; positione longam esse. Probus Institu. Art. vbi de decem modis Positionis agit, Decimus modus, inquit, est si post vocalem subiecta sit consonanti vocalis vel I, V, & correptam vocalem habeat consequentem, vt

Parietibus textum cœcis: In hoc versu quoniam prima pars orationis correptam habet, hoc genere positionis primam syllabam longam efficimus: secundam nanque syllabam resecamus per medium, & præcedentem consonantem primæ syllabę conglutinamus: vocalem autem ad tertiam reuocamus, & loco consonantis defigimus. Hic sanè modus positionis apud Virgilium non in superiore exemplo tantum, sed in multis versibus inuenitur. vt Arietat in portas, & Transtra per & remos & pictas abiete puppes.

Item Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.

Et Tenuis vbi argillæ dumosis calculus aruis.

Hæc ille. Cuius uerba quoniam fortasse alicui obscuriora videbuntur, planius explicemus posito exemplo: Abiete, post vocalem A, I vocalis subiecta siue postposita est consonanti B, & habet consequentem vocalem nimirum E breuem: quoniam igitur in Abiete A prima syllaba corripitur, resecamus secundam syllabam nempe Bi, per medium, & præcedentem consonantem hoc est B, damus primæ vocali A, vt fiat syllaba Ab: ipsam vero uocalem I loco consonantis defigimus, reuocamusq; ad tertiam vocalem E, ut sint hoc modo distributæ syllabæ, Ab, ie, te, sic Ten vis, Gen va, atque cætera eodem modo. Plura huiusgeneris reperias apud alios poetas.

Sil. lib. 1. Genua labant, fessiq; humeri gestamina laxant.

Idem lib. 6. Cætera sinuatis glomerant sub pectore gyris.

Idem

Idem lib.7. Ducit sinuato captiuum ad littora lino.
Macrobius lib.5.cap 14.ait versus, qui in principio habent breues pro longis appellari ἀκεφάλους *acephalos quasi sine capite, nam Heroici à longis incipiunt: huius generis sunt aliquot apud Virgilium. Georg. 4.*

Parietibusq; premunt artis: & quatuor addunt

Idem Aen.5. Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq; &c.
Idem Aen.12. Arietat importas, & duros obice postes.

ἀκέφαλοι inquit, Arietat in portas. Parietibus textum cæcis iter, & similia. autem qui in medio versu breues syllabas pro longis habent --- & auros obice postes, & Consilium ipse pater, & magna incepta Latinus. λαγαροὶ *Idem docet Diomedes lib.3.& Athenæus lib.14. Addit prgterea idem Athenæus* μειούρους *Miuros qui in fine habent breuem pro longa, vbi Homeri testimonia inuenies. Quæ cum ita sint, Machrobius à Probo dissentit, cum primas breues esse in Arietat, Parietibus, & similibus doceat. In illo Virgilij Eclog.3.*

Tityre pascentes à flumine reice capellas, Aut I Vocalis in consonantem migrat, aut e & i, in syllabam coalescunt, vt aureis, ærei, ferrei, & cætera id genus, de quibus in Episynalephe. Quid si illud eiusdem Georg.1. Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omnes, huc etiam spectat, vt Fluuio sit spondeus, I, vocali in consonantem versa.

DE CAESVRA



SI pedes, maximè versus Heroici è singulis verbis constent ineptum, & insulsum fit carmen, vt

Aurea scribis carmina Iuli Massime vatum.

Contra si verba conciduntur, ita vt mutuo amplexu pedes alij ex alijs pendeant, pulcherrimus efficitur versus:

Virg. Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; mouebunt,
Idem, Non ignara mali miseris succurrere disco. *Aen.1.*
Idem, Iustitiaq; dedit gentes frænare superbas. *Ibidem.*
Idem, Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu. *Ibidem.*

Syllaba, quæ ex dictione cæditur, ac post quemuis pedem relinquitur vulgò cæsura dicitur: cuius tanta est vis, vt eius beneficio breuis syllaba producatur: est enim quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus, nam dum moramur, atque ad alias transimus interuallum vnum spaciumque lucratur. *Aen.6.*

Virg. Pectoribus inhians spirantia consulit exta.
Idem, Emicat Euryalus & munere victor amici. *Aen.5.*
Idem, Vna eademque via sanguis, animusq; sequuntur, *Aen.10.*

Idem

Ibidem. Idem, Graius homo infectos linquens profugus Hymenæos.
Vides, vt syllabæ natura breues post primum, secundum, tertium, & quartum pedem producantur? id beneficium cæsuræ acceptum referunt.

APPENDIX.

Thyest. Anapæstici versus optimi putantur, si pedes singuli è singulis
Ibidem. fiant verbis.
Ibidem. Seneca, Tertia misit buccina signum.
Idem, Nondum seræ nuncius horæ.
Ibidem. Idem, Curuo breuius limite currens.
Qui tamen perpauci sunt, si cum alijs conferantur,
Idem, Pectora longis hebetata malis
Iam sollicitas ponite curas:
Fugiat mœror, fugiatq; pauor.

Ne te illud prætereat Anapæsticum versum nonnunquam pedem anapæstum habere nullum.

De Penthemimeri, Hephthemimeri, &c.

Veteres grammatici versum Heroicum in quatuor partes secant, quas sectiones, siue cæsuras appellant, Penthemimerim, Trochaicam, Hephthemimerim Bucolicam, siue Tetrapodiam.
Penthemimeris Latine semiquinaria constat ex duobus pedibus, & syllaba quæ dictionem claudat, vt
Aen.8. Virg. Vt belli signum
Aen.10. Idem, Panditur interea
Aen.12. Idem, Turnus vt infractos
Trochaica post duos pedes habet duas syllabas longam, & breuem, siue trochæum, qui dictionem terminet, vt
Ecgl.4. Virg. Non omnes arbusta.
Aen.2. Idem, Infandum Regina
Aen.12. Idem, Excutiens ceruice
Hephthemimeris Latinè semiseptenaria continet tres pedes, & syllabam, quæ dictionem finiat,
1 Aen.1. Virg. Talibus Ilioneus: cuncti
Ibidem. Idem Multa super Priamo rogitans
Ibidem. Idem, Terram inter fluctus aperit
Bucolica, seu Tretapodita fit, si semiseptinariæ duas breues adiunxeris, vt Talibus Ilioneus, cuncti simul,
& Multa super Priamo rogitans super

&

&c terram inter fluctus aperit:furit

Hanc tamen postremam aiunt propriam esse Bucolici carminis, qua Theocritus plurimum est usus.

APPENDIX.

Versus,qui Heroico nomine digni censentur, modo cęsuram vnam habent. Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.
Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos.

Omnes solam semiquinariam habent; Modo duas,vt

Non omnes arbusta iuuant,humilesque myricæ.
Infandum Regina iubes renouare dolorem.
Excutiens ceruice toros,fixumque latronis.&c.

Omnes Trochaica,& semiseptenaria constant: Modo tres, vt

Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant.
Multa super Priamo rogitans,super Hectore multa.
Terram inter fluctus aperit: furit æstus arenis.

Omnes,& semiquinariam,& semiseptenariā, & bucolicam habent.

Cæsura, si more veterum loquamur, nō est syllaba, quę post pedes superest, sed pars carminis simul cum syllaba, aut syllabis quæ dictionem finiant. Itaque Penthemimeris non significat syllabam, quæ post duos pedes relinquitur, sed duos pedes simul cum syllaba: quod Quintilianus libro 9. cap. 4. apertissimè docet. Et quod, inquit, duobus pedibus & parte πενθημιμερὲς *à Græcis dicitur. Et Grammatici cum dicunt versum aliquem constare Penthemimeri Heroica, duos pedes, & partem intelligunt. Additur à nonnullis recentioribus* τριημιμερὲς: *Triemimeris, quę pedem vnum & syllabam habet, vt Multa super. Item* ἐννεαημιμερὲς *Enneamimeris, quæ quatuor pedibus, & syllaba constat. Virg. Æn. 10.*

Graius homo infectos liquens profugus.

Sed à veteribus nulla de his, nisi me fallit memoria, fit mentio. Quod ad vocabulorum rationem attinet, πενθημιμερὲς *Penthemimeris à* πέντε *quinque & ἥμισυ quod in compositione* ἡμι *dicitur hoc est, semis, &* μέρος*, quod partem significat, sic enim video plerosque vltimam scribentes. sunt qui malint per* η. *Semiquinaria vocatur, inquit, Diomedes lib. 3. quia pedes diuidit, habet enim duos pedes, & semipedem, qui sunt dimidium quinque. ἑφθημιμερὲς Hephthimimeris ab* ἑπτὰ*, hoc est, septem, & ceteris particulis dicitur, semiseptenaria, diuidit enim septem. Sunt qui hos numeros malint ad Arsin, & Thesin, hoc est sublationem, & positionem pedum referre. Vnusquisq; enim pes sublationē, & positionē habet. Nā vt animantes ingrediētes vicissim pedes & attollunt, & deponunt, ita metiēdis versibus altera*

pars

pars pedis attollitur, altera deprimitur, quæ attollitur Græcè ἄρσις. Latinè sublatio, quã deponitur θέσις, hoc est positio vocatur. cum igitur pes in duo diuiditur Arsin nimirum, & Thesin: duo pedes, & semipes quinque partes, siue semipedes efficiunt. Quarta cæsura τετραποδία terapedia à Diomede eodẽ libro appellatur, quod quatuor pedes contineat. βουκολική Bucolice, seu Bucolica, quod Theocritus, inquit idem, autor carminis Bucolici hac plurimum esse vsus credatur, Vtitur quidem Theocritus ea frequẽtissimè, vt eius scripta docent; sæpe tamen dactylus ex integra dictione constat: reperitur eodem loco spondeus, sed rarius. Priscianus lib. 1. Exercitationum tres tantum cæsuras admittit, Commuta, inquit sunt tria Trochaica Semiquinaria, & Semiseptaria, quarta enim Bucolica magis passio est, sicut semipes, & quarta trochaica, & quæ inueniuntur per singulos pedes Cæsuræ vero cursum, et rhythmum leniorem solent perficere, & necesse est uel vnam, vel duas cæsuras in versu inueniri, nam tres rarissime possunt inueniri in eodem versu. Lege si vacat. Sed vtcunque sit, certè Virgilius vehementer hac cęsura delectatur, nulla enim ferè est pagina in qua non reperiatur semel interdum ter, & quater, quinquies, idque in Aeneide.

Iam cœlum, terramque meo sine numine venti.
Detrudunt naues scoplo: leuat ipse tridenti.
Iamque faces, & saxa volant: furor ama ministrat.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam.
Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto.

Hæc omnia in pagina vna Aeneidos: addunt quidem Trochaicam quartam, cum quarto loco est trochæus partem orationis terminans, cuius exemplum affert Terentianus:

Quæ pax longa remiserat arma, nouare parabant:

quæ cum rarissimè reperiatur, à multis negliglitur. Nonnulli eodem loco spondeum collocant, qui orationis partem terminet, vt

Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.

Hac non raro vtitur Virg. lib. 8.

Vt belli signum, Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu.

Diomedes, cui quatuor cesuræ, quas amplexi sumus placent, meminit etiam harum, vbi de Bucolica egit. Sunt inquit, qui quartum trochæum in hac cæsura collocant, vt est,

Quæ pax longa remiserat arma, nouare parabant,

Alij vero spondeum, vt est,

Inde toro pater. Aeneas sic orsus ab alto.

Sed hæc hactenus.

DE VERBIS POETICIS.

VErborum licentia liberiores multo sunt poetæ, quàm oratores, quibus assidue, accurateque legendis, non solum verba

sed

ſed etiam cætera ornamenta ij, qui poeticæ ſtudio tenentur, diligentiſſimè ſunt obſeruanda.

DE PATRONYMICIS NOMINIBVS.

PRropria eorum ſunt, quæ à Grammaticis patronymica vocantur, quòd à patrum, maiorumq; nominibus facta filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, aut ex poſteris aliquem ſignificent. Hæc ferè à Græcis nominibus fiunt, atq; vel in Des, vel As, vel Is, vel Ne exeunt, quorum prima maſculina ſunt, & primæ declinationis, vt Pelides, Achilles Pelei filius:

Ouid. Pelides, vtinam vitaſſet Apollinis arcus. *In Epiſt.*

Aeacides, Achilles Aeaci nepos:

Virg. Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector, vbi ingens Sarpedon. *Aen.1.*

Aeacides, Pyrrhus pronepos Aeaci:

Idem, Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, ſceptriſq; potitum. *Aen.3.*

Aeacides, Pyrrhus Epirotarum rex ab Aeaco originem trahens.

Idem. Eruet ille Argos, Agamemnoniaſq; Mycenas, *Aen.6.*
Ipſumq; Aeacidem genus armi potentis Achill„.

Cætera fœminina ſunt, & declinationis tertiæ, exceptis vltimis, quæ ſecundæ ſunt Grecorum, vt Theſtias, Althæa Theſtij filia.

Ouid. Theſtias aut aliter dubijs affectibus errat. *Met.8.*

Thaumantias, Iris Thaumantis filia.

Virg. Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt. *Aen.9.*

Aeolis, Alcyone Aeoli filia.

Ouid. Aeolis interea tantorum ignora malorum. *Met. 11.*

Atlantis Atlantidis, Electra Atlantis filia.

Virg. Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & autor *Aen.8.*
Electra vt Graij perhibent, Atlantide cretus.

Nerine Nerines, Galatea filia Nerei.

Idem. Nerine Galatea, &c. *Eclog. 7.*

APPENDIX I.

PAtronymica non ſolum à patribus, auis, proauis, abauis, atauis, tritauis, alijſq; maioribus deducuntur, ſed etiam à matribus vt Iliades, Romulus ab Ilia: Philyrides, Chiron Centaurus à Philyra: Latois, idis, vel idos, Diana, à λητῶ, hoc eſt Latona.

Ouid. Inuadunt, portaſq; petunt, quas obijce firmo *Met.14.*
Clauſerat Iliades.

Idem. Philyrides puerum cithara perecit Achillem.

Idem. Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras. *Met.7.*

Item à fratribus, vt Phoronis, Io, seu Isis Phoronei soror. Phaetontias, soror Phaetontis.

Met. 1. Idem. Nec superum rector mala tāta Phoronidos vltrà Ferre pōt.

Eclog. 6. Virg. Tum Phaetontiadas musco circundat amaræ Corticis.

A Regibus præterea, & conditoribus, vt Romulidæ, Romani à Romulo: Dardanidæ, Troiani à Dardano: Aeneade ab Aenea. Cecropidæ, Athenienses à Cecrope: ijdem Thesidæ à Theseo.

Saty. 1. Persius, --- inter pocula quærunt
Romulidæ saturi, quid dia poemata narrent.

Aen. 5. Virg. Dardanidæ magni, genus alto à sanguine Diuum.

Aen. 3. Idem. Aeneadasq; meo nomen de nomine fingo.

Met. 7. Ouid. Phocus in interius spatium, pulchrosq; recessus
Cecropidas duxit.

Georg. 2. Virg. Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum
Thæsidæ posuere.

APPENDIX. II.

MVlta à regionibus, vrbibus, montibus, fontibus, fluuiis, alijsq; rebus fiunt, quæ formam quidem patronymicam habent; re autem vera gentilia sunt, aut pro possessiuis, adiectiuisque nominibus ponuntur, vt Asis, Libystis, Italis, Ausonis, Sarmatis, Colchis, Scitonis, Thessalis, Sicelis, Sidonis, Ilias, Troas, Erymantis, Mænalis, Pireis, Tritonis, Pegasis, Phasis, Phœbas.

Met. 9. Ouid. --- celeriq; carina
Aegeas metiris aquas, & in Aside terra Mœnia constituis.

lib. 7. Sil. Ad quem Cymodoce Nymphatum maxima natu
Italidum.

Aen. 5. Virg. --- occurrit Acestes
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ.

Fast. 2. Ouid. Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes:
Captaq; erat lyricis Ausonis ora sonis.

Trist. 1. Idem. Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

In Epist. Idem. Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates.

Aen. 1. Virg. Interea ad templum non æquę Palladis ibant
Crinibus Iliades passis.

Met. 13. Ouid. Troades exclamant: obmutuit ille dolore.

Trist. 3. Idem. Cumque truci Borea Mænalis vrsa videt.

In epist. Idem. Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima syluis.

Fast. 2. Idem. Vectam frænatis per inanes draconibus Aegeus
Credulus immerita Phasida fouit ope.

Lucan. Limine terrifico metuens consistere Phœbas.

Patronymica masculina quo pacto formentur.

Præceptum I.

NOmina A. finita assumunt Des syllabam, vt Ilia Iliades.
As terminata assumunt De, syllabam ante s, vt Aeneas, Aeneades, Pheretias, Pheretiades.

Ouid. Cumque Pheretiade, & Hyanthæo Iolao.

Exceptio.

A Finita aliquando ipsum A mutant in I, vt Philyra. Philyrides. *Metam.*
As terminata interdum I, ante A, assumunt, vt Amyntas Amyntiades, Philippus Amyntæ filius.

Ouid. Aut vt Amyntiadem &c. *In Ibin.*

Aen..des, Iulus Aeneę filius fit à Græco αἰνείας Aeneas sublato A Aen..des, Aen..des.

Virg. Atque his ardentem dictis affatur Iulum. *Aen.9.*
Sit satis Aen..de, telis impunè Numanum Oppetijsse tuis.

Præceptum II.

ES finita mutant Es in Ades, vt Hippotes, Hippotades, Aeolus Hippotæ filius.

Ouid. Clauserat Hippotades æterno carcere ventos. *Met.4.*

Exceptio.

HAec sæpe I ante A admittunt, vt Anchises Anchisiades, Laertes Laertiades.

Virg. Aeneas Anchisiades, & fidus Achates. *Aen.8.*
Ouid. Saxa moues gemitu, Laertiadæque precaris. *Met. 13.*

Præceptum III.

NOmina secundæ declinationis Vs finita, in genitiuo assumunt Des syllabam penultimam breui, Aeacus Aeaci, Aeacides: sic Priamides, Aeolides, Tantalides, à Priamo, Aeolo, Tantalo.

Virg. Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter. *Aen. 6.*
Ouid. Priamidenque Helenum rapta cum Pallade captum. *Met. 13.*
Idem. Tantalides tu sis, tu Tereique puer. *In ibin.*

Exceptio I.

NOnnulla penultimam habent longam, vt Belides, Lycurgides: Amphiaraides.

Virg. —si forte tuas peruenit ad aures *Aen 2.*

Belidæ nomen Palamedis.--

In Ibin. Ouid. Quique Lycurgiden laceravit ab arbore natum,

Fast.2. Idem. Amphiaraides Naupacteo Acheloo
Solue nefas dixit, soluit & ille nefas.

Exceptio II.

QVæ à nominibus secundæ declinationis fiunt, interdum etiam ante Des syllabam, A, literam recipiunt, maximè quæ in Ius exuunt, ut Battus Battiades, Asopus Asopiades: Menœtius Menœtiades, Thestius, Thestiades, Nauplius Naupliades, hæc in Ius posterius I genitiui mutant in A Thestij Thestiades.

In Ibin. Ouid. Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,
Hoc ego deuoueo teque, tuosque, modo.

Met.7. Idem. Huic Asopiades petis irrita, dixit, & vrbi.

In epist. Idem. Siue Menœtiaden falsis cecidisse sub armis.

Met.8. Idem. —ne titulos intercipe fœmina nostros,
Thestiadæ clamant.

Met. 13. Idem. Sed neque Naupliades facinus defendere tantum

Iapetionides ab Iapeto pro Iapetides longius à norma recessit.

Met. 4. Ouid. Hic hominum cunctis ingenti corpore præstans,
Iapetionides Atlas fuit.

Præceptum IV.

GEnitiuus nominum in EVS assumit Des syllabam penultima longa: E enim, & I vocales in I longum, vel ei diphthongum contrahuntur: vel ει more Græcorum, ut à multis scribitur: vt Atreus, Atrei, Atrides, sed Atreides: sic Pelides, Alcides, Achilleides Thesides, Ty dides, & sexcenta alia.

Ouid. Conuocat Atrides socios terrore pauentes.

Met. 13. Virg. Te precor Alcide cœptis ingentibus.--

Æn.10. Ouid. Pyrrus Achilleides animosus imagine patris.

In epist.

APPENDIX.

HAec rarius A ante Des syllabam habent,

Æn.2. Virg. Panthus Otriades arcis, Phœbique sacerdos.

Met.

Præceptum V.

SI nomina sint tertiæ declinationis, patronymica fiunt à datiuo addita Des syllaba, vt Agenor, Agenrois, Agenori, Agenorides Cadmus filius Agenoris: Testorides, Calchas filius Testoris: Actorides Patroclus nepos Actoris: Aesonides Iason filius Aesonis.

Ouid. Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum.

Idem

Idem — at veri prouidus augur Met. 12.
Thestorides, Vincemus ait.
Idem, Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis. Met. 13.
Troas ab arsuris cum defensore carinis.
Valer. Flac. Aduolat Aesonides, mortemq; cadentis aceruat. Lib. 6.

Exceptio.

NOmina As finita, quorum genitiuus exit in Antis, A literam ante Des, syllabam petunt, vt Abas, Abantis, Abanti, Abantiades: sic Atlantiades, Pæantiades, Athamantiades, Dryantiades, & alia id genus.

Ouid. Victor Atlantiades patrios cum coniuge muros Intrat. Met. 5.
Idem, Venit Atlantiades positis caducifer alis. Met. 8.

Eodem ferè modo formantur, quę à nominibus in On fiunt, Telamon, Telamonis, Telamoni, Telamoniades? Amphitryoniades, Laomedontiades. A Scipione tamen non Scipioniades, sed Scipiades imminuto verbo nascitur.

Ouid. Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam
Audet. Met. 13.
Virg. Interea cum iam stabulis seruata moueret
Amphitryoniades armenta. Aen. 8.
Idem, Laomedontiaden Priamum Salamina petentem.
— Decios, Marios, magnosq; Camillos
Scipiadas duros bello, & te maxime Cęsar. Ibidem. Georg. 2.
Sil, Heu nunc Gracchi? aut vbi sunt nunc fulmina gentis
Scipiadæ? Lib. 7.

Patronymica fœminina vnde formentur.
Præceptum I.

PAtronymica fœminea, quæ in As, & Is, exeunt, fiunt à masculinis De, syllaba sublata, vt Thestiades, Thestias Thestiadis; Aeetiades, Aeetias; Thaumantiades, Thaumantias: Phaetontiades, Phaetontias: Aeolides, Aeolis, Aeolidis: Tantalides, Tantalis: Oebalides, Oebalis: Latoides, Latois: Dardanides, Dardanis, idis, Cecropides, Cecropis: Belides, Belis, idis. Multa præterea sunt, quæ passim apud poetas leguntur.

Ouid. --- rapido fallax Aetias igni
Imponit purum laticem. Met. 7.
Idem, Talibus Aeolidis dictis lacrymisq; mouetur. Met 11.
Idem, Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero. In Epist.

Met.4. Idem, Assiduè repetunt, quas perdunt Belides vndas.

APPENDIX. I.

QVædam tum in As, tum in Is exeunt, vt Aeetias, & Aeetis: Atlantias, & Atlantis.

Lib.7. Val.Flac. nec me Aeetis, quin audiat opto.
Lib.6. Idem, ingens Aeetida perculit horror.
Georg.1. Virg. Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur.
Lib.16. Sil. Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora sororum.

APPENDIX. II.

FOeminina quæ à masculinis fiunt penultima longa in Eis desinũt soluta diphthongo, atq; E, breui in longum verso, vt Aeneides, Aeneis Aeneidos; Achilleides, Achilleis, Achilleidos: Theseides, Theseis, Theseidos

Trist. 2. Ouid. Et tamen ille tuæ felix Aeneidos autor.
Theb.12 Stat. Viue precor: nec tu diuinam Aeneida tenta.
Saty.1. Iuuenal. Semper ego auditor tantùm? nunquam ne reponam.
Vexatus toties rauci Theseide Codri?

Exceptio.

Nonnunquam penultima manet breuis.

De Pont. 3. Ouid. Res quoque tanta fuit, quantæ subsistere summe
Aeneidos vati grande fuisset opus.

Præceptum II.

NE, finita à genitiuo fiunt addita Ne, syllaba penultima longa, vt Neptunus, Neptuni, Neptunine: sic Adrastine, Nerine, à genitiuis Adrasti, Nerei, E, & I mutatis in I longũ. Quod si primigenium I ante O, habeat, mutabitur Os, in One, penultima producta, vt Acrisios ἀκρίσιων Acrisione, Danae Acrisij filia.

Argon. Catul. Tene Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

APPENDIX.

Meta.5. A Muliebri Acrisione finxit Ouidius virile Acrisoniades,
Vertit in hunc harpen madefactam cæde Medusæ
Acrisioniades, adigitq; in pectus, at ille &c.

Oratores raro patronymicis vtuntur. Cic. Offi. 1. Regalis sanè, & digna Aeacidarum genere sententia. Phasis Cholcorum fluuius est, unde poetæ Phasida Medeã vocant. Phœbas Phœbades, fatidica, fatiloqua Phœbi sacerdos. Pelides etiam Peliades interiecta vocali A, à Græcis dicitur πηλειάδης, unde Pelias Patronymicum fœmineum πηλιάς ex diphthongo reiecto.

Ouid. in Epist. Transeat Hectoreum Pelias hasta latus.

vbi

vbi patronymicum pro possessiuo positum est, Pelias hasta, hoc est, Achillea. Paeantiadem inuenies apud Ouidium Meta. 13. Athamantiadem, & Dryantiadem apud eũdem in Ibin. Latois Diana à Latoides fit, Latoides uerò λητὼ, hoc est Latona, τῆς λητοῦς. Os uersa in ίδης more Graecorum λητοΐδης. vel more Latinorum à datiuo λητοῖ adiecta δης syllaba. Patronymica Ne, syllaba finita, quae ait Priscianus li. 2. propria esse Ionum, rara sunt. Adrastinen, & Acrisionem nondum apud Latinos poetas, quod meminerim, legi.

De Metaplasmo.

PRoprium itidem poetarum est verbis, quibus oratores vtuntur, aliquid interdum addere, vel detrahere, nonnunquam literas alias alijs permutare: aliquando è proprio loco in alienum transferre: quod quidem cum in soluta oratione vitium sit, Barbarismusq; nominetur; in carmine tamen non Barbarismus, sed Metaplasmus appellatur; datur enim venia poetis, quia plerunque coguntur metro seruire. Metaplasmus vero dicitur, quod vetus verborum forma, necessitate metri, vel ornandi poematis causa, à poetis in nouam figuram, faciemq; sermonis mutetur.

Prothesis πρόσθεσις

LItera, vel syllaba principio dictionis addita, vocatur Prothesis, vt Gnatus, pro natus: Tetulissem: pro tulissem.

Terent. Eo pacto, & gnati vitam, & consilium meum *Andr.*
Cognosces.

Idem, Nam pol, si id scissem, nunquam huc tetulissem pedem. *Ibidem.*

Epenthesis ἐπένθεσις

EPentesis est, cum medio dictionis litera, aut syllaba interijcit, vt Relliquias pro reliquias: Mauors pro Mars: nauita pro nauta.

Virg. Troas relliquias Danaum, atq; immitis Achilli. *Aen. 2.*
Idem, Fecerat & viridi fœtam mauortis in antro *Aen. 8.*
Procubuisse lupam.

Ouid. Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita puppim. *Fast. 2.*

Paragoge παραγωγὴ, seu proparalepsis προπαράληψις

PAragoge, seu Proparalepsis dicitur, cum extremae syllabae aliquid adiungitur, vt Deludier pro deludi: Admittier pro admitti.

Terent. Vbiuis faciliùs passus sim, quàm in hac re me deludier. *Andr.*
Virg. --- tum Nisus & vnà *Aen. 9.*
Euryalus confestim alacres admittier orant.

Aphaeresis ἀφαίρεσις

Litera, vel syllaba principio dictionis subtracta Aphaeresis appellatur, vt Ruo, pro eruo: Temno, pro contemno.

Aen. 13. Virg. --dabit ille ruinas
Arboribus, stragemq; satis, ruet omnia latè.

Syncope συγκοπή

Syncope literam, vel syllabam è medio dictionis subtrahit, vt Gubernaclo, pro gubernaculo: periclis, pro periculis: vixet, pro vixisset, extinxem, pro extinxissem.

Aen. 5. Virg. Cumque gubernaclo liquidas proiecit in vndas
Præcipitem.
Aen. 2. Idem --hic me pater optime fessum
Deseris, heu tantis nequicquam erepte periclis,
Aen. 1. Idem. Vixet cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset.
Aen. 4. Idem, --gnatumque, patremque
Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

Apocope ἀποκοπή

¶ Apocope fini dictionis aliquid detrahit; vt Tuguri pro tugurij: Oti, pro otij.

Aen. 1. Virg. Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.
Georg. Idem, Illo Vigilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oti.

Antithesis ἀντίθεσις

¶ Antithesis est literæ commutatio, vt Olli, pro illi.

Aen. 3. Virg. Olli cęruleus supra caput astitit imber.

Metathesis μετάθεσις

¶ Metathesis est literarum ordo immutatus, vt Thymbre, pro Thymber.

Aen. 10. Virg. Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.

Nisi quis putet nominandi casu tum Thymber, tum Tymbrus dici, vt Euander, & Euandrus.

APPENDIX.

Sinalœphe, Episynalœphe, Diæresis, Ecthlipsis, Systole, Diastole sunt etiam Metaplasmi species, de quibus supra egimus.

Probus de Metaplasmo Inst. Art. agit: Diomedes li. 2. eiusdē meminit. Quintil. lib. 1. c. 8. Cū inquit, Grāmatices amor, & usus lectionis, nō scholarū temporibus sed uitæ spatio terminentur, in prelegendo Grammaticus, & illa quidem minora præstare debebit, ut partes orationis reddi sibi soluto uersu desideret, & pedum proprietates: quæ adeo debent esse notæ in carminibus, ut etiam in oratoria compositione desiderentur: deprehendantque, quæ barbara, quę impropria, quæ contra legem loquendi composita. non ut ex his utique improbentur poetæ (quibus, quia plerunque metro seruire coguntur, adeo ignoscitur, ut uitia ipsa alijs in carmine appellationibus

tionibus nominentur: μεταπλασμοί, σχηματισμοί & schemata, ut dixi uocamus, & laudem uirtutis necessitati damus) sed ut cõmoneat artificialium, & memoria agitet. Probus Proparalepsim uocat, quã Donatus Paragogẽ, Diomedes ait esse nescio quid discriminis, ut Videtur, necessarij inter utranque figuram. Probus & Diomedes carmine Virgilij probant literarum ordinem immutatum: apud quem paulo antè Thymber recto casu legitur,

Daucia, Laride, Thymberq́, simillima proles.

DE PROSODIA.

Ræci πϱοσῳδίας Latini accentus, tenores, & interdum tonos vocant.

Accentus rector est, ac moderator pronũtiationis: eo enim vel attollit, vel deijcitur vox, vel partim attollitur, partim deijcitur. Vnde ipsum nõ immeritò quidam vocis aĩam appellarunt.

Accentus tres.

TRes sunt tenores, Acutus, Grauis, Circunflexus. Acuto attollitur syllaba, graui deprimitur, vt Populus, antepenultima acuitur, penultima verò & ultima deprimuntur, gradatimq́; descendũt. Acuti notã è sinistra in dextram obliquè ascendit: Grauis à summo in dextram obliquè descendit. Accentu Circunflexo partim attollitur, partim deijcitur syllaba, vt Romanus: eius nota ex acuto & graui cõstat: sonus hodie incertus est: si quidem Latinæ linguæ hospites, veterisque pronunciationis ignari eodem penitus sono tum acutas, tũ flexas voces efferimus.

Acutus in penultima, vel antepenultima locum habet: Circunflexus in penultima tantum: Grauis vbi vterque abest.

Præceptum I.

NVllius verbi Latini vltima syllaba, autore Quintiliano, aut acuitur, aut circunflectitur. Quare Palam, vna, alias, & cætera id genus aduerbia, prima acuta sunt pronuntianda. Nec te moueat, quòd *Lib. 1. c.*
vltimæ à typographis graui accentu notentur, id enim tantum fit, *3. & 12.*
vt aduerbia esse intelligas. *c. 10*

Præceptum II.

DIctio vnius syllabæ natura breuis, aut positione solum longa acuitur, vt at, ast, fax dux.

Præceptum III.

DIctio vnius syllaba natura longa, aut positione simul, & natura, flectitur, vt Mos, ros, lux.

Præ-

Præceptum IV.

IN diſſyllabis prior natura longa, aut poſitione ſim ul & natura, fle ctitur, dum modo poſterior ſit breuis, vt Cæcus audit, æſtus mœſtus, matris, fratris. Alioquin acuitur, vt Aeſtas, arma, furor.

Præceptum V.

IN polyſyllabis ſemper obſeruanda eſt penultima, quæ flectitur ſi longa fuerit natura, aut natura ſimul & poſitione, dummodo vltima ſit breuis: vt amicus, affligit, aratrum, palæſtra, anapæſtus. Alioquin acuitur, vt Romanos, victores, Marcellus.

Præceptum VI.

IN polyſyllabis ſemper acuitur antepenultima, ſi penultima ſit breuis, vt Dominus, Areopagus.

De præpoſitionum tono.

Quin. li. j. cap. 5. PRæpoſitiones ſuis caſibus præpoſitæ vno, eodemq; tenore ſimul cum ipſis efferuntur, ac ſi vna tantum eſſet vox, vt Per forum, ab eò, àd Deum, præter morem, contrà fœdus. Vides vt præpoſitiones graui tono pronuntientur?

DE GRAECIS VERBIS.



VErba planè græca Græco accentu pronuntiátur, ut παραλειπόμενον Paralipomenon penultima acuta λιθόστρωτος Lithoſtrotos acuta antepenultima. κύριε Kyrie eadẽ acuta. ἐλέησον Eleiſon verbũ eſt quatuor ſyllabarum, cuius non vltima, ſed antepenultima acuitur.

APPENDIX.

IN Græca lectione, ſi duæ vocales concurrunt, ne in carmine quidem eliditur prior, niſi in ipſis libris antè extrita per apoſtrophon fuerit. Quare cum κύριε ἐλέησον ſeptem ſyllabis conſtet, totidemque vocalibus ſaluis, & integris ſcribatur, nulla prorſus eſt omittenda.

De Hebræis vocibus.

QVæ Hebræa omnino ſunt, neque Latinitate donata, Hebræo tono pronuntiantur, vt Ame'n, Cherubi'm, Seraphi'm, quæ acuta extrema, vt pleraque alia, efferuntur.

Exceptio.

ABel, Ca'in, La'mech, No'e, Abiga'il, Ba'il, E'dem, Ephra'tha, Ephra'im

phra'im

phra'im, go'mor, Isbo'seth, pha'se, Siho'leth, & quæ in Ezer, sedec, melec, ai exeunt, vt Elie'zer. Melchise'dec, Abime'lec, Sara'i, Sina'i, Abisa'i, penultima acuta pronuntiantur. Alia præterea sunt huius classis, quæ consultò prætermitto.

APPENDIX.

QVæ à Græcis, & Hebræis ad Latinos defecerunt, Latinorum norma metiēda sunt, vt Idolum media flexa cum à Græcis εἴδωλον, Idolon antepenultima acuta pronuntietur.

Sa'ra à Latinis priore acuta effertur, quia declinatur vt Musa, cũ ab Hebręis Sa'ra posterior acuatur. Sed hæc hactenus.

ACcentus varie à ueteribus appellantur. Quint. lib. 1. cap. 5. Ubi de Barbarismo agit, Adhuc inquit, difficilior obseruatio est per Tenores, quos quidem ab antiquis dictos tonores comperi, ut uidelicet declinato à Gręcis uerbo, qui τόνους dicunt, uel accentus, quos Græci προσῳδίας vocant &c. P. Nigidius Ciceronis æqualis accentum Voculationem nominat: Tenorem vero Tonum more Græcorum. Gellius lib. 13. cap. 24. P. Nigidij uerba sunt ex Commentariorum grammaticorum XXIII. hominis in disciplinis doctrinarum omnium præcellentis, Deinde, inquit, uoculatio qui poterit seruari si non sciemus in nominibus, vt Valeri, utrum interrogandi, an uocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est, quàm prima, deinde nouissima deijcitur. At in casu uocandi summo tono est prima, deinde gradatim descendunt. Sic quidem Nigidius dici præcipit. Sed si quis nunc Valeriũ appellans, in casu uocandi secundum id præceptum Nigidij acuerit primam, non aberit, quin rideatur. Summum autem tonum προσῳδίαν acutam dicit: & quem Accentum nos dicimus, Voculationem appellat. Hactenus Gellius. Idem in eodem cap. 6. Quas Gręci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum uoculationes appellabant. Diomed. lib. 2. Accentus dicitur ab accinendo, quod sit quasi quidam cuiusq; syllabæ cantus: apud Græcos ideo προσῳδία dicitur, quòd προσᾴδεται ταῖς συλλαβαῖς. Idem ibidem, Accentus quidam fastigia uocauerunt, quòd capitibus literarum apponerentur: alij tenores uel tonos appellant, nonnulli acumina definire voluerunt. Sũt uero tres, Acutus, Grauis, & qui ex his duobus factus est, Circunflexus. Ex his acutus in correptis semper, interdum productis syllabis versatur: inflexus in his, quę producuntur. Grauis autẽ per se nunquam consistere in ullo uerbo potest, sed in his in quibus inflexus est, aut acutus, cęteras syllabas obtinet. Ibidem, Vt nulla uox sine uocali, ita sine accẽtu nulla est & accentus, ut quidam rectè putauerunt, uelut anima uocis. Idẽ Diomedes modo inflexũ, modo circunflexũ accentũ uocat, & syllabas modo flecti, modo inflecti, modo circunflecti. Gellius lib. 4. c. 7. uerbo circunflectendi, & aduerbio circunflexere utitur: Valerius, inquit, Probus Grammaticus

inter suam ætatem præstanti scientia fuit. Is Annibalem & Asdrubalem, et Hamilcarem ita pronuntiabat, vt penultimã circunflecteret, vt testis est epistola eius scripta ad Marcellum: in qua Plautũ, & Enniũ, multosq; alios veteres eo modo pronuntiasse affirmat: solius tamẽ Ennij versum vnũ ponit, ex libro qui Scipio inscribitur. Eũ verso quadrato numero factũ subiecimus, in quo nisi tertia syllaba de Annibalis nomine circunflexe reponatur, numerus claudus est; Versus Ennij, quẽ dixi, ita est, Qui propter Annibalis copias cõsiderãt. Probus Inst. Art. eodem verbo vsus est de Ergo, cũ pro causa ponitur, agens: Hęc sanè sola coniunctio cõtra rationẽ Latinitatis vltimã syllabã circunflectit. Quintilianus simplex verbũ Flectẽdi, participiũq; Flexus crebro vsurpat cũ de tenoribus agit, qui lib. 1. c. 5. apertissimè docet nullius verbi Latini vltimã syllabã acutã, aut flexã esse. Est aũt, inquit, in oĩ voce vtiq; acuta; sed nunquã plus vna, nec vltima vnquã: ideo inq; dissyllabis prior. Præterea nunq̃ in eadẽ flexa, & acuta, quia eadẽ flexa ex acuto: itaq; neutra claudet vocem Latinam. Ea vero, quæ sunt syllabæ vnius, erũt acuta, aut flexa, ne sit aliqua vox sine acuta. Idem lib. 12. c. 10. Sed accentus quoque cum rigore quodam, tum similitudine ipsa minus suaues, habemus, quia vltima syllaba nec acuta vnquam excitatur, nec flexa circũducitur, sed in grauem, vel duas graues cadit semper. Ex his Fabij locis luce meridiana clarius est, nullum esse verbum Latinum sine acuto, aut flexo tenore, vt vocant prædominante. Quod vero q̃dam aiunt grauem tonum etiam in verbis dominari, vt Fax, neq; syllabicum solum esse, seu syllabæ accentum, sed etiam dictionis, apertissime contra Quintilianum faciunt: mitto Grammaticorum Coryphæum Diomedem, qui hanc ipsam uocem acutã esse affirmat li. 2. Omnis, inquit, uox monosyllaba aliquid significans, si breuis est, acuetur, ut mel, fel. Et si positione longa fuerit, acutum scilicet tenorẽ habebit, ut ars, pars, pix, nix, fax, dux. Si autem natura longa fuerit, flectetur, ut lux, spes flos mos, ros, lis. Atre'us, Orphe'us, & alia, quorũ ultima acuitur, meritò à Græcis ὀξύτονα, hoc est, quorum ultima acuitur, nominantur, neque sonum acutum amittunt, etiam si in consequentia, ut uocant, cõtextuq; orationis acuti signum in grauis notã mutetur, auditur enim acutus sonus, non grauis, cum uerba oxytona in ipso orationis cursu enuntiantur: quã rationem notandi uerba uidentur Librarij aliqua opportunitate nobis incognita ducti primum excogitasse. Quod si oxytona in clausulis duntaxat acuto sono excitanda sunt potius βαρύτονα fuerunt appellanda. Certe Quintilianus eos, qui acuto tenore concludebant circu'm, id in cursu orationis fecisse docet.

--- quæ circum littora circum
Piscosos scopulos.

Item Quantũ, Quale, comparantes, id sanè nisi in cursu orationis fieri nõ põt ut Tale est mancipium, qualis est herus. Tanta est turris, quantus est mons, Atreus, ętate Quintiliani, ultima acuta, more Græcorũ pronunciabatur: quẽ, inquit

inquit idem lib. 1. c. 5. nobis iuuenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessario secūda grauis esset. Perinde ac si diceret, ultimā ante acutam in grauem necessario fuisse mutatā: agit enim de barbarismo, qui Tenore fit, suaq́; ętate barbarismū fecisse, qui Atreus ultima graui pro acuta pronūtiassent, quanuis doctissimi senes superioribus annis ita fuissent locuti. Si quępiam aduerbia, penè, ferè, una ultima acuta audieris pronūtiantē ne inscitię damnaueris: fuerunt non enim modo Grammatici, sed etiam uiri docti, ætate Quintiliani, qui aduerbia, propter quędam uocum discrimina, docuerint extrema syllaba acuta pronuncianda esse. Cęterum, inquit, Quint. li. 1. c. 5. scio iam quosdam eruditos, nōnullos etiā Grammaticos sic docere, ac loqui, ut propter quædam vocum discrimina, uerbum interim acuto sono finiant, vt in illis.

--- quę circum littora, circum

Piscosos scopulos. ne si grauem posuerint secundam, circus dici videatur, non circuitus. Item Quantum, Quale interrogantes graui, comparantes acuto tenore concludunt. Quod tamen in aduerbijs fere solis, ac pronominibus vendicant: in cæteris veterem legem sequuntur. Hæc ille. Pronomina vocat Fabius more veterum Quantus, Qualis.

Deinde, proinde, exinde, si Quintiliano credimus, mediam acutam habent. Sunt qui putent antepenultimam acuēdā, ne uideātur duę partes orationis. Probus ut Gellius refert li. 8. c. 7. putauit Exaduersum secundam syllabam, hoc est antepenultimam habere acutā, quòd una, non duę essent orationis partes. Quod si quis Probum uelit sequi, opus est ut ita antepenultimā acuat, ne penultimam corripiat, quod qui fieri possit, uiderint, qui eius sentētię accedūt. Valeri, Ouidi, Virgili uocandi casu pronūtiabant Romani prima acuta. Nigidij, atq; Cice. ętate, sed Aulus Gel. cęteriq́; eius ęquales penultimā acuebāt. Vide Gel. li. 13. c. 24. Mutatur itaq; accētus ratio progredięte tēpore, nemoq́; mireť si hodie Ambrosi, Gregori, Geruasi, Protasi eadē penultima lōga esserūt uiri pij. Areopagus ἄρειος πάγος penultimā habet breuē: πάγος pagos. n. hoc est collis, locusq́; editus, unde hoc nomen componitur priorē corripit: neq; .n. ex pagus uocabulo Latino copulatur, cuius prior ꝓducitur. li. 1. Epig. εἰς ἀμ πίλον, τὶς ὁ πάγος δυσέφημος ἀνάλιος ἐξέθρεχον Euripides ubi Minerua Orestem à furijs in Areopago de cæde matris accusatū, à se absolutū alloquitur.

γνώμης δικαίας οὕνεκ' ἐκσώσασά σε.

καὶ πρίν γ' Ἀρείως ἐν πάγοις ψήφους ἴσας κρίνας' Ὀρέστα.

Versus est senarius Iambicus: πάγοις quartum locum obtinet, qui necessario est Iambus. Ne uero putes πάγον significare vicum, aut pagum, audi eūdem poetam in eadem tragœdia, ubi sorori Iphigeniæ narrat Orestes quemadmodum in Areopagum venerit, ibiq́; à furijs fuerit accusatus, testimonioq́; Apollinis à Pallade absolutus.

ὡς δ' εἰς Ἄρειον ὄχθον ἧκον, ἐς δίκην.

κῆλθον Postquam ad Martium collem, ueni, &c. ὄχος tumulum seu collem, non pagum, aut vicum significat. Itaque ἀρείου ὄχος, & ἄρειος πάγος idem prorsus significant. Pausanias in Atticis Hesychius, Suidas, Magnum Tymologicum docent Areopagum in loco edito fuisse Suidas ἐκλήθη δὲ ἄρειος πάγος: ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστὶ καὶ ἐν ὕψει δικαστήριον ἄρειος ἐπὶ τὰ φονικὰ δικάζει. ἐκεῖ δὲ ἄρης ἐπὶ τῶν φόνων. Vtriusque uocabuli rationem explicat, πάγον pagon ait dictum fuiße, quòd in loco edito esset forum: πάγος enim collis, seu tumulus est: Martium uero, quòd capitalia, grauioraq; iudicia in eo exercerētur, & de cædibus, quibus præest Mars, ab Areopagitis iudicaretur. Addit idem, multiq; alij vel Martium fuiße appellatum, quòd Mars primus, interfecto Neptuni filio, accusatus ibidem causam dixerit. Quod Varroni, ut refert D. Aug. li. 18. de Ciuit. Dei cap. 10. non probatur, ne deos suos traducere videatur. Græci non spectant penultimam, ut Latini, sæpissime enim acuitur, cum sit breuis, vt Ἀνδρέας, Μαρία φιλοσοφία Andreas, Maria, Philosophia: quam rationem pronunciandi sequuntur Latini, cùm ea vel longo vsu recepta est, uel aures eorum offendit, quibus cum uiuunt. Malunt enim Græcorum more pronuntiare, quàm noua pronunciatione amicorum, aut piorum hominum aures offendere, Quare cauendum est, ne decipiamur Græco tōno; Et si enim rectè, uerbi causa, Græco ritu Maria Andreas penultima acuta efferūtur, barbarismus tamen fiet si in carmine penultima producatur: aliud enim est quantitas syllabæ, aliud accentus: quantitas in longitudine, & breuitate syllabæ posita est: at accentus in moderanda uoce, ac pronuntiatione uersatur. Sunt qui Andream per ει à Græcis putent scribendum, ego in correctissimis libris per ε semper memini legiße. Si cui otium fuerit, colligat literarum ordine omnia Hebræa (quæ non ità multa sunt,) quorum penultima acuitur: atque deinde in uniuersum præcipiat cætera omnia extrema acuta esse pronuncianda.

FINIS.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.


a b c d e f g h i k.

Omnes sunt Quaterniones.









INDEX AVCTORVM, QVI IN HIS INSTITVTIONIBVS AB EMMANVELE VEL explicantur, vel emendantur.

FINIS.

COPIOSISSIMVS OMNIVM,

QVÆ IN HIS INSTITVTIONIBVS AB AVCTORE PROPONVNTVR.

Fuseque tractata, perdocte dilucidantur.

A

Adipiscor

Caro

Commo-

Fluuie

Futura

G

H

I

Magni

O

Oborior

Operior

proprior

Punio

R

Superse-

Tenesco

Trenir

V

FINIS.

